This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

2
1932

5 3ª N.º 25

Digitized by Google

Es dela Biblioteca del S.or Canonigo Mari.

Digitized by Google

Digitized by Google

CATENA
GRAECORVM
PATRVM
IN S. MARCVM

Digitized by Google

Digitized by Google

CATENA
GRAECORVM
PATRVM
IN EVANGELIVM
SECVNDVM MARCVM

Collectore atque Interprete
PETRO POSSINO SOC. IESV PRESBITERO

Qui & adiecit, titulo Spicilegii, Commentarium ad Loca Selecta Quatuor Evangeliorum.

ACCESSERE COLLATIONES GRAECI CONTEXTVS
OMNIVM LIBRORVM
NOVI TESTAMENTI
CVM XXII. CODD. ANTIQVIS MSS.
EX BIBLIOTHECA BARBERINA.



ROMÆ,
TYPIS BARBERINIS M. DC. LXX III.

Excudebat Michael Hercules. *Superiorum permissu.*

CARMELITES DESCALÇOS DE CATALUNYA
DIPOSIT BIBLIOTECA PUBLICA EPISCOPAL DE BARCELONA

R. 70.101

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

PRINCIPI

D. CAROLO

CARD. BARBERINO

SACROSANCTÆ VATICANÆ BASILICÆ

ARCHIPRESBYTERO

Petrus Possinus è Societate Iesu, Felicitatem.

REDIENS nunc Romam, unde olim missus in Aegyptum fuerat, Alexandrinę Sedis Conditor, nec vult, nec debet ad alium divertere, quàm cliens ad Patronum, discipulus ad Magistrum, Evangelista ad Apostolum, Patriarcha ad Pontificem, Marcus ad Petrum. His illi tot titulis ritè signatum apud Petri Limina diversorium est: in Vaticana videlicet Basilica; cui cùm Te Coryphæus ipse Apostolorũ pro se Vicarium substituens, præesse officio ac iure Archipresbyteri voluerit; Vides, Princeps Eminentissime, Tuæ unicè curæ reservatam, ut legitimam & propriam, tanti Hospitis excipiendi, fovendi, ac deducendi Provinciã. Facilè porrò intelligent qui Te norunt (quis autem tanta dudùm in luce Mundo propositum ignoret?) statim, inquam, omnes sentient, Religionem & Eruditionem reputantes tuas, & gratum adventum, & dulce alloquium, &

iucun-

Digitized by Google

iucundum conviƈtum Eminentiæ Tuæ futurum tam illuſtris Advenæ; primùm qui Petro, erga quem Tua perſpecta omnibus devotio eſt, Miniſter intimus, Amicorũ dileƈtiſſimus, Filius fuerit Primogenitus: deinde qui Apoſtolus ipſe, qui Martyr, qui Patriarcha, primã Sedis Supremæ Romanæ Coloniam in Vrbe poſt Romam maxima fundaverit; eveƈtam ideò in locum dignitatis à Metropoli Roma ſecundum, prælatamque Antiochiæ, utcumque oſtentanti veterem prærogativam, Sedis Petri primũ apud ſe poſitæ. Sed maius apud Te, Princeps Eminentiſs. habebit commendationis põdus, id quod manu veniens geſtat. Adeſt nimirum Marcus, ut quondam è Sina Moſes, duabus onuſtus Tabulis, altera Græcum, Latinum altera exhibentibus eius Evangelium: hoc eſt, Chriſti ac Dei Legem: in qua
Pſal. 1. *meditandum* Iuſto eſſe *die ac nocte*, cùm Rex Propheta edixerit, non aliud cęteris rebus cogitandis reliquiſſe tempus viſus eſt, quàm ſi qua reperiatur hora in confinijs lucis ac noƈtis, ad neutram pertinens: qualem cùm conſtet eſſe nullam; reſtat, quemadmodum è vetuſtis quidam Sapientibus argutè colligebat, ut nullam vitæ, nullam otij partem ab Evangelicæ Doƈtrinæ vacuam ſtudio habere debeamus; ſi quidem volumus illis obſequi Apoſtolicis

præ-

Digitized by Google

præceptis; [a] *Dum tempus habemus operemur bonum:* [b] *Sine intermissione orate:* [c] *Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi*: & similibus. quę cùm implere, nisi iugiter benè agendo, nequeamus: id quidem posse nos sine perpetua & attenta consideratione Legis Evangelicæ, ipse præcisè negat eius Autor; dū planè ac clarè ait: [d] *Sine me nihil potestis facere.* Nimirū, ut iã ab originibus ultimis Vniversitatis huius nihil in ea novum gignitur, absq; commixtione atque concursu primorum elementarium corporum; ita, ex quo novum sæculum alter Adam Christus condidit, in hoc mystico, aut morali Ecclesiæ Mundo, quatuor Evangelia totidem Elementorum locum obtinent. primum velut Terram substravit Matthæus moli universæ, latèque pariter ac solidè fundans èxtendit. Effudit super uberioris velut expositionis liquidam fluiditatē Lucas quasi à Lacu nomen habens; Evangelista Gentium, quę Aquarum vocabulo signantur, iuxta illud: [e] *Aquæ Populi sunt & Gentes* &c. Mariæ quoq; Mari cognominis ac Maris Stellæ; familiaris quodãmodo Amanuensis, res eius alijs intactas singulariter efferens. Tertius Ioannes Aërem occupavit, alis Cœlo illatus magnis Aquilæ sublimis. Noster denique Marcus Ignis è Petra exculptus, exceptum Petro dictante suum

flammeæ

a Gal. vi. 10.
b 1. Thess. v. 17.
c Colos. iii 17.
d Ioan. xv 5.
e Apocal. xvii. 15.

Digitized by Google

flammeæ celeritatis, lucidæ brevitatis effulguravit Evangelium; Vrbi primùm, mox Orbi, cum plausu & veneratione susceptum. Hæc nisi audit auris omnis, nisi omnis qui scit literas oculus legit: nec mens intelliget, nec affectus amplectetur, nec exequentur quæ oportet, manus. Quam ob causam data est, & datur
Ps. xviii. 5. à Divino Numine soler opera, ut *in omnem terram exiret sonus eorum*: ut scripta tam salutaria omnibus oggererentur aspectibus, nullius nō Gentis literis expressa, nusquam non ultrò se offerentia; accōmodatè quinetiam ad rudium aut tardiorū captum, adiunctis enarrationibus Interpretum hodiernorum pariter & veterum. Tali iampridem cultu alij tres Evangelistæ ornati visebantur. Vni Marco, quasi, ne suæ quidem ipsius Tribus emereri suffragia quivisset, proprii Patriarchatus ac florentium olim in eo sacra eruditione Patrum Testimonia deerant: nulla Priscorum in eum Græcæ linguæ Tractatorum collectione adhuc in Vulgus data. Istum ego hactenus vacuum invadere locum ausus, compilavi ac digessi quæcumq; vario per vitæ ac viarum vices occursu, ex celebrioribus Bibliothecis Monumenta eius generis sublegere potui. Inde hic prodit Marcus utroque integer Idiomate, Doctorum ac Piorum velut subscriptorum, ævi melioris, pompam

ipsi

Digitized by Google

ipſi turba faciente: qua nō auguſtior ſolùm ad ſpeciem, ſed & ad benemerendum de obviis, exiturus iure ſperetur inſtructior. Quis enim neget Prudens, Reliquias abſconditas ſcriptarum primis Eccleſiæ ſæculis in Evangelium Commentationum, quovis tandem caſu, qualicumque tempore id poſſe fieri contigerit, optimo ſemper publico vulgandas? Librum eius generis ac meriti, fas quidem eſt confidere Bonis placiturum omnibus: Te verò præſertim, EMINENTISSIME PRINCEPS, extraordinario amplexurum favore, vita ſpondet ad Evangelij amuſſim ducta, non fallax indicium attentionis, ſtudijque in eo continui, cuius extant & pignora; fructus Operum; quæ Mihi aggredienti recenſere, os opprimit Tuæ imperium Modeſtiæ; & Manus illa piè operatrix, largè benefica, ſuorum ipſa decorum altum ſilentium indicit.

Verùm quid tot tamdiù argumentis conor, Munus hoc à me Tibi eſſe debitum, evincere; à Te boni conſulendum, ominari? cum uno utrumque confici verbo potuerit à profitente, quod palàm eſt; Rem hanc Tuam eſſe; apud Te natam, Tibi quæſitam Iure familiari. adeòque Tibi rectè offerri quod domeſtici ortus ratione Dominio

Digitized by Google

Tuo ſubiacet: nec timeri debere, ne non Tuæ Tibi Arboris fructus arrideat. Editionem hanc Marci Evangeliſtæ vides Typis Veſtris Barberinis excuſam, Opus ipſum EMINENTISSIMI FRANCISCI Tui Patrui, Sacri Collegii Decani, iudicio dignum viſum, quod iuſſu eius, ac ſumptu in publicam Eccleſiæ utilitatem emitteretur: quantum iſta momentum autoritas, quantum illicium habitura neceſſitudo ſit apud animum tuum, dum omnes tuæ pietatis ac ſapientiæ conſcii æſtimant, nihil mihi ſupereſſe his addendum aliud video, niſi ut Veſtris Gentilitiis Apibus gratuler, quòd ex olim accepto beneficio contractum debitum, hodiè non expungant ſolùm, atque in ſolidum exolvant: ſed, quæ Barberinæ Familiæ liberalitas eſt, magnifico exceſſu gratię remunerando ſuperent; Dum quaſi gratè memores; eductas ſe fuiſſe quondam è faucibus Leonis, de quo eſt in Sacra Sampſonis Hiſtoria[g] mentio, nunc Leonem ipſæ, hoc eſt Marcum Evangeliſtã Leonis inſignem ſymbolo, viciſſim in lucem promunt, & Mundo illuſtrem invehunt quodam quaſi Triumpho, auſpicatè in principem Menſium Ianuarium cadente; cuius ipſis Kalendis, Anno ineunte poſt Chriſtum natum CIↃIↃCLXXIII,

[g] Iud. xiv 8.

hæc,

Digitized by Google

hæc, PRINCEPS EMINENTISSIME, ſcribebam, ſimul fauſta, fortunata, læta omnia, non in hunc ſolùm, aut plures poſt illum annos, ſed & in Luſtra & Sæcula Sacræ Tuæ Perſonæ, Cognationi, & Nobiliſſimæ Familiæ, augurans; ac vovens. Vale

Digitized by Google

FACVLTAS PRÆPOSITI GENERALIS SOCIETATIS IESV.

CVM Catenam Patrum Græcorum in Sanctum Marcum *à P. Petro Possino Nostræ Societatis Sacerdote concinnatam, cum adiuncto eiusdem Spicilegio, aliquot eiusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, potestatem facimus, ut Typis mandetur, si ijs ad quos spectat, ita videbitur. Cuius rei gratia has literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas damus. Romæ prima Novembris 1663.*

Ioannes Paulus Oliva.

Imprimatur si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro Sac. Ap. Pal.

O. A. Patracen, Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Hiacynthus Libellus Magister Sac. Apostolici Pal.

LECTORI

Digitized by Google

LECTORI.

MINORI hactenus S. Marcus Evangeliſta, Græcorum honeſtatus comitatu in Occidente conſpectus eſt, quàm principem Græcæ Orientalis Eccleſiæ Patriarcham decuit, & Alexãdrinorum primum Antiſtitem. Dudum quippe Matthæus, Lucas & Ioannes Patrum, & veterum Expoſitorum Græciæ inſignes Symbolis in Europæ luce verſantur. Hujus loci vacuum, ſi Deus adjuverit, expletum imus. contigit enim mihi, quod in felicitatis parte numero, caſibus varijs incidiſſe in non contemnenda monumenta Commentariorum olim elaboratorum à Græcis Doctoribus antiquis in hunc Sanctiſſimum Scriptorem, quæ ut Latinæ communicare cuperem Eccleſiæ illorum impulit præſtantia; de qua non recuſo arbitros Chriſtianæ antiquitatis & Iuris Evangelici conſultos. Porrò hæc unde collegerim ante omnia profitendum eſt. Primùm, ante hos annos triginta Toloſæ utens familiariter inſtructiſſima Bibliotheca Illuſtriſſimi Domini Caroli de Montchal Archiepiſcopi ejus Vrbis, reperi perantiquũ ibi Græcum in membranis Codicem Scholia benè multa Græcorum variorum Interpretum ad Marci Evangelium exhibentem. In eo pleriſq; ac longioribus Expoſitionibus nullum erat adſcriptum Autoris nomen. quare hunc nos, Anonymum Toloſanum, aut Toloſanum, ſine addito, vocamus. Tria ejus quatuorve loca planè cum Victore Antiocheno coincidunt, ut illum ex hoc deſcripſiſſe appareat. Horum unum nos, atque alterum è Toloſano eraſimus, ſatis habentes in Antiocheno legi. unum item alterumque, licèt majori ex parte ſimiles, propter aliquam ad extremum diverſitatem reliquimus; modicum tædium bis quidpiam legendi nonnullo compenſatum iri operę pretio rati. Pręter iſtum Anonymum, qui utramque, ut dixi, ibi paginam implet, recitat idem Codex utiles eruditaſque Sententias Origenis, Athanaſij, Euſebij, Severi, Theodori utriuſque Heracleotæ ac Mopſueſteni, Cyrilli, Apolinaris, & Photij. Ea ego univerſa cum exſcripſiſſem, prolixè concedente humaniſſimo illo, doctiſſimoque Antiſtite, diù apud me preſſi, quod pauca viderentur, & molis minoris, quàm ut juſto, & quod honeſtè poſſet edi, volumini ſufficerent. Non multis poſt hæc annis noſter Balthaſar Corderius Hiſpaniam petens è Belgio, Toloſa tranſijt; cui cùm monſtraſſem quæ ex Monchaliano Codice in Marcum Annotata deſcripſerã; ipſe viciſſim protulit, & dono dedit, duo in Marcum Græca volumina non edita, quorum ipſe alterum in Germania deſcripſerat, alterum Romæ. Prius continebat Græcum Opus Victoris Antiocheni, cujus interpretationem Latinam dumtaxat a ſe benè & eleganter ſcriptam dudum vulgavit Theodorus Peltanus item noſter; à Græcis edendis deterritus fortaſſe, quod parùm fideret exemplari ex quo illam expreſſit, non rarò, nec leviter, mendoſo. quæ cauſa, inter cæteras mihi fuit interpretationis novæ cudendæ, fiducia Codicis, quem nactus meliorem mihi videor; argumento ducto ex locis aliquot Peltanianæ verſionis, à

libro

Digitized by Google

libro quo ſum uſus ita diſſentientibus, ut ab exactis neglecta deficiunt. nec meum ideo pro perfecto Codicem vendito, conſcius non paucarum in eo macularum: quæ tamen non obſtabunt, quominus fructum abúdè magnum ex præclari hujus lectione operis Evangelicæ Doctrinæ ſtudioſus quivis referat. Alter mihi commodatus à Corderio Græcus Liber apographum fuit Archetypi Romæ in Vaticana Bibliotheca ſervati: Titulus Ἐξήγησις εἰς τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον: *Enarratio Evangelij ſecundum Marcum*. Maxima Operis pars Sententijs ſine Autore deſcriptis conſtat: unde hunc nos ſecundum Anonymum habemus, ad prioris diſcrimen Vaticanum dictum. Raras tamen idem interſerit laudatorum nominatim Patrum, etiam Latinorum, ſed græcè recitatorum, χρήσεις; Irenæi, Epiphanij, Nazianzeni; Ambroſij quin etiam Auguſtinique: appellat & nonnuſquam Origenem & Eùſebium, necnon Joſephum Hiſtoricum, ad conciliandam, ubi opus eſt, dictis autoritatem ac fidem. Ex hoc ego, quaſi metallo triplici, una conflata maſſa, inde annulos formavi, quos ſingulis Evangelici contextus articulis aptatos, interſeque morſu ac nexu mutuo commiſſos, in torquem producerem, quò, ſi poſſem conſequi, Sancto Èvangeliſtæ Marco decus & ornamentum adderetur. Ac ſi fortè quis argutior, quàm faventior excipiat: Melius fuiſſe meriturum de ſtudioſis Sacræ Doctrinæ, qui nodos Evangelicos diſſolveret, quàm qui novas Evangelio catenas cuderet; ſciat is, nos elaboraſſe in utroque. nam & Evangeliorum quatuor obſcurioribus verbis & locis lucem affundere, Commentario quod Spicilegium inſcribitur, ad calcem addito, ſtuduimus. Reſtat ut de trium horum, quos unà edimus Scriptorum ætate ſi quid comperimus promamus. Toloſanum quidem conſtat poſteriorem Photio fuiſſe, utique quem aliquoties exſcribat nomine adjuncto. Itaque ille omnium, meo judicio, minimus natu eſt. Victorem Antiochenum & Vaticanum Anonymum valde autumo eodem ferè ambos tempore ſcripſiſſe. nam ni ſic eſſet, non uterq; præfaretur: eo ſeſe ad elucubrandum in Marcum aliquid impulſum, quòd illum Evangeliſtam nullius adhuc propriè illuſtratum diligentia cerneret, neuter igitur opus alterius viderat: quod neutrum videlicet in luce tum adhuc publica extaret. Porrò cùm Vaticanus Auguſtinũ citet; Antiochenus Ioannem Conſtantinopolitanum, hoc eſt, Chryſoſtomũ, ſuſpicari licet eos, imperante Iuniore Theodoſio, poſt Neſtoriana & Synodi Epheſinæ tempora, circiter annum Chriſti quadringenteſimum quadrageſimũ hæc eſſe commentatos. Reclamant de Victore Viri Doctiſſimi Poſſevinus & Peltanus, characterem multò antiquioris Theodoſio Secundo Principatus deprehenſum à ſe in hoc Victoris Antiocheni commentario in Marcum arbitrati. Siquidem ille (ajunt) annotat ad verſ. 2. cap. xiii. ſuo adhuc tempore ſuperfuiſſe Templi Ieroſolymitani reliquias quaſdam, ita ut adhuc impletum non videretur illud Chriſti oraculum de eodem Templo: *Non reliquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur*. Marc. xiii. 2. Cæterùm anno ſecundo Imperij Apoſtatæ Iuliani, occaſione tentatæ à Iudæis reædificationis ejuſdem Templi prorſus

exciſa

excisa & funditus convulsa ipsa Templi rudera fuisse, avulsis etiam & foras arcana vi ejectis ejus fundamentis, Ruffinus & Socrates, ex Cyrilli Ierosolymitani Episcopi oculato testimonio, referunt, à Baronio laudati ad ann. Christi 363. unde colligendum est, ante illud tempus scriptum hoc fuisse à Victore Opus oportere. Ita ferè illi, difficili se implicantes negotio demonstrandi: quomodo qui sub Iuliano scripserit; vidisse jam tum, & quod ex eodem ipso mox loco apparet, compilasse potuerit Commentarios *Sancti Ioannis Regiæ Vrbis Antistitis*, ejusdem sine dubio, qui apud Scriptores citerioris vetustatis, uti & apud nos hodiè, Chrysostomi cognomento notior est: cum Chrysostomum ex ejus natalis, atque obitus satis certis Epochis, manifestum sit, illo secundo Iuliani anno, Christi 363., puerum necessariò fuisse vix octenni majorem. Quid quod ille ipse Chrysostomus ad caput xxiv. Matthæi initio Homiliæ lxxvi. eadem & ipse illa de adhuc reliquis suo tempore ruinis Templi, ac nondum funditùs abolitis, tanto utique posteriùs Iuliani principatu scribit; quæ ipsa ex eo exscripsisse Victorem apparet. Alius est ergo huic disrumpendo nodo cuneus quærendus. nec alius puto melior eo, quem ibidem suggerit ipse Chrysostomus, approbante & in Adversaria hæc sua mox ibidem referente Victore: nempe cum Templi nomine multa & varia ædificia comprehenderentur, tot Atria cum eorum septis, Gazophylacia, Porticus &c. de quadam forte Templi parte, putà de Æde sacra, ubi erat Arca & Sancta Sanctorum, peculiariter locutum Dominum quando dixit: non remansurum ex ea lapidem qui non destrueretur aut humana vi per Titum, aut divinitùs sub Iuliano. quod si ad cætera quoque idem oraculum extendendum sit; tum ejus perfectam adimpletionem, ad alia tempora, fortassis etiam ad Mundi consummationem differri putandum esse, nullo detrimento fidei, atque autoritatis Christi Prophetiæ; quæ utique tempus eventus quem prædicit, clarè non expressit. Hinc totum liquescit robur argumenti nobis oppositi: & prolatæ de Victoris ætate conjecturæ integra sua probabilitas permanet. Hæc hactenus necessaria dictu prolocutus, detinere Te pluribus, Lector, in limine cessabo, simul fausta Tibi auguratus & precatus omnia fuero. Vale.

CATA-

Digitized by Google

CATALOGVS PATRVM
ET SCRIPTORVM VETERVM
E quorum Symbolis hæc Catena contexta eſt.

Ambroſius.
Anonymus Toloſanus.
Anonymus Vaticanus.
Apollinaris.
Athanaſius.
Auguſtinus.
Cyrillus.
Epiphanius.
Euſebius.
Irenæus.
Nazianzenus.
Origenes.
Photius.
Severus.
Theodorus Heracleota.
Theodorus Mopſueſtenus.
Victor Antiochenus.

ΠΡΟ-

Digitized by Google

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΚΑΙ ΧΑΡΤΟΦΥΛΑΚΟΣ

Εγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον, καὶ Εὐαγγελιστὴν

ΜΑΡΚΟΝ.

PROCOPII DIACONI ET CHARTOPHYLACIS *ENCOMIVM*

In Sanctum Apostolum & Evangelistam

MARCVM

Ex Græco Codice Vaticano

INTERPRETE

IOANNE FRANCISCO ALBANO.

✣✣✣

Digitized by Google

Digitized by Google

Προκοπίου Διακόνου καὶ Χαρτοφύλακος ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον καὶ Εὐαγγελιστὴν Μάρκον.

Πάλιν ἀποστολικὴ καταστράπτει πανήγυρις, καὶ πάλιν ἐγὼ τοῖς θιασώταις συνεπαγάλλομαι. πάλιν μαθητοῦ μνήμη λαμπρὰ φρυκτωρεῖ, καὶ τὴν Γλῶσσαν χορεύειν τοῖς ἐφυμνίοις προτίθημι, καὶ καταρτίζειν παραθήγω τὴν εὐφημίαν, ἀμυδρὰ μὲν φθεγγομένην. οὐδενὸς γὰρ εὐστρόφων αὐτῇ μέτεστι λόγων, οὐ ταῖς μετὰ κάλλους ἁρμονίαις εὐδοκιμεῖ. πλὴν εἰ καὶ τούτοις ὠχύρωτο, οὐκ ἀποχρῶσα καθεωρᾶτο πρὸς ἔπαινον. τοῖς τοῦ Μάρκου δὲ μεγαλείοις σκηρτῶσαν, καὶ τῶν ἐκείνου καλῶν ὡς οἷόν τε τὴν περιουσίαν ἀποθαυμάζουσαν. Μάρκου τοῦ Πέτρου υἱοῦ τοῦ τῶν οὐρανῶν κλειδούχου συγχορευτοῦ, τοῦ τῶν ἀπορρήτων Εὐαγγελιστοῦ τε καὶ κήρυκος, τοῦ τῆς αἰγύπτου φωταγωγοῦ, καὶ τῷ ἐκείνης θρόνῳ πρῶτος ἐγκαθιζήσαντος. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο μικρὸν εἰς ἀφορμὴν εὐδοξίας. ἐργωδέστερον γὰρ ἐξηκανθωμένην γεωργεῖν ἄρουραν, ἢ τὴν κεκαρθαμένην εἰς φιλοπονίαν ἐπάγεσθαι. οὗτος γὰρ ἡμᾶς σήμερον ἐστιᾶται, οὗτος ἡμῖν ὡς ὄψατα οἰκεῖα προβάλλεται προτερήματα. συνανέστειλε γὰρ τῷ γλυκεῖ ἔαρι φαιδροτέραν τὴν ὥραν ἀποτελοῦντι ἡ ἑόρτιος τούτου ἡμέρα, καὶ ὡς φωτοφανὴς ἥλιος τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς κατελάμπρυνε. συνήθροισε πάντας τοῦ Μάρκου καθωραϊσομένη τοῖς κατορθώμασιν, ὡς νῦν ἡγῆ στολισομένη τοῖς ἄνθεσι καὶ ὡς ἐκ συνθήματος συναυλίαι πιστῶν τὸν ἀπόστολον μακαρίζουσιν. ἐθνῶν συστήματα τὸν μυσταγωγὸν ἀνυμνεῖ, ὡς ὑπογραφέα μεγαλυνεῖ χριστοῦ, καὶ ὡς μάρτυρα τῆς αὐτοῦ παρουσίας καταγεραίρει. εἰπεῖν δὲ μᾶλλον κόσμος τὰ τοσαῦτα τούτου ἀποθειάζει καὶ κροτεῖ ἀγαθοερ-

Procopij Diaconi, & Chartophylacis, Encomium in Sanctum Apostolum, & Evãgelistam Marcum.

Rvrsus Apostolica effulget Panegyris: ac ego denuò sodalibus meis congaudeo. Recurrit iterum Christi Discipuli illustris commemoratio: ego iterum hymnos concinere instituo, & ad encomium texendum linguam meam exacuo: humiliter quidem, ac exiliter loquentem (non enim illi elegantium verborum copia suppetit, nec venusti sermonis lepores præstò sunt, præterquam, etiamsi hisce abundaret, insufficiens adhuc esset ad hoc genus laudationis) Marci tamen ob ingentem gloriam, exultantem, & rerum ab ipso præclarè gestarum copiam summè demirantem: Marci videlicet Petri filij, Clavigeri Cælorum socij, arcanorum ineffabilium Evangelistæ, & Præconi, totius Ægypti luminis, ac ad illius solium primùm evecti; Neque enim id modicum est pro argumento celebrationis, nam difficilius est spinis obsitam tellurem subigere, quàm jam expurgatum agrum excolere. Hic nos hodie veluti convivio excipit, & pro ferculis sua nobis exhibet illustria facta; dulci enim Vere hilariorem anni tempestatem reddente festivus ipsius dies illuxit, ac uti splendidissimus Sol hominum mẽtes illustravit: Omnes quippè congregavit hic dies Marci illustribus gestis ita decoratus, sicut nunc terra circumamicta est floribus; unde & fideliũ cœtus Beatũ Apostolum uno ore prædicant: Gentium turbæ uti sacrorum Magistrũ ipsum celebrant,

uti rerum à Chriſto geſtarum Scriptorem extollunt, ac uti illius adventus teſtem honore proſequuntur; dicam amplius: Mundus univerſus tot tantaque ab ipſo præclarè geſta ut divina ſuſpicit, & plauſu comprobat: totus enim terrarũ Orbis ex illius doctrina fructum,& utilitatem recepit. Sed nec ullus ſermo, nec ulla lingua,illum,prout conveniret, celebrare valet; nam quid primum,quid poſterum commendandum? multiplices enim ſont illius denominationes, & mirabilia planè certamina. Vidit illũ, quem oculus videre non potuit, noſtræ mortalitatis indutum tegumento, & terram quæ ipſum produxit, deſeruit: voce divina advocatus fuit, ac propinquorum amorem generosè devicit; pro nihilo enim ipſe habuit generis honores, opumque abundantiam veluti fugacem umbram æſtimavit; unum ſuper omnia Deum amavit, eam unicam felicitatem cenſuit, quam ipſe denunciaverat, illamque unicam diſciplinam, cui adſcriptus fuerat. Apoſtolico cœtui ſeptuaginta Diſcipulorum annumeratus fuit, veluti ſplendida lux claris ſyderibus adjuncta ab illo, qui eum vocaverat, cui in hac noſtræ mortalitatis ſcęna nihil planè eſt, quod aptè comparari poſſit. Re-vera Petri filius dicendus eſt Marcus, & verè illi ſimilis: utrique enim dedit natura eamdem nationem, & genus, ac communes utriuſq; prerogativas effecit; prout indicat æqualis utriuſque ſuadendi efficacia, communis Creatoris ſequela, conſimilis planè fervor,& alia plenè conformia decora oſtendunt. Vt enim eſt apud Prophetã Amos

γήματα. σύμπας γὰρ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας ἀπώνατο: ἀλλ' οὐ λόγῳ, οὐ γλώσσα τῶν ἢ προσῆκεν ἐπαινῆν ἄρχῃ. τί γὰρ πρῶτον, τίδ' ὑσάτῳ ἀνυμνήσῃ; αἳ τε γὰρ προσηγορίαι πολυειδεῖς, & ὧν ἀγῶνες καταπλήκτοι. πρὸς ἃ γὰρ οὐκ ὀφθαλμὸς ὁρᾶν οὐ δεδύνηται τῷ ἡμετέρῳ φαινόμενον προσκαλύμματι, & τὸ ἐπεγκαμμένῳ κατέλιπεν. κέκληται θείᾳ φωνῇ, καὶ ἀγχιστέων ἀπεώσατο φίλτρον. παρ' ὃν δὲν ἀπῶ τῶν γνώσους τὰ τίμια, ὄναρ τύτῳ ῥοώδης προῖκα. μόνῳ ἔστεργεν ὃν ὅτι πάντων θεόν. μόνῳ εὐδαιμονίαν ἡγήσατ' ἐπηγγείλατο, & τὸ μαθητείαν ἥπερ ἐτέτακτο. τῷ ἀποστολικῷ γὰρ συλλόγῳ τῶν ἑβδομήκοντα συνηρίθμηται. ὥσπερ φέγγος λαμπρὸν ἀφανέσιν ἄστροις ἀγλὰ τῶν κεκλημένων κατελεγμένον. ὦ τῆς κάτω σκιώδους τε, καὶ τέρψεως ὄναρ ἐπισύμβολον. Οἷος τῷ Πέτρῳ ὁ Μᾶρκος υἱός, οἷος τὸ ἐκείνου γνώμης ἐφάμιλλος. ἀναδίδωσι γὰρ ἡ φύσις τὰ οἰκεῖα τῷ γένει, & τὰ ἑκάστου πλεονεκτήματα, κοινά τε δηλονότι γὰρ ἡ πρὸς τὸν πλάσαντα ἀκολούθησις, & τἄλλα τῶν καλῶν ἀδελφά, & ὁμότροπα τῆς θερμότητος. κατὰ γὰρ τὸν προφήτην Ἀμὼς ὁκ ὠρωσώπων τὸ θεαρχικὸν πνεῦμα προαγγέλλοντα. ἰδοὺ ἐγὼ στρεῶν βροντῶν, καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ἀναγγέλλον εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτῦ, ἐξ ὤμων μέχρι τῶν τῆς γῆς νιφὰ σπερμάτων, Θεὸν τὸν δημιουργὸν διακελιζόμενος, & τὰ ποικίλα γεωργῶν καρπώματα. καρφώτησε γὰρ τῷ ὑφηλίῳ, τὸν τῆς πλάνης κατόφλεξεν ἀθεότητα, ἀπέσμηξε τὸν ἐρριπασμένους ἐν δολίοις αἵμασι, καὶ καθηγνισμένους θεῷ τῷ βαπτισμῷ, ἵνα μὴ πλείω φάγῃ, παρέσηται. εἶχε γὰρ τῶν γλῶσσαν ἀντ' ἀσπίδος & δόρατος, & τὸ κήρυγμα διεδείκνυ πᾶσι βεβαιότητα, & τὰ πλήθη πρὸς τῶν ἀληθῆ ζωὴν προσενόμισεν. ἔνθεν γὰρ ἔβρυεν ἡ τῶν θαυμάτων

Digitized by Google

των πλημμύρα, ἐκβὰς ὁ ἔχθι τοὺς τὴν θεογνοσίαν μεπωχετθύοντ. ὁ τὰς βάσεις πεπηρωμθύ. ἀρτίπους ἀναφανεὶς ἦν τοῖς ὑδρομυδσι διδάσκαλ, ἀόμματ. ταῖς κόραις ὀξυδορκῶν, ἄλλους τοὺς ὃ φῶς ἐχειραγώγ τῆς ἐπιγνώσεως, ἡ ἀφὴ τὴν τῦ θερμοῦ πλεονεξίαν τοὺς τὰς ζωηθεὶς ἀπονδὰς μεπερύθμιζε, καὶ ὃ πῦρ τῶν εἰδωλικῶν θυσιῶν ἀπεθαύλω. ὁ τῆς πλάνης φυτουργοὶ δαίμονες ἐπεφρουῦτ, καὶ ἡ ἀληθὴς ἤκμαζε θεοσέβεια· ὑπ' ἐρλαμπρεσέου Μάρκε τὰ ἔργα. τὴν δόξαν καὶ τὰ τρόπαια. τύποις γὰρ ἐζώγρησας τὺς στρατηγοῦντας. ὁ ἰδιώτης, τύποις ἐπολιόρκησας τὴν πλάνην ὁμονοχίτων. τούτοις μὲν τῦ Πέτρ ὁ τῦ Πέτρ υἱὸς ὃ Ἰταλῶν ἐχειρώσω γῆν. ἐξ ἑώας μὲ ἀφορμήσας, τοὺς δυόμενο ὑπὸ καταπτὰς ἡλι, καὶ λόγον παντα χῆ καταβρυώων, ἢ ἐκβὰς τὴν ἀκτῖνα τοῖς πέρασιν. ὑ μεθόδοις κεχρημθύ. σοφιστικαῖς, ὑ κεκομψευμθύαις μεπαχειρήσεσιν, ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ μόνῃ, ἢ πάντων ὃ κρατ. ἀναπαλώνισον ἀποφέρεσθαι, ὅτι γὰ ἀέμπτ. ἅπας λόγος εἰ μὴ Τ' ἀληθῆ τρεσβύει καὶ ζαγελλᾷ. γνοίης κἀκτῆσθαι. πυθαγόρας μὲν γὰ τὴν ψευδῆ δόξαν κρατυόντων, καὶ πολλὰ λεσχηνεύων πείθην ἰταλοὺς ὑ δεδυύπτ. Δημόκριτ. ἀυτὸ γε τῦτο συμπεράπλων, Αβδηριτῶν ὑδένα κατήκο ἔσχεν. Ὀρφεὺς τῷ μύθῳ πάντως θηρία καπακηλῶν, τὺς ὁμοχώρους οὐκ ἔπεισε Θρᾴκας. καίτοιγε πολλῷ ῥέοντες λόγῳ, καὶ σοφίᾳ κενῇ βρενθυόμενοι μεσῆς πάντως διεώλοντο, καὶ σπῆς βυθοῖς συγκατέδυσαν. τοιῦτον γὰρ ἡ ψευδὴς δόξα καὶ ἀδρανὴς. Μάρκ. ὃ τὰς ἀκόμπους τῷ πνεύματ. ἐκπεσεῖς διδαχὰς, καὶ τὺς σκαπτύς ἐμπεσεῖς μεπαλάσας. ἄνωθεν γὰρ ἐκρατυόντ. καὶ ἡ ἀκραιφνὴς πίστις πυλῶν ᾅδου κραταιοτέρα, καὶ ἔτ. ἀοίδιμ. ὡς ἀληθείας κῆρυξ μέχρι δεῦρο ζωα-

ex perſona divini Spiritus prædicentem: *Ecce ego firmans tonitru, & creans ventum, & annuncians in Cælos Chriſtum eius.* Amos 4. Ab extremis terræ partibus uſque ad vltimos fines perrexit, Deum rerum omniũ Opificem promulgans, atq; uberem plnrium bonorum operum meſſem recolligens. Nam Orbem terrarum illuſtravit: impietatem profligavit: Idololatriæ macula fędatos abſterſit, & per baptiſmum expurgatos (ne alia plura dicam) Deo admovit; habuit enim linguã veluti clypeum, & haſtam, & ea, quæ prædicabat, certiſſima cunctis oſtendebat, genteſq. ad veram vitam revocabat; Vnde enim multiplicia emanabant prodigia, illinc turbæ ad Dei cognitionem, veramque Religionem traducebantur. Qui pedibus antea læſus erat, integer poſtea redditus, benè currentium Magiſter fiebat. Qui oculis antea orbatus erat, pupillarum aciem acutiſſimam poſteà recuperans, alios ad cognitionis lucem deducebat. Ejus contactus exuperantiam caloris, in mediocritatem conſuetæ confœderationi pugnantium qualitatum neceſſariam temperabat, æſtu, quo in ſuperſtitiones efferveſcebant, refrigerato; Vnde ignis ſacrificiorum, quæ Idolis offerebantur, in fumum, & caliginem vertebatur: Dæmonis fraudis auctores in cinerem redigebantur; & vera Religio florebat. Tua hæc fuerunt, ò Marce, illuſtria geſta, & admirabilia trophęa. His enim artibus captivos duxiſti exercituum Ducés tu Vir olim Idiota: his armis Ethnicorũ errorem expugnaſti, tu pauper, & unica indutus tunica: his viribus unà cum Petro

tu Petri filius Italorum gentem ſubegiſti. A Solis ortu diſcedens, & ad occaſum advolans, ac ubique prædicationem ſpargens, qua Sol ipſe extremis terræ finibus ſuos radios diffundit; non ſophiſticis argumentationibus uſus, nõ ornatis tractationibus, ſed ſimplici oratione, & ſola veritate, qua victoria de cunctis fruſtra reluctantibus reportatur. Quod enim omnis oratio facilè labatur; niſi ea quæ vera ſunt pro ſumma habeat, & prædicet, ex hoc ipſo facilè dignoſces. Pythagoras ſiquidem falſas ſententias propugnans, & multas fabulas confingens; illas Italis nunquam potuit perſuadere. Democritus idipſum peragens, neminẽ Abderitarum habuit auditorem. Orpheus feras omnes ſui ſermonis ſuavitate demulcens, Popularibus ſuis Thracibus fabulas, quas canebat non perſuaſit. Nam iſti omnes multis abundantes verbis, & inani ſapientia ſuperbientes, veluti quadam ebrietate proruſus perditi ſunt, atque alto ſilentio ſimul demerſi fuerunt: id enim efficit falſa, & imbecilla ſapientia. Marcus verò Divini Spiritus doctrinas à jactãtia alienas exponens, ac prodens, etiam quos habuit adverſarios ad ſibi obediendum adduxit; nam ſuperno auxilio munichatur: puraque fides inferorum portis potentior erat; Vſque adeò autem celebre nomen habuit, ut veritatis Præco ad hanc uſque diem appelletur. Vnde ſicut oportebat Chriſti Incarnationem pro nobis ad ſalutarem finẽ perduci, ita ſimul hujus Sancti Viri memoriam immortalẽ laudibus conſervari conveniens fuit; nam per ipſum creaturis Deus

πεδέδηκται. ἔδει γὰρ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομίαν εἰς πέρας σωτηριώδες χωρῆσαι, καὶ τὴν τούτου μνήμην ἀθάνατον τῷ βίῳ μετ' ἐγκωμίων συμφοιτᾶσθαι, δι' αὐτοῦ γὰρ κεκύρηκε τῇ κτίσει Θεός. δι' αὐτοῦ τοῖς πεπλανημένοις ἡ ὑπερφυὴς πεπραγμάτευται. καὶ ἡ σοφὸς πλάσιν ἰδηλία διωκονόμηται. ἐπεὶ οὖν εὐαγγέλιον Θεοῦ παρουσίαν εὐαγγελικὴν ἀνεκήρυξεν, καὶ γλώσσῃ θεολόγῳ ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ Ἰταλιώτας πρὸς τὴν ὑπάγνωσιν εἵλκυσε, κατασκευάζει τούτοις ὡς ἀρχιτέκτων σοφὸς τὴν τοῦ εὐαγγελίου πυξίδα, ἐν ταύτῃ κεῖσ ἐγκολάπτει θεσμούς, οὓς ἡ τοῦ Ἱερεμίου προφητεία προθεσπίζουσα. Καὶ σωτηρίου ὅτι οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ὅτι οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν, διδοὺς νόμους μου εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, ὡς οὐ μὴ λήθοις μόνον, ἀλλὰ ἐν τῇ διανοητικῇ συλλαφῇ, καὶ τοῖς ὕστερον τὴν τοῦ λόγου διηγητικοῖ εἶναι θεράποντας, τὰς θεοσημείας ὑπ' ὄψιν ἄγειν, τὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάθη, τὴν ἐκ τοῦ μνήματος ἔγερσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸς, οὗ σε καταλήψεται ἡμέρα ἀπαρτισμοῦ. μέγα σου τὸ ἔργον ὦ Μαρκε, καὶ ἀξιάθλητον. κοσμοφελὴς ἡ ἐργασία καὶ ἀβασάνιστος. ἡ σὴ γὰρ φωνὴ ὑπερῆχεν βροντῆς. ὅτι τοῦ εὐαγγελίου ἦν φάος, ὑπὲρ ἥλιον βολάς. αὐτίκα μὲν γὰρ ἐν νέφει καλύπτων, ἐν μικρῷ δὲ νηὶ τῷ βίῳ σου διοδεύειν σκιάσονται. ἡ διαβολικὴ δὲ φαντασία καὶ τὴν σὴν ἀκκαλύπτει τῆς ψυχῆς ὡραιότητα. ἣ γὰρ αὐτὴ ὅτι τοῦτο καὶ ἀεὶ καταλάμπει, καὶ δαιδουχεῖ τὰς ἐλπίδας, ἀναπαλαίστας τὰς πόρρω καὶ τῷ τε ἀπεπτηδεύτῳ καλλει καθωραΐζυμένη, καὶ τῇ ὑπερτόμῳ σοφίᾳ λαμπρυνομένη, πᾶσι ἀπάντων ἀκοαῖς ὑφηγεῖται τὴν θεοῦ τε δόξαν, οὕτως ἠγάπησε τὸν τῆς πίστεως. οὕτως ἐζήνεγκεν ἡ ἀλήθεια. οὕτω πρὸς ἐν μονάδι, καὶ ἐν μονάδι θείας ἀπεφαντίστας καὶ καταλέλειται, οὕτω δὲ καὶ πάσης τῆς κτίσεως ἀπαρχὸς πατὴρ καὶ υἱὸς ὁ συνάναρχος σὺν τῷ ἁγιασίῳ καὶ

ζωο-

ζωοποιῷ πνεύματι θεολογῆσαι τὸ περὶ σε-
βάσεως, ὁ δὲ περὶν ὑποστάσεων εἰς
Θεὸς, ἡ ἐνιαία περὶ θεία φύσις. ἡ μία
παντουργὸς περὶ ἀπερινόητος δυνάμις.
ἡ πλάνη γὰρ ἀπελήλαται, ὃ πολύθεον
φῶδον γέγονε σέβασμα. οἱ περὶχθὲ
πάντα τῷ μύθῳ ἑαυτοῖς φεῦ τὰς ἀνοίας
τὰ μὲν οἰκεῖα δαιμόνιον, μετ' ἤχους
ἀπόλοντο ὦ ἀνθρωπόλυθοι, καὶ πτη-
νίων δαίμονες. ὃ γὰρ λύνεγκαν Θεὸν
ἐνανθρωπήσαντα καθορᾶν. ἠχλυώθη-
σαν δὲ ἀνθρωπείῳ σώματος καταπα-
λαιοθέντες. ὃ γὰρ ἀνέθηκαν ἤπλημμα
τλὺ τῷ κρείττονος νίκλιν. καὶ γνῶ ἡ
τῷ Θεῷ αἴνεσις ὅπι πάντα τῆς γῆς περι-
φητικὸς διήχεῖται τὰ πέρατα. ἐπέστρε-
ψε μὲ οὖν εἰς Χριστὸν ὁ ἀπόστολος ἐποίη-
σεν, μυσταγωγήσας, τλὺ φιλάνθρωπον
συγκαταβᾶσιν, ἀνδράξας Θεὸν μόνῳ σέ-
βεσθαι καὶ προσκυνεῖν, καὶ τῶν πολλῶν
ἐκείνων ἰδρώτων ὃ μὲ οὖν ἐλήξεν. ὧν
ἐφάρκησε τὸ ἀποστολῆς ἔλκιον ὃ ἄρρητον
διέθεε δὲ καὶ τλὺ λίβυσσαν γλῶ, ἐκεῖ-
θεν πρὸς ἀνίσχυσαν μεταφοιτήσας αὖ-
γλοὺ, καὶ βραστέρων καὶ ταύτην τὴν διαγ-
γελίαν τὰ πτέρματα, ὧν κηρυσσόμενος
ὑπεγνώναι Θεὸν ἔπεισεν. ἔλιπε καὶ πᾶις
ἄλλαις ἐπ' αἰγύπτῳ πολυανθρωμένας
πόλεσι τὰ ἐρανόπλοκα δίκτυα ὑφα-
πλῶν, ἐσαγήνευσε πάσας λόγοις καὶ
θαύμασιν. ἔξωσράκισε δαιμονιώδη σε-
βάσματα, καὶ ὡς λίθος ἀκ ἤφησιν ἡ
προφητεία, κατέσρεψε τὸς τ' πλάνης
βωμοὺς, καὶ τὰ ἐν τύποις καθηδάφισε
τῆς ματαιότητος ξόανα, ὃ καλπίζων
φθόγγος ἤχων, ὃ τείχη καταπείων ἱερι-
χούντιν, ἀλλὰ τλὺ τῷ ἀνθρωποκτόνῳ
λόγοις ἀναμοχλεύων ἀπάντων, ἢ ὅς
ἐκείνων δυσμαχωτέρα, καὶ ναὸς ἀστε-
γείρων τῷ πάντων ἔξωσάζοντι. ἐν οἷς
καὶ τὰς σοφιδὸς καταλαλοκαίνων τῷ
ἀυτοῦ ψυχὰς, κατήλλαξε Θεῷ καὶ
προσωκειώσατο τῷ βαπτίσματι. ὅτος
γὰρ τῆς αἰγυπτιακῆς λήξεως θείῳ πνεύ-
ματι κατεξαίρετον ἀφωρίσθη διδάσκα-

prædicatus est: per ipsum ijs, qui aberraverant conversionis gratia comparata fuit, & via ad Creatorē demonstrata. Postquam verò miserícordem Dei adventum promulgavit, ac lingua Deo plena plures quidem nationes, præsertim verò Italos ad veritatis cognitionem attraxit, pro istis uti sapiens Architectus, Evangelij vas condidit, in quo novas leges insculpsit, quas antea prænunciaverat Hieremiæ prædictio dicens: *Et perficiam in domum Israel, & in domum Iudæ testamentum novum, dans leges meas in cordibus ipsorum*: ut ita non modò prædicatione, sed etiam Evangelica scriptura æterni Verbi incarnationem, ejusq; vitam inter homines traductam posteris manifestaret, ante oculos nimirum ponens illius divina miracula, tormenta, quæ pro nobis sustulit, è sepulchro resurrectionem, & ad Cœlos, unde descenderat, ascensionem. Magnú ntique tuúm hoc opus fuit, ò Marce, & planè divinú; opus universo mundo utile, & auxiliare. Tua enim vox tonitrui sonitum superavit, & Evangelij tui lumen supra Solis radios effulsit; illi siquidem nube nō rarò teguntur, & parva etiam nebula interposita obumbrantur; at Evangelij tui splendor perpetuus tuæ etiam animæ detegit pulchritudinem; An non enim ex hoc sēper refulget, & ijs qui propè sunt, instar facis illucet, & eos qui longè absunt, ad se revocat, & non affectato decore exornatus, brevique ac compendiosa sapientia illustratus admirabilia Dei gesta in omniú aures infundit? Sic fides Christiana efflоruit? Sic veritas victrix evasit. Sic Trinitas in Vnitate, & Vnitas

Hierem. 31.

Vnitas in Trinitate adoratur, & prædicatur. Sic ab omni creatura Pater ſine principio, & ſimiliter Filius ſine principio unà cum cõ-ſubſtantiali, & vivificante Spiritu dicitur, & colitur, in tribus nimirum perſonis unus Deus: ſingularis, & Divina illa natura, una rerum omnium creatrix, & incomprehẽſibilis potentia; error verò gẽtium depulſus eſt: plurium Deorũ cultus evanuit: & qui in tres partes, ut eſt in fabula, res omnes non ſuas (heu amentiam!) ſibi diviſerant, *cum ſonitu perierunt.* Dæmones hominum pernicies expugnati ſunt; nam Deum hominem factum videre non potuerunt; erubuerunt ſiquidem, ſeſe devictos ab humano corpore cernentes, non enim propriam cladẽ, & dedecus exiſtimaſſent à ſuperiore & potentiore vinci. Et nunc Dei laus, ut Prophetæ dixerunt, diffuſa eſt in omnes fines terræ. Convertit autem Apoſtolus ad Chriſti fidem, etiam Occidentales plagas, explicans Dei deſcenſum, ac exinanitionem ob humani generis benevolentiam, & docens, Deum ſolum colendum eſſe; atq; adorandum. At poſt multos iſtos ſudores, non adhuc quievit, nec ad Apoſtolicum aratrum trahendum invalidior evaſit; nam & Lybiæ terram peragravit, ac inde ad Orientales regiones profectus, ibiq; Evangelij ſemina diffundens, gentes illas ad Dei, quem ipſe prædicabat, cognitionem adduxit. Poſtea & alijs etiã Ægypti Vrbibus multorum hominum copia refertis, cẽleſtia retia extendens, omnes illas prędicatione, & miraculis in Chriſti ſagenam attraxit: Dæmonum ſcuiptilia, quæ colebantur, exter-

Pſalm. 9.

λ@. ἔκ@ τούτης ὃν τρώπους ἀρχιερεὺς ἡμῶν ποιμαίνων ὑπὸ τὴν μεγάλην Πέτρην τροσβέβληται, πόνοις φαιδρύνων ἀποστολικῆς ὃ ἐγχείρημα, ἡμῶν ποικίλοις καμάτοις καταχοσμῶν ὃ λειτούργημα, ὑ πνευφαῖς χρώμενο@, ὑ ἐρασμίοις, τροτρεπτικὸς. πειρασμοῖς δὲ τρὸς μείζονων, τρὸς ἐλαχίστων περισπιζόμενο@, ἡμῶν μυρίαις δίναις νικῶσιν, ἵνα @ ὄγκ@ ἐκεῖνον ζωμέλλω κατὰ Παῦλον τροσαπολύμενο@· ὦ μαθητὴ θεοφάντορος τ γλῶ ἐκπερινοήζαντ@ ἅπαζαν. ὦ σώματ@ μὴ τοῖς τοζότοις ἔργοις ἀπαγορεύσαντ@. ὦ κηρύγμαῖ@ ἀειθαλῆ τ ἰσχὺ ἀποσωσοντ@ ἡμῶν ἀγάναπον, θεῖα γὰρ ἔργα ἡμῶν ὐκ Θεοῦ, μαρασμὸν ὃ τροσίεται. ἐπεδ. ξεν ἐπάξι@ τ δαυϊτικὴν ῥῆσιν ὃ μεγαλοφυεπὴς τὴν δημιουργημάτων θαυμάζζαν, ἡμῶν τροὸς τ θεόπλων Μάρκ@ μεθαρμόζοντας τροτρεπτέον. εἰς πᾶσαν γλῶ γλῶ ἐξῆλθεν ὁ φθόγ@ αὐτῶ, ἡμῶν εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἡ τῶν ῥημάτων ὠφέλεια. αὕτη γὰ σοι θεόσοφε ἡ φωνὴ τροσφορ@, αὕτη μόνη ὑπὸ πᾶζαν ἐπτορείαν ἁρμόδι@. ἐμφανίζει γὰρ τὸν δρόμ@, τὺς ἀγῶνας, τὰς ἀλγηδόνας, τὰ δυσχερῆ, ἡμῶν @ ἀμαραντίνη@ στέφανον, ὃν ὑ χρυσί@ καταρτίζει ὃ ἐκ σφαίρ, ὑ λίθοι, ἡμῶν μαργαρίται καταποικίλλουσιν ἰνδικοί, ὃν δὲ ὁ ἀθάνατ@ ἀγωνοθέτης φιλοτεχνεῖ, ἡμῶν ὧ τὺς οἰκείους τραωθυτῆρας ἀμείβεται. σὺ γὰρ @ τόδες ὡρομοῖ κατὰ τὴν τροφητικὴν τροταγόρδυσιν, @ τῆς γῆς ζαγνύζαντες κύκλον. ζὺ ἡ γλῶσσα ὡραῖα, διηκελίσατο γὰρ εἰρηνίῳ τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν. ζὺ αἱ χεῖρες ὡραῖαι, τῷ καλάμῳ τὺ διακελίᾳ ὑπηρετήζασαν. ἀλλὰ ἢ πάντα μόνα τὰ ἱερότατα μέλη φημί. ὅλ@ καμάτοις ἀποστολικοῖς καθηλίασαι. ὅλ@ μαρτυρικοῖς κεκαλλωπισμένη σώμασιν, ἵνα ἡμῶν μαρτυρικῶν ἐπάθλων, ἡμῶν βραβείων

βείων ἐπαύρηται. ὁ γὰρ θύτης γέγονε καὶ θύμα διὰ Χριστὸν, καὶ ὁ ποιμὴν τὰ τοῖς θρέμμασι. παρομαρτοῦντα συνανεδέξατο. ὡς πρόβατον γὰρ καὶ οὗτος μετὰ τῆς ἄλλης ἀποστολικῆς ὁμηγύρεως ἐν μέσῳ λύκων ἀπέσταλται, καὶ θυσιάσωσα Θεῷ προσενήνεκται. ἐδεσμήθη γὰρ πρὸς ἀνόμων χειρῶν, ὁ πολλοὺς ἐξαρπάσας τοῦ διαβολικοῦ φαρύγγος. περιήχθη δεσμότης, προπεπηλάκισαι, δεδυσφήμηται, καὶ ἔφερε πράως τε καὶ ἀνεπαχθῶς, ὡς δεσπότην ἀπομιμούμενος. ἐφοινίχθη τοῖς τῆς σαρκὸς αἵμασιν, ὁ τὴν γὴν ἐκείνην τῶν δαιμονικῶν ἀποκαθάρας ῥυτίδων. ταῦτα γὰρ τῶν ἀγνωμονεστέρων ἡ ἀλογία, τοῖς τῶν ἀγαθῶν ἀντεπιφέρει προξένοις. καὶ τέλος, παντοδαπαῖς κακώσεσι δεδοκιμασμένος οἷα χρισὸς πρὸς τὸ ἄδυτον φῶς ἐξανέπτη, τῶν ποικίλων ἄθλων πολυειδῆ καὶ τὰ ἀρίστεια δρεψόμενος τοιοῦτος ὁ δρόμος τοῦ ἀποστόλου. τοιαῦτα τοῦ Εὐαγγελιστοῦ τὰ ἐπίχειρα, θαύματος ἔμπλεα, καὶ τῶν ἄνω κρότων ἐπάξια. καὶ πῶς οὐ ὑπερφέρων ὁ μέγας Μάρκος κατὰ πάντων ἀποκεκλήρωται. τί γὰρ ἀποστόλου γένοιτ' ἂν ὑψηλότερον; τί δὲ ὑπογραφέως Χριστοῦ τιμιώτερον; μαρτυρικῆς δὲ δόξης τὶ παρισούμενον; ὁπότε δὲ καὶ Ἱεραρχικὴ συμπάρεσιν ἐπωμίς, ἀθλητικοῖς κλειζομένη παλαίσμασι. τί ἄλλόγε εἰς εὔκλειαν ὑπολέλειπται; τί δ' ἔτερον; ὅτι μὴ ἀγγελικαὶ φάλαγγες, καὶ ἀνάκτορα θεῖα οἷς μετὰ τῶν ἄλλων ἐγκρίτων ὑπηρετῶν Θεοῦ συναγελάζεταί τε καὶ συναγάλλεται, τὸ τοῦ διδασκάλου συνεφορῶν πρόσωπον, καὶ τοῖς κάλλεσι τῆς θεαρχικῆς μοναρχίας λαμπαδουχούμενος. ᾧ γὰρ ἡ πρὸς Θεὸν δόξα αὐτοῖς μέλεσι διεσπούδασθαι, τούτῳ ἡ οὐρανία τε καὶ ἀπέραντος συνεφέπεται. ἀλλ' οὐδὲ τῶν κάτω εὐφημιῶν ἀμοιρεῖ, κἂν μὴ τούτων προσδέοιτο. ἤδη γὰρ, καὶ ἡ Αλε-

minavit, atque ut sanctus lapis (quemadmodum Prophetia dixit) erroris altaria euertit, & quæ in illis erant vanitatis, & insipientiæ simulacra solo æquavit, non tubarum clangores emittens, nec Hierichuntina menia prosternens, sed communis hominum hostis fraudes illis mœnibus inexpugnabiliores suis verbis evellens, ac Templa excitans Deo rerum omnium Dominatori, in quibus nigras, & obscuras eorum qui illic erant, animas dealbans, atque purificans, Deo illas reconciliavit, & per Baptismum conjunxit. Hic enim Ægypto, quæ illi in divisione obtigit, à Divino Spiritu præ alijs Magister assignatus est: hic illi regioni primus Pontifex, & Pastor, à magno Petro præfectus fuit, ærumnis illustrans Apostolicum opus, quod assumpserat, varijsque laboribus publicum ministerium exornans, non delicijs utens, non otio, & inertiæ deditus, sed tētationibus tàm à majoribus, quàm à minimis hominibus undique vexatus, ac multiplicium malorum agmine circumdatus, ut ita, quemadmodum & Paulus, tumorem omnem, & fastum comprimeret. O divinum Discipulū, qui totum terrarum Orbem peragravit! O corpus tot tantisq; operibus non defatigatum! O salutaris prædicationis semper virētem, & immortalem potentiam! Divina enim opera, & quæ à Deo sunt corruptionem non patiuntur. Cōgruum est hoc loco referre Davidis dictum, quo ipse divinorum opificiorum magnificentiam extollit, illudque Beato Marco adaptare, nimirum: *In omnem terram* Psal. 18.

exivit

exivit ſonus eius, & in fines orbis terræ verborum ipſius utilitas. Hæc enim vox tibi ſummè conveniens eſt, ò Marce, divina ſapientia pollens, hæc ſola tibi ſupra omnes Rhetoricæ amplificationes accommodata; benè ſiquidem explicat tuum curſum, tua certamina, labores, cruciatus, nec non coronam immarceſcibilem, quæ non auro ex regione Ophir confecta eſt, non gemmis, & margaritis Indicis diſtincta, ſed illa ipſa eſt, quam immortalis Iudex, & certaminum Præſes Deus, amore verè paterno electis impertitur, ac ſuis cultoribus retribuit. Tui enim pedes ſpecioſi ſunt, juxta propheticam prædictionem, qui terræ ambitum peragrarunt: Lingua tua ſpecioſa, quæ pacem illam omnium mentes excedentem feliciter annunciavit. Manus ſimiliter ſpecioſæ, quæ calamo in Evangelio miniſtrarunt. Sed quid hæc ſola ſacratiſſima membra commendo? Totus Apoſtolicis laboribus conſecratus: totus martyrij ſtigmatibus ornatus fuit, adeo ut Martyrum præmijs omnibus, & bravijs perfruatur. Qui enim Sacerdos erat, & ſacrificium offerebat, propter Chriſtum etiam victima effectus fuit, & Paſtor ea quæ gregis propria erant unà cum ipſo grege ſuſcepit. Nam & ipſe tamquam ovis una cum alio Apoſtolico cœtu in medio luporum miſſus fuit, & hoſtia vivens, Deo oblata eſt. In vincula enim conjectus fuit ab iniquis manibus ille, qui multos à Diaboli faucibus eripuit. Vinctus huc atque illuc adductus fuit, contumelijs ac probris aſſectus, & tamen omnia manſuetè, & æquo

Eſa.52.

Matth.10

ξάνδρῳ μᾶλλον δὲ ἡ ἀγγωπὸς πᾶσα
προσωπεῖον Μάρκον λαχοῦσα,
καὶ νεῖλος μυστικὸν ὑφαμμήν, τὰς νοητὰς
ἀπτῶν ἀρούρας, καταρδοῦντα, καὶ τὰς σπορὰς
ἀγαθοποιοῦς, ὡς ἀποστολον ὡς διαλελι-
σμένους, ὡς μάρτυρα μεγαλωνύμους, καὶ τὰς ὕμ-
νους ἀπτῷ καταλλήλως ταῖς προσηγο-
ρίαις συναπτοῦσα. Ὁρᾷ τοίνυν τὴν ψῆκτρ,
εἰ καὶ τοῖς ἄνω φοβερὸν, καὶ γάννυται
πλουτοῦσα τὰς κόνεως ἀναυχένα.
προσφωνεῖ τούτῳ τὰ ὑπερφυῆ ἀσύματα,
καὶ ὡς ζῶντι προσδιαλέγεται, ὡς συ-
νόντι τῷ πνεύματι προσλαλεῖ. καὶ
τῶν ὀκείθεν χαρίτων καταπνυφᾷ. ὡσ-
ἔπτ τὰς προσφόρους τῷ ἀποστόλῳ δω-
ροφορεῖσθαι ὑμᾶς, τὰς μείζους χάριτας
ἀντιδέχεται. πειρασμῶν γὰρ ὑπερενέ-
σπν πῦρας, καὶ παφῷ κυκλοῦσιν ὡς
ἀσικοὶ, καὶ τῶν δεινῶν ἀπολύονται. ἀ-
φελεῖ τούτοις βάρβαρος ὀφρὺς τὰ ἀνή-
κεστα. ὁ δὲ προὸς ποιμενάρχην
ἱκετεύοντι συρρέουσιν. ἐσμὸς παθῶν ἀνοχλεῖ,
καὶ πολλὰ τούτῳ ὡς ἰατρεύοντι τὰς θεοφι-
λείας βλύζον καταφυλάνασι. μᾶλ-
λον δὲ ἡ σύμπασα διδάσκαλον καὶ ἐπί-
κυρον ὑπογραφομένη Μάρκον, τὸν
ἀυτῆ προκαλεῖται ἐν τοῖς συμπάσχουσιν
ἀρωγὸν, καὶ ταῖς ἐτησίαις ἑορταῖς ὡς
χρέα τὰς ἐπαίνους καρποφορεῖσθαι, κομ-
πάζει κροτοῦσα, καὶ χορεύει πανηγυρί-
ζουσα, τὸ τε θεῖον ἀυτῆ διαλέλιον προσπ-
τυσσομένη ὡς πολλάκας θεοχαράκτους
ἐνεγκαλίζεται, ἢ κρεῖττον εἰπεῖν, ὡς
ἀυτὶ μεχλ σόμα σεβάζεται, καὶ παρ
ἀυτῆ τὰ θεόφθογγα σιέ ἀκροάζεσθαι
ῥήματα. Οὗν καὶ ἡμῖν ὦ μύσα, καὶ Εὐαγ-
γελιστὰ ἵλεων μὴ ἀποκάμοις πηδήμους,
τὰ κυκλοῦντα λυπηρὰ ἐπελαύφρωσε, τὰ
ἐν βίῳ δυσαχθῆ κατθυμάριζε, ῥῆξον
ὅτῳ ἐγκλημάτων χλεόγραφον, δὸς δυ
λύσιν τῷ ἐπταισμένων, ὅτι αὐτὰν προὸς
τῆς δεκτοπικῆς γλώσσης ἐλπφας ἀξου-
σίαν; εἰ δεσμήσῃς, ἀῤῥήκτον ὃ δεσμού-
μενον, εἰ προὸς συμπάθειαν νοήσῃς,
ὁ δεσμὸς ἀναφάνισος, μὴ παρέλθῃ ταῖς
σφραῖς

ὑφορᾶις ὑμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ ἐσφιγμένους, ἀλλ' ὑπεπίμπρου τοῖς δεσμοῖς, ἐ ῥαγήσου), δείξῃ τὰς ὀπλιτείας αἰχμαλώτους, ὡς τῷ θεμελίῳ τῇ σῶν ὀλιγοπίστως λόγων, ὑφ' ὧν ἡ τῆ διστακτικοῦ ῥύσις αἱμάσσετο, ἐ τὴν ὁμαίβεν ἡμᾶς μεταχθῆ ἀγαθῶν ἀθλοφορίαν. χάριτι ἐ φιλανθρωπίᾳ τῆ Κυρίᾳ ἡμῶν Ἰῦ χῦ. ᾧ ἡ δόξα ἐ ὁ κράτος νῦν ἐ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

animo perferebat, Dominum suũ imitatus. Multo carnis propriæ sanguine perfusus est, qui terram illam dęmonum sordibus expurgaverat. Hæc enim sunt, quæ ingratorum, & iniquorum hominum insipientia illis rependit, qui beneficia in eos contulerant. Demum omnigenis cruciatibus velut aurum probatus ad inaccessibilem illam lucem evolavit, variorum certaminum multiplices, atque uberes fructus percepturus. Talis fuit Apostoli cursus: tales Evangelistæ conatus miserando pleni, & supernis plausibus digni. Et quomodò in omnibus magnus Apostolus Marcus summas laudes non sortiatur? Quid enim est Apostolo sublimius? Quid Christi Scriba honorabilius? Quid cum Martyrij gloria comparandum? Cum verò & Pontificius amictus eidem accesserit Athleticarum luctationum gloria decoratus, quidnam aliud ad summum gloriæ pondus reliquum fuit? non utique aliud nisi Angelorum comitatus, & cœlestis illa Regia, in qua unà cum alijs electis Dei servis modò versatur, & exultat sui magistri faciem conspiciens, & Divini illius Regni pulchritudine, & lumine illustratus. Cui enim Dei gloria in hoc mundo curę fuit, meritò hunc cælestis, & infinita gloria in Cœlo consectatur. At neque celebrationibus hujus mundi destituitur, licèt his non indigeat. Nunc enim Alexandria, imò verò tota Aegyptus Marcum suum primum Præsulem sortita, ac veluti mysticum Nilum nacta, spirales animarum agros irrigantem, quemadmodũ verus Nilus feraces terręe campos irrigare solet, illum ut Apostolum, ut Evangelistam, ut Martyrem magnificè extollit, atque hymnos canit ejus appellationibus, & meritis consonos. Videt ejus corpus in monumento positum, licèt anima in supernis regionibus versetur, ac secum ipsa lætatur illius sacrorum cinerum thesauro ditata. Circa ejus sepulchrum festivis canticis ipsum compellat, & tamquam cum vivente aliquo, & in spiritu versante colloquitur, ac gratijs ibidem ab eo receptis perfruitur: pro illis verò honoribus quos Apostolo congruentes offert, majora viciſſim beneficia recipit. Cum enim calamitatem flatus adversi spirant, tunc Vrbis incolæ Marci Sepulchrum circumdant, & illicò à malis liberantur. Cùm Barbarorum furor graviſſima mala minatur, ipsi ad Pastorem supplices confluunt. Morborum copia cùm eos perturbat, tunc ad ipsum veluti ad Medici officinam, è qua emanant remedia, confugiunt; Imò verò universa Aegyptus Magistrum, & adiutorem sibi Marcum adscribens in adversis omnibus, quæ sibi contingunt, illius auxilium invocat, & annuo die ejus festo laudum debitum ipsi persolvens, exultat, plaudit, ac celebri panegyri illius merita prosequitur: divinumque

ipsius

ipſius Evangelium, ut tabulas à Deo inſculptas amplectitur, vel ut melius dicam, tamquam ipſum Chriſti os veneratur, & ab illo divina verba ſe audire arbitratur. Quem & nobis, ò Sanctiſſime Doctor & Evangeliſta, propitium reddere ne graveris: triſtia quæ nos perturbant, tollas: aſpera quæ in vita accidunt, complanes: rumpas chirographum illud, in quo noſtra crimina deſcripta ſunt: & erratorum des veniam; talem enim poteſtatem ab ipſius Domini lingua accepiſti: Si ligaveris, id quod ligatur erit inſolubile: ſi ad commiſerationem & veniam inclinaveris, vinculum facilè diſſolvetur. Ne ergo deſpicias nos catenis peccatorum conſtrictos, ſed impera vinculis ipſis, & effringentur. Eccleſias in pace, & tranquillitate cuſtodias, quas tuæ prædicationis fundamento firmaſti: pro illis quippe Domini ſanguis effuſus eſt; & bonorum cæleſtium fac nos eſſe participes, gratia & benignitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria, & potentia, nunc & in ſæcula ſæculorum. Amen.

CATE-

Digitized by Google

CATENA GRAECORVM PATRVM IN EVANGELIVM secundum Marcum.

Collectore, & Interprete

PETRO POSSINO SOC. IESV PRESBYTERO.

BIBLIOTECA PROVINCIAL LIBRERIA

ΤΟΥ ΚΑΤΑ' ΜΑΡΚΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Κατὰ Μάρκον τόδε τὸ Εὐαγγέλιον ἐπιγέγραπται, ἐπειδὴ αὐτὸ Μάρκος ὁ μαθητὴς Πέτρου, καὶ συνέκδημος Παύλου συνεγράψατο. διηγεῖται δὲ ἐξ ἀρχῆς λέγων ἀρχὴν εἶναι τοῦ Εὐαγγελίου τὸ τοῦ Ἰωάννου κήρυγμα καὶ βάπτισμα. λαβὼν τὸ μαρτύριον παρὰ Ἡσαΐου τοῦ Προφήτου. σημαίνει δὲ καὶ αὐτὸς ὅτι ἐπειράσθη ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ὄρει, οὐ καταλέγει δὲ τοὺς πειρασμούς. ἀπαγγέλλει δὲ ἢν ἐκλογὴν τῶν μαθητῶν, καὶ σημεῖα καὶ τέρατα γενόμενα, τήν τε τοῦ μυστηρίου παράδοσιν, καὶ τέλος ὅτι παρεδόθη Πιλάτῳ, καὶ ἐσταυρώθη τῷ σώματι, καὶ οἱ μὲν στρατιῶται διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, τὸ δὲ σῶμα τεθὲν ἐν μνημείῳ ἠγέρθη ἐν τριημέρῳ. καὶ τοῦτο ταῖς γυναιξίν ὁ καταβὰς Ἄγγελος ἀπήγγειλεν, ἵνα καὶ αὐταὶ ἀπαγγείλωσι τοῖς μαθηταῖς.

EVANGELII SECVNDVM MARCVM

ARGVMENTVM:

Secundum Marcum hoc Evangelium inscribitur, quoniam id Marcus Petri discipulus, & comes Peregrinationum Pauli, conscripsit. Narrare autem à principio incipit dicens, initium esse Evangelij Ioannis prædicationem, & Baptismũ, sumpto testimonio ab Esaia Propheta. Prodit autem & ipse tentatum in monte Christum, tentationes tamen singillatim non recenset. Explicat verò distinctè electionem Discipulorum, & signa, ac prodigia, quæ contigerunt, tum etiam mysterij traditionem, ad extremum ut traditus Pilato Dominus sit, & corpore crucifixus: utque vestimenta quidem eius inter se milites partiti sint, corpus verò in sepulchro positum resurrexit intra triduum: idque mulieribus descendens Angelus nunciaverit, ut & ipsæ nunciarent Discipulis.

SCHOLIVM.

Confundit hic Autor Marcum Petri Discipulum cum alio comite Pauli & Barnabæ. In hoc non probandus, uti nec Victor qui paulò post idem affirmat.

Digitized by Google

EVANGELII SECVNDVM MARCVM.

CAPITVLA

1 De Infeſſo a Dæmone.
2 De Socru Petri.
3 De curatis à diverſis morbis.
4 De Leproſo.
5 De Paralytico.
6 De Levi publicano.
7 De habente manum aridam.
8 De Electione Apoſtolorum.
9 Parabola Sementis iactæ.
10 De increpatione aquarum.
11 De Legione.
12 De Filia Principis Synagogæ.
13 De Hæmorrhoiſſa.
14 De Ordinatione Apoſtolorum.
15 De Ioanne & Herode.
16 De quinque panibus.
17 De inceſſu ſupra mare.
18 De tranſgreſſione mandati Dei.
19 De Phœniſſa.
20 De Muto.
21 De ſeptem panibus.
22 De Fermento Phariſæorum.
23 De Cœco.
24 De Interrogatione in Cæſarea.
25 De Transfiguratione Ieſu.
26 De Lunatico.
27 De Diſceptantibus, quis maior?
28 De Interrogantibus Phariſæis.
29 De Divite eum interrogante.
30 De Filijs Zebedæi.
31 De Bartimæo.
32 De Pullo.
33 De Ficu arefacta.

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

α' Περὶ τοῦ δαιμονιζομένου.
β' Περὶ τῆς πενθερᾶς Πέτρου.
γ' Περὶ τῶν ἰαθέντων ἀπὸ ποικίλων νόσων.
δ' Περὶ τοῦ λεπροῦ.
ε' Περὶ τοῦ παραλυτικοῦ.
ς' Περὶ Λευῒ τοῦ τελώνου.
ζ' Περὶ τοῦ ξηρὰν ἔχοντος χεῖρα.
η' Περὶ τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς.
θ Περὶ τοῦ σπόρου παραβολή.
ι' Περὶ τῆς βαπτίσεως τῶν ὑδάτων.
ια' Περὶ τοῦ λεγεῶνος.
ιβ' Περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου.
ιγ' Περὶ τῆς αἱμορροούσης.
ιδ' Περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων διατάξεως.
ιε' Περὶ Ἰωάννου & Ἡρῴδου.
ις Περὶ τῶν πέντε ἄρτων.
ιζ' Περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου.
ιη' Περὶ τῆς παραβάσεως ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ.
ιθ Περὶ τῆς Φοινίσσης.
κ' Περὶ τοῦ μογιλάλου.
κα' Περὶ τῶν ἑπτὰ ἄρτων.
κβ' Περὶ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων.
κγ' Περὶ τοῦ τυφλοῦ.
κγ' Περὶ τῆς ἐν Καισαρείᾳ ἐπερωτήσεως.
κε Περὶ τῆς μεταμορφώσεως τοῦ Ἰησοῦ.
κς' Περὶ τοῦ σεληνιαζομένου.
κζ' Περὶ τῶν διαλογιζομένων, τίς μείζων;
κη Περὶ τῶν ἐπερωτησάντων Φαρισαίων.
κθ Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος αὐτὸν πλουσίου.
λ' Περὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου.
λα' Περὶ βαρτιμαίου.
λβ' Περὶ τοῦ πώλου.
λγ' Περὶ τῆς ξηρανθείσης συκῆς.

λδ'

Digitized by Google

λδ' Περὶ ἀμνησικακίας.
λέ Περὶ τῶν ἐπερωτησάντων τὸν Κύριον Ἀρχιερέων & Γραμματέων.
λς Περὶ τῦ ἀμπελῶνος.
λζ' Περὶ τῶν ἐγκαθέτων διὰ τὸν κῆνσον.
λή Περὶ τῶν Σαδδουκαίων.
λθ Περὶ τῦ Γραμματέως.
μ' Περὶ τῆς τῦ κυρίυ ἐπερωτήσεως.
μά Περὶ τῆς τῶ δύο λεπτά.
μβ' Περὶ συντελείας.
μγ' Περὶ τῆς ἡμέρας κὴ ὥρας.
μδ' Περὶ τῆς ἀλειψάσης μύρῳ.
με Περὶ τῦ πάσχα.
μς' Περὶ τῆς Προδόσεως προφήτια.
μζ Περὶ τῆς τῦ Πέτρυ ἀρνήσεως.
μή Περὶ τῆς αἰτήσεως τῦ Σώματος τῦ Κυρίυ.

34 De obliviſcendis iniurijs.
35 De Principibus Sacerdotũ, ac Scribis interrogãtibus Dñũ.
36 De Vinea.
37 De Inſidiantibus per cenſum.
38 De Sadducæis.
39 De Scriba.
40 De Interrogatione Domini.
41 De Muliere cũ duob. minutis.
42 De Conſummatione.
43 De Die & hora.
44 De ea quæ unxit Dominum unguento.
45 De Paſchate.
46 Prophetia traditionis.
47 De Petri negatione.
48 De Petitione Corporis Domini.

Σουίδα. Μάρκος ὁ Εὐαγγελιστὴς ἔχει πίτλυς μή Κεφάλαια λς'.

Suidæ. Marcus Evangeliſta habet Titulos 48. Capita 36.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΒΑΤΙΚΑΝΟΥ Πρόλογος εἰς λύν Ἑρμήνειαν τῦ κῦ ΜΑΡΚΟΝ.

ANONYMI EX VATICANA Bibliotheca deſcripti Præfatio in expoſitionem Evangelij ſecundum Marcum.

Ἐπειδὴ μὴ ἔυρόν τινα τῶν πατέρων Ἑρμηνευσάντων τὸν Μάρκον, ἵνα μὴ μείνῃ ἀτέλεσον τὸ Εὐαγγέλιον, καπιόλμησα τῆς ἑρμηνείας. εἰ μὲν ὄντι ἄξιον λεχθείη, χάρις Θεῷ, καὶ τοῖς τὰ σπέρματα δεδωκόσι παρᾶσιν. εἰ δ' οὐκ, ἐξωκὴ τῦτο τῆς ἐμῆς ἀμαθείας καὶ θρασύτητος ἀπόδειξις.

Μάρκος ὁ θεσπέσιος Εὐαγγελιστὴς γέγονε μὲν ἀκροατὴς καὶ φοιτητὴς Πέτρυ τῦ Κορυφαίυ τῶν Ἀποστόλων. καὶ δὴ καὶ μέμνηται αὐτῦ ὁ Πέτρος ἐν δευτέρᾳ τῶν Καθολικῶν αὐτῦ ἐπιστολῶν, λέγων. ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μυ. γέγονε δὲ ὕστερον τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος. φησὶ δὲ Εὐσέβιος ἐν τρίτῃ βίβλῳ τῆς εὐαγγελικῆς ἀπο-

QVoniam nullum Patrũ inveni, qui Marcum eſſet interpretatus, ne Expoſitio Evangelicæ Scripturæ imperfecta maneat, auſus ſum eam operis partem invadere. in qua tractanda ſi quid laude dignum attulero, Deo ſit gratia, & Patribus, qui ſemina jecerunt unde hæ qualeſcunmque fruges exiſterent. Sin minus, ferendum fuerit extare hic imperitiæ, confidentiæque meæ monumentum.

Divus Marcus Evangeliſta fuit auditor & diſcipulus Petri Apoſtolorum Principis. Itaque meminit ipſius Petrus in ſecunda ſuarum Epiſtola Catholica, dicens: *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone* 1. Petr. v. v. 13.

bylone coelecta, & Marcus filius meus. Fuit autem postea Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus. Ait verò Eusebius in Libro tertio Evangelicæ demonstrationis, Petrum religione quadam à scribendo Evangelio refugisse, Marcum autem quæ a Magistro audierat memoria & commentario complexum, ad utilitatem Fidelium edidisse. hinc factum, ut quæ Petro ampla & gloriosa dicta sunt a Christo Marcus non referat, ut pote quæ a Petro sua decora præ modestia premente nunquam audijsset. Negationem verò & quæcumque parum honorifica Petro erant quasi ex proposito persecutus sit: quod ea nimirum Petrus ad sui depressionem commemorare ac profiteri solitus esset.

δείξεως. ὅτι ὁ μὲν Πέτρος δι' εὐλάβειαν ἀπέσχετο τοῦ γράψαι Εὐαγγέλιον. ὁ δὲ Μάρκος ἀπομνημονεύσας τὰ παρὰ τοῦ διδασκάλου λεγόμενα συνεγράψατο εἰς ὠφέλειαν τῶν ἀκουόντων. διὸ καὶ τὰ ἔνδοξα τὰ πρὸς Πέτρον εἰρημένα, ὡς Πέτρου διὰ τὴν ταπεινοφροσύνην οὐκ εἰρηκότος, οὐ συνεγράψατο. τὴν δὲ ἀρνησιν, καὶ ὅσα κατ' αὐτοῦ, εἶπεν, ὡς καὶ Πέτρου τὰ καθ' ἑαυτοῦ ἐκπομπεύοντος.

VICTORIS PRESBYTERI Antiocheni in suam Expositionem Evangelij secundum Marcum.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ Εἰς τὴν τοῦ κατὰ Μάρκον Ἑρμήνειαν.

Præfatio.

Πρόλογος.

CVm in Evangelium secundum Matthæum & secundum Ioãnem tonitrui filium multi Commentaria conscripserint, pauci vero in Evangelium secundum Lucam: in Evangelium vero secundum Marcum omnino, ut opinor, nullus (neque enim memorari quemquam qui id fecerit audivi hactenus, quamvis curiosè inquisierim ex eis qui Scriptorum veterum indices summa cura confecerunt) decrevi brevem expositionem in hoc Evangelium conficere, colligendis & digerendis quæ sparsim & ex occasione in locum eius aliquem scripta in Operibus Magistrorum Ecclesiæ reperientur.

Sciendum: Evangelistam Marcum primum omnium post Mat-

ΠΟλλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ εἰς τὸ κατὰ Ιωάννην τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, συνταξάντων ὑπομνήματα, ὀλίγων δὲ εἰς τὸ κατὰ Λουλᾶν, οὐδενὸς δὲ ὅλως, ὡς οἶμαι, εἰς τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον ἐξηγησαμένου (ἐπεὶ μηδὲ μέχρι τήμερον ἀκήκοα, καὶ τοῦτο πολυπραγμονήσας παρὰ τῶν σπουδὴν ποιουμένων τὰ τῶν ἀρχαιοτέρων συνάγειν πονήματα) συνεῖδον τὰ κατὰ μέρος καὶ σποράδην εἰς αὐτὸ εἰρημένα παρὰ τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, συναγαγεῖν, καὶ σύντομον Ἑρμήνειαν συντάξαι.

Ιστέον ὅτι μετὰ Ματθαῖον Μάρκος ὁ Εὐαγγελιστὴς συγγραφὴν ποιεῖται, ὃς Ἐκαλεῖτο καὶ Ιωάννης. υἱὸς δὲ οὗτος ἦν Μαρίας τῆς τοὺς Αποστόλους δεξαμένης ἐν Ιερουσαλὴμ ἐν τῇ αὐτῆς οἰκίᾳ. ὡς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Αποστόλων δηλοῦται. Καὶ τὰς μὲν ἀρχὰς τῷ Βαρνάβᾳ, ἀνε-

ψιὸς

ψιὸς ὢν αὐτοῦ, καὶ τῷ Παύλῳ συμνήπτετο, ὡς πάλιν ἐν ταῖς πράξεσιν εἴρηται τῶν Αποστόλων. Καὶ Παῦλος δὲ πρὸς Κολόσσεις μνημὴν αὐτοῦ ποιεῖται, φάσκων, ἀσπάζεται ὑμᾶς Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον δευτέρᾳ, ἀναλαβὼν Μάρκον ἄγαγε μετὰ ἑαυτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπὶ τῆς Ρώμης δὲ μετὰ ταῦτα σὺν τῷ Πέτρῳ, ὅς φησιν ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ. ἀσπάζεται ὑμᾶς Μάρκος ὁ υἱός μου. Τὴν ἱερὰν τοίνυν τοῦ Κυρίου κηρύγματος διδασκαλίαν παρ' αὐτῶν δεδιδαγμένος ἦν καὶ σὺν αὐτοῖς ἐποιεῖτο ταύτην, καὶ ἐπὶ τῆς Ρώμης ἐπλήρου. Παρακλήσεσι δὲ παντοίαις ἤτουν αὐτόθι, φασιν, ἔγγραφον αὐτοῖς ἐκθέσθαι τὴν διήγησιν τοῦ Κυρίου κηρύγματος. καὶ ταύτην αἰτίαν γενέσθαι τῆς τοῦ λεγομένου κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου γραφῆς.

ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ Μετὰ τὴν τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου ἔκδοσιν, Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ Ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυττόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε.

thæum Evangelium scripsisse. qui quidem non modo Marcus, sed præterea Ioannes quoque reperitur dictus. Filius is erat Mariæ illius, quæ Apostolos in domum suam Ierosolymis excepit, prout in Actis Apostolorum narratur. Ac principio quidem Paulo adhæsit & Barnabæ, cum hujus consobrinus esset, prout item in Actis Apostolorum dicitur. Paulus quoque ad Colossenses scribens, ejus meminit, his verbis: *Salutat vos Marcus Consobrinus Barnabæ*. & ad Timotheum secunda: *Marcum assume & adduc tecum*, & quæ sequuntur. Romæ vero deinde cum Petro fuit; qui priore sua Epistola: *Salutat vos* (inquit) *Marcus Filius meus*. Sacram igitur Evangelicæ prædicationis doctrinam à principibus Apostolis accepit, & una cum ipsis exercuit ac promulgavit Romæ: ubi & ajunt quotidianis precibus Fidelium indulsisse ipsum, ut quæ voce prædicaverat, brevi scripto comprehensa vulgaret: ac tali occasione Evangelium quod dicitur secundum Marcum, esse conscriptum.

Col. iv. 10.

Tim. 11 iv. 11.

IRENAEI Post editionem Evangelii secundum Matthæum, Marcus Discipulus & Interpres Petri, quæ à Petro prædicabantur scripto nobis tradidit.

CATE-

CATENA GRAECORVM PATRVM IN EVANGELIVM secundum Marcum.

EVANGELIVM Secundum Marcum. Cap. 1.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ Τὸ Κατὰ Μαρκον. Κεφ. α'

„ ℣. 1. Initium Evangelii Ieſu „ Christi Filij Dei.

„ Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ιησοῦ Χριστοῦ „ υἱοῦ Θεοῦ.

„ 2. Sicut ſcriptum eſt in Pro- „ phetis. Ecce ego mitto Ange- „ lum meũ ante faciem tuã, qui „ præparabit viam tuã ante te.

„ Ως γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις· „ Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν Ἄγγελον μου „ πρὸ προσώπου σου ὃς κατασκευάσει „ τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

ANONYMI VATICANI. Quandoquidem Matthæus & Lucas Christi res ab ipſis principiis repetierunt: ille a Domini genealogia, hic ab iis quæ ejuſdem Domini conceptum præceſſerunt, Ego initium Evangelii a Ioanne ducam. Evangelii, inquam, Filii Dei. Filium enim Dei Chriſtum eſſe, in Prophetis ſcriptum eſt. Hoc porro inquit Scriptionis meæ principium eſt: *Ecce ego mitto Angelum meum*, Id Malachias de Ioanne dicit, ut ex perſona Dei. Potes autem illud: *Sicut ſcriptum eſt in Prophetis*, connectere illi ſententiæ: *Ecce ego mitto Angelum meum*. quaſi dicat Marcus: inchoare ſe Evangelium Filii Dei ab eo quod a Prophetis de Ioãne dictum eſt. deinde omiſſis alijs Prophetis, puta Davide dicente: *Paravi lucernam Chriſto meo*, Iſaiæ teſtimonium ſolius poſuit,

Malach. III. 1

Pſalm. CXXXI. 17.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΒΑΤΙΚΑΝΟΥ. Ἐπειδὴ ὁ Ματθαῖος καὶ ὁ Λουκᾶς ἀνωθεν ἤρξαντο, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου γενεαλογίας, οἵ δὲ καὶ ταύτας ἐμπροσθεν, ἐγώ φησι τὴν ἀρχὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀπὸ Ἰωάννου ποιήσομαι. Εὐαγγελίου δὲ τοῦ υἱοῦ Θεοῦ, οὗτο γὰρ ἐν ταῖς προφήταις γέγραπται, ὅτι υἱός ἐστι Θεοῦ. ἡ δὲ ἀρχὴ φησι τῆς ἐμῆς συγγραφῆς ἐστί, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν Ἄγγελόν μου. τοῦτο δὲ ὁ Μαλαχίας περὶ Ἰωάννου λέγει, ὡς ἐν προσώπῳ Θεοῦ. δύναται δὲ ὅ, ὡς γέγραπται ἐν ταῖς προφήταις, σιωπήσαι τῷ, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν Ἄγγελόν μου. ἵνα τὴν ἀρχὴν ποιήσομαι τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ υἱοῦ Θεοῦ ὃ ταῖς προφήταις περὶ Ἰωάννου εἰρημένον. εἶτα ἀφεὶς τοὺς ἄλλους προφήτας, οἷον τὸν Δαβὶδ τὸν εἰπόντα, ἡτοίμασα λύχνον τῷ χριστῷ μου, τὴν Ησαΐου πέθηκε μαρτυρίαν μόνον.

BIKTO-

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧΕΩΣ. Μάρκος ὁ Εὐαγγελιστὴς ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος τοῦ ἐξ ὕψους ἐπιόντος τοῖς ἀνθρώποις, τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο. ὃ μὲν γὰρ, φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, μετὰ τὴν περὶ τὴν Ἐξεκίαν ἱστορίαν ἀναγέγραπται. ὃ, δὲ ἰδοὺ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου, καὶ τὰ ἑξῆς, ὑπὸ Μαλαχίου εἴρηται. Ἐπιτεμὼν δὲ ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὡς ὑπὸ Ἡσαΐου εἰρημένας τὰς δύο χρήσεις παρέθηκεν. τὴν δὲ ὁμοίως ἐπιτομὴν πεποίηται καὶ ἐπὶ τῷ, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου, καὶ τὰ ἑξῆς, παρασκωπήσας τὸ προκείμενον, ἐμπροσθέν σου, ὡς Ὠριγένης ἐν ἕκτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγητικῶν φησι, δύο προφητείας εἰρημένας ἐν διαφόροις ὑπὸ δύο προφητῶν, εἰς ἓν συναγαγὼν πεποίηκε.

VICTORIS ANTIOCHENI. Marcus Evangelista a descensu Prophetici Spiritus ex alto in homines, initium fecit. Illud enim: *Vox clamantis in deserto* post Historiam Ezechiæ scriptum est. hoc vero: *Ecce ego mitto Angelum meũ* & quæ sequuntur, a Malachia est dictum. compendio vero usus Evangelista utramque sententiam ita junxit tamquam si vnius autoris Isaiæ essent. simili breviãdi studio rursus & illa contraxit: *Ecce ego mitto Angelum meum* & quæ sequuntur. Silentio nimirum premens quod citato loco legitur: *ante te*. Ita Origenes sexto tomo Enarrationum in Evangelium secundũ Ioannem; ubi duas prophetias locis diversis scriptas à Prophetis duobus in unam hic conflatas docet.

„ Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

V. 3. Vox clamantis in deserto: „ Parate viam Domini rectas facite semitas ejus.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΒΑΤΙΚΑΝ. Καὶ οὐ μόνον φησι, ταύτην εἶπεν περὶ Ἰωάννου τὴν ῥῆσιν ὁ Προφήτης, ἀλλὰ καὶ τὴν λέγουσαν, φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. τοῦτο δὲ εἶπε ἵνα δείξῃ καὶ τὴν μαρτυρα Χριστοῦ μέγιστον, ᾧ δύο προφητεῖαι αὐτοῦ ἐπεμνήσθησαν.

ΑΝΟΝΥΜΙ VATICANI. Neque solum, inquit, hãc protulit de Ioanne sentẽtiam Propheta, sed & illam: *Vox clamantis in deserto*. Hoc autem dixit, maximum demonstrans Christi testem: utpote cujus Prophetiæ duæ mentionem fecerint.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τὸ δὲ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, εἰρήκει ὁ μακάριος βαπτιστὴς πρὸς τοὺς σταλέντας ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ διδασκάλων τοῦ λαοῦ. πυνθανομένων γὰρ αὐτῶν καὶ διερωτώντων τίς εἶ; ἵν' ἀπόκρισιν δῶμεν, καὶ τὰ ἑξῆς. αὐτὸς ἀντὰπεκρίθη τό, φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὡς καὶ τὸ ἐπαγόμενον δηλοῖ κηρύττων βάπτισμα μετανοίας, καὶ τὰ ἑξῆς. ὁρᾷς καὶ διὰ τί ἐκήρυττεν, εἰς τοῦτο δηλονότι μόνον

VICTORIS ANTIOCHENI. Hæc verba: *Vox clamantis in deserto*, dixerat Beatus Baptista ad missos à Principibus Sacerdotum & Doctoribus Populi. Interrogantibus enim eis; *Tu quis es? ut responsum demus* &c. ipse respondit: *Vox clamantis in deserto*. prout & indicatur eo quod adjungitur: *prædicans baptismum pœnitentiæ* &c. Ad id videlicet solum aderat ut præpa-

præpararet & viam muniret: non autem ut ipsam, cujus spem faciebat, gratiam remissionis peccatorũ ipse daret, sed ut animas, ad quas adventabat Deus, ad eum excipiendum idoneas redderet. Ioannis quidem baptisma per pœnitẽtiam purgabat in præparationem sanctificationis: Christi autem, per gratiam sanctificabat in perfectionem.

ὅτι προοδοποιῶν παραγέγονε, καὶ προετοιμάζων, οὐ τὴν δωρεὰν χαριζόμενος, ὅπερ ἦν ἄφεσις, ἀλλὰ προπαρασκευάζων τὰς ψυχὰς τῶν μελλόντων δέχεσθαι τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Τὸ μὲν Ἰωάννου βάπτισμα διὰ μετανοίας ἐκάθηρεν εἰς εὐτρεπισμὸν ἁγιασμοῦ. Τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ, διὰ χάριτος ἡγίαζεν εἰς τελείωσιν.

ANONYMI TOLOSANI. Marcus Evangelista à Prophetico spiritu qui in homines è cœlis supervenit, initium fecit. Finem quippe testamenti veteris initium novi dicit esse. Porro testimonium quod de Præcursore recitat ex duobus Prophetis sumptum est, Malachia & Esaia. Malachias dixit: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, Isaias vero: Vox clamantis in deserto. Est autem illic sermo Dei Patris ad Filium dicentis Angelum fore Præcursorem. Propterea quod & Angelicam vivendi formam æmulaturus esset: & quia annunciaturus & indicaturus esset Christum venientem. Quod autem ait Evangelista. Initium Evangelii sicut scriptũ est in Esaia Propheta, excelsior Evangelii forma monstratur. Quid verò præparavit Ioannes? & quam viam Domini? Iudæorum animas scilicet per baptismum ad recipiendum Christum. Quod vero additur: *ante faciem tuam*, cognationem ostendit Christi cum Ioanne. Illud autem: *vox clamantis in deserto*, dupliciter intelligi à nobis potest. aut enim per desertum, solitudo Iordani contermina significatur; aut Sy-

ΑΝΟΝΥΜΟΥ ΤΟΛΩΣΑΙΟΥ. Μαρκος ὁ Εὐαγγελιστὴς ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος τοῦ ἐξ οὐρανοῦ ἐπελθόντος τοῖς ἀνθρώποις, τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο. Ὃ γὰρ τέλος τῆς παλαιᾶς ἀρχὴν τῆς νέας διαθήκης εἶναι λέγει ἡ δὲ μαρτυρία, ἣν ἔλαβε παρὰ τοῦ προδρόμου, ἐκ δύο προφητῶν ἐλήφθη Μαλαχίου τε καὶ Ησαΐου. τοῦ μὲν Μαλαχίου εἰρηκότος, ἰδοὺ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. τοῦ δὲ Ησαΐου φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. εἰ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν ὁ λόγος, ἄγγελον εἶναι εἰπόντος ὃν πρόδρομον, διά τε ὃ ἀγγελικὴν ἔχειν πολιτείαν, καὶ ὃ μηνύειν καὶ ἀγγέλλειν ὃν Χριστὸν ἐρχόμενον. εἰπόντος δὲ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, τοῦτο ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου, καθὼς γέγραπται ἐν Ησαΐᾳ τῷ προφήτῃ, ὑψηλοτέρα εἰκὼν τοῦ Εὐαγγελίου δείκνυται. τί δὲ κατεσκεύασεν ὁ Ἰωάννης; καὶ ποίαν ὁδὸν τοῦ Κυρίου; τὰς τῶν Ἰουδαίων ψυχὰς δηδονότι, διὰ τοῦ βαπτίσματος, δέξασθαι ὃν Χριστόν. Ὃ δὲ πρὸ προσώπου σου. τὴν συγγένειαν δείκνυσι τοῦ Χριστοῦ πρὸς ὃν Ἰωάννην. τὸ Φωνὴ δὲ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, νοητέον διχῶς. ἢ τὴν τοῦ Ἰορδάνου ἔρημον, ἢ τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν. καὶ γὰρ ἔρημος ἐτύγχανε παντὸς ἀγαθοῦ. ὁδὸς δὲ, ἡ νέα διαθήκη. τρίβοι δὲ ἡ παλαιά. Πρὸς μὲν οὖν τὴν ὁδὸν τὸ ἑτοιμασθῆναι ἐπιτήδειόν ἐστι. τῆς δὲ παλαιᾶς τὰς

τρίβους

τρίβους εὐθείας ποιῆσαι καλόν.

goga Iudæorum. deserta enim & destituta omni bono erat. Porro via, novum Testamentum; semitæ vero, vetus. ad viam igitur parandi verbum rectè quadrat: veteres autem semitas rectas facere consentaneum est.

» Ἐγένετο ὁ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν
» τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα
» μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Ψ.4. Fuit autẽ Ioannes baptizans
» in deserto, & prædicans baptis-
» mum pœnitentiæ in remissio-
» nem peccatorum.

» Καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶ-
» σα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσο-
» λυμῖται.

5. Et egrediebatur ad eum omnis
» Iudæa regio, & Ierosolymitæ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΒΑΤΙΚ. Οὐχ ἁπλῶς μοι δοκεῖ προσκεῖσθαι, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται, (ἤρκει γὰρ τῷ εἰπεῖν, πᾶσα, ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ τοὺς Ἱεροσολυμίτας σημαίνει) ἀλλὰ τοιοῦτόν τι αἰνίττεται. μέγα ἐφρόνουν οἱ τὰ Ἱεροσόλυμα οἰκοῦντες, διά τε τὸν ἐν αὐτοῖς ναὸν, καὶ διὰ τὸ εἶναι τὴν μητρόπολιν τοῦ Ἱερουσαλὴμ, καὶ διὰ τὸ πᾶσαν πρὸς αὐτὴν τὴν Ἰουδαίαν ἐπείκεσθαι, προφάσεα τῶν θαυμάτων ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀνύεσθαι εἰωθότων. λέγει οὖν, τοσοῦτος ἦν φησι ὁ Ἰωάννης, ὁ τῷ Χριστῷ μεμαρτυρηκώς, ὥστε καὶ οἱ μεγαλόφρονες Ἱεροσολυμῖται ὑπεπάγησαν αὐτοῦ τῷ κηρύγματι, καὶ τῷ βαπτίσματι.

ANONYMI VATICANI. Non otiosa Ierosolymitarum hìc mentio. quamquã nomine Iudææ regionis universæ abundè ij comprehensi videri poterant. Tale videlicet quiddam innuitur. Efferebant se longè supra cæteros & præstanti sui opinione tumebant Ierosolymarum incolæ: tum ob insigne illud & unicum quod in ea urbe visebatur templum: tum quod ea metropolis Regni esset, tum denique quod ex cunctis passim Iudææ partibus peregrinatione ac concursu celebraretur, occasione miraculorum quæ fieri Ierosolymis consueverant. Ait igitur: tantus Ioannes erat is qui Christo testimonium perhibuit, ut & illi ipsi superbi Ierosolymitæ non dubitaverint prædicationi se ipsius & baptismati subiicere.

» Καὶ Ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ
» Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ.

» Et baptizabantur omnes in Ior-
» dane flumine ab illo.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἰορδάνης ὅς ἐστι ποταμὸς ἐκ δύο πηγῶν συγκιρνώμενος. αἱ μὲν γὰρ δύο πηγαὶ τυγχάνουσι, μία λέγει Ἴαρ, καὶ μία λέγει Δάν. ἐπειδὴ δὲ συνάπτεται τὰ ὕδατα τῶν δύο πηγῶν, λέγει Ἰορδάν. Ἰορδάνης ὃς κατὰ τὴν συνήθειαν μετονο-

EIVSDEM. Iordanes vero est fluvius duobus ex fontibus confluens, quorum alter Iar, alter Dan dicitur; horũ permistis aquis nomina quoque juncta Iordan efficiunt, cui verbo Helleniſtæ sui sermonis propriam adjungentes

clausulam, Iordanis nomen istius iam apud nos fluvij proprium effecerũt. Ac quamquam Hebraicum veriloquium simplex est a duobus quos dixi fontibus, tamen & mysterium in eo subesse videri potest quòd Iordan redditur *descensus ipsorum*. Ibi videlicet descendit unigenitus Dei Filius, ut genus hominum per lavacrum regenerationis sursum attolleret. Ibidem descendit & Sanctus Spiritus, ut Filium ostenderet quem suum esse Pater testabatur, nè forte aliò aversa circumstantium intelligentia, quod audiebant, *Hic est Filius meus dilectus*, alteri cuidam adaptandum non Christo putarent. In eum usum descendit Spiritus Sanctus indicaturus quem designaret vox, & hallucinationi occursurus aliquorum, qui absque eo foret autumaturi erant, de Ioanne id dictũ.

μάζαντες οἱ ἑλληνισταὶ καλοῦσι. λέγεται δὲ ἐν τῇ ἑβραΐδι, Ιορδάν, ὅ ἐστι διὰ τὰς δύο πηγάς. ἔχει δὲ καὶ ἑτέραν θεωρίαν. Ιορδὰν γὰρ ἑρμηνεύεται, κατάβασις αὐτῶν. ἐκεῖ γὰρ κατέβη ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἀναγάγῃ τὰ γένη τῶν ἀνθρώπων διὰ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας. καὶ ἐκεῖ κατέβη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα δείξῃ τὸν υἱὸν ἀπὸ πατρὸς μαρτυρούμενον, ἵνα μὴ ἐφ' ἕτερα τραπῇ ἡ διάνοια τῶν τότε ἀκουσάντων. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. εἰ μὴ τοίνυν κατῆλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐσήμανε ἐπὶ ποῖον ἤγετο ἀν' ἡ φωνὴ, πλάνη ἐγίνετο τινῶν λεγόντων περὶ Ιωάννου τὴν φωνὴν γεγενῆσθαι. γέγονε δὲ καὶ μεγάλης ὠφελείας μυστήριον. εὐεσχημάτισε γὰρ ἐνταῦθα τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπόστασιν ἐν εἴδει περιστερᾶς, ἵνα μὴ σύλληψιν ποιήσῃ τὸ πνεῦμα τῷ υἱῷ, μηδὲ τὸν υἱὸν τῷ Πατρὶ, ἀλλ' ἰδίᾳ ὑποστάσει ἔχῃ μαθεῖσθαι, ἵνα δείξῃ ὑμῖν τὴν ἀκρίβειαν.

Magnæ porro hìc utilitatis mysterio Spiritus Sancti Persona in columbæ specie apparet, ne quis eandem putaret cum persona Filij: aut Filium ipsum cum Patre in unam hypostasim conflaret, quos propriam quemque distinctam habere, exacta, quæ hìc nobis innuitur, Theologia docet.

„ Confitentes peccata sua.

Ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Ejusdem. Erat enim propria vis Baptismi Ioannis, homines ad confessionem aptos ac pœnitentiam facere; in quo multum cedebat Baptismo Domini, qui in Spiritu peragebatur, & remissionẽ gratis dabat peccatorum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἦν γὰρ τὸ Ιωάννου Βάπτισμα ἐπιτηδείους πρὸς ἐξομολόγησιν ποιοῦν καὶ μετάγνωσιν. οὐχ, ὡς τὸ τοῦ Κυρίου, τὸ ἐν πνεύματι τελούμενον, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δωρούμενον.

ANONYMI TOLOS.

NOn est idem Baptisma Ioannis cum Baptismate Christi. Ioannis enim Baptisma Pœnitentiæ fuit. Christi vero in re-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΤΟΑΩΣ.

Οὐκ ἔστι τὸ τοῦ Ιωάννου Βάπτισμα ταυτὸν τῷ βαπτίσματι τοῦ Χριστοῦ. τὸ μὲν γὰρ Ιωάννου μετανοίας ἦν βάπτισμα. τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρ-

μαρτιῶν. Ὁ δὲ Μάρκος εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν φησὶ τὸ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα. ῥητέον οὖν πρὸς τοῦτο. ὅτι ἐκήρυσσε μὲν βάπτισμα μετανοίας, ἔφερε δὲ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τουτέστιν εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ βάπτισμα, οὗ χωρὶς οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν. οἱ γὰρ ταύτην ἑτοιμάσαντες τὴν ὁδὸν, καὶ τοῦτο ὑποδεχόμενοι τὸ βάπτισμα, ἕτοιμοι ἐγίνοντο εἰς τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ὑποδοχὴν.

remissionem peccatorum. Atqui Marcus de Baptismate Ioãnis pronunciat, in remissionem & ipsum valuisse peccatorum. Dicẽdum igitur ad hoc. Prædicatum quidem à Ioanne fuisse Baptisma pœnitentiæ, contulisse autem illud sive promovisse ad remissionem peccatorum, quatenus disponebat ad Christi Baptisma, extra quod non invenitur peccatorum remissio. Qui enim istam paraverant viam & illud suscipiebant Baptisma Ioannis, parati jam idoneique erant ad susceptionem Sancti Baptismatis Christi.

„ Ἦν δὲ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας
„ Καμήλου.

℣. 6. Et erat Ioannes vestitus pi-
„ lis cameli.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ ΒΑΤΙΚ.

Τρίξιν ἐσκέπτετο Καμήλου ὡς μέσος παλαιᾶς, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλησεως, τῶν τέως ἀκαθάρτων. ἡ γὰρ Κάμηλος, ᾧ μὲν μηρυκίζεται, καθαρά ἐστιν. ᾧ δὲ μὴ διχηλῇ ὁπλὴν, ἀκάθαρτος.

ANONYMI VATIC.

Pilis Cameli tegebatur, ut medius Legis veteris & novæ Gentiles vocãtis eatenus immundos. Camelus enim, quatenus quidem ruminat, mundum est animal; quatenus autem fissam non habet ungulam, immundum.

„ Καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν
„ ὀσφῦν αὐτοῦ, καὶ ἐσθίων ἀκρίδας
„ καὶ μέλι ἄγριον.

„ Et zona pellicea circa lum-
„ bos ejus, & locustas & mel syl-
„ vestre edebat.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀκρίδας οἱ μὲν φασι τὰ τῶν ἀκροδρύων ἀκρίσματα, μέλι ἄγριον τὴν βοτάνην, κατὰ τό. ἤνθησαν ἡ κάππαρις καὶ ἡ ἀκρίς. ὃ ἐν τῷ ιβ Ἐκκλησιαστοῦ ἥυρηται. οἱ δὲ τὸ ζωύφιον, καὶ τὸ ἐν ἀγρίοις τόποις εὑρισκόμενον μέλι. ἃ δηλοῖ γλυκεῖαν καὶ μετέωρον τροφὴν, τοῦτέστι πνευματικήν.

Ejusdem. Nomen in græco respondens voci, *locustas*, quidam interpretantur tenera fastigia stirpium. mel vero agreste genus quoddam herbæ putant esse. Prior suspicio autoritatem habet a xii. Ecclesiastæ, ubi legitur: *Floruerunt capparis & acris*, sive cacumen herbæ. Alij tamen acridas insecti animalculi genus esse censent: uti & mel sylvestre, verum mel fuisse in sylvis & agrestibus locis repertum. Significat autem mel dulcem & cœlestem escam, hoc est, spiritualem.

SCH. In MS. legebatur ιωβ, sed erat hallucinatio Amanuensis qui duas literas ι & β numeri xii. indices, temerè in nomen Prophetæ deformavit.

VICTORIS ANTIOCHENI.

Mat. III

CLarius Matthæus veſtimentum Ioannis fuiſſe ait de pilis Camelorum. ſic & pœnitentiæ & regni habuit ſymbola habitus iſte. aut, ut alius dicit: Luctus quidem ſymbolum fuit indumentum Ioannis, mortificationis verò populi, zona pellicea. Id enim Salvator ſignificavit dicens: *Cantavimus vobis & non ſaltaſtis* &c. cibus verò ipſius, ut opinor, ſymbolum erat rationalis alimenti hujus populi, qui mundis cœli avibus non veſcebatur, verum ſermone qui volucris quidem videbatur, ſed tamen qui alis minimè niteretur, neq; efferri altè ſupra terram poſſet, aut celſiores ejus vertices volatu ſuperare. Quam in ſententiam ſignificationis myſticæ non ægrè venit mel quoque ſylveſtre, à ſpiritalibus quidem apibus Prophetis guſtandũ præbitũ, ſed nequaquam cultum ac manſuefactũ ſubactumve ad uſum ſalubrem per accuratam conſiderationem & inquiſitionem.

ANONYMI TOLOS.

LVctus erat ſignum apud Veteres hæc veſtis. Tali ſiquidẽ veſtitu docet nos Propheta lugere ſuſcipienda ac profitenda pœnitẽtia. Zona verò pellicea, aut Iudæorum Gentis ac Religionis extinctum florem fidemque mortuam ſignificat: aut demonſtrat, oportere eum qui pœnitentiæ ſtatum ſuſcipit, mortificare membra quæ ſunt ſuper terram. Indicia verò luctus veſtimenta ejuſmodi fuiſſe Salvator teſtatus eſt, dicens: *Lamentavimus vobis & non planxiſtis.* Quibus verbis Ioannis vitæ inſtitutum & genus adumbravit. pergit

Ad Coloſſ. III. 5.

Matth. XI. 17.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΚΕΩΣ.

Ὅπερ σαφέστερον ὁ Ματθαῖός φησιν, ὡς ὃ ἔνδυμα αὐτοῦ ἦν ἀπὸ θριχῶν καμήλου, ἦτοι μετανοίας καὶ βασιλείας εἶχε σύμβολα ὃ σχῆμα ἐκεῖνο. ἢ ὡς ὁ ἄλλος φησὶ, πένθους μὲν ἦν σύμβολον ὃ ἔνδυμα Ἰωάννου, νεκρώσεως τοῦ λαοῦ ἡ δερματίνη ζώνη. τοῦτο γὰρ ὁ Σωτὴρ ἐσήμανε λέγων, ηὐλήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ὠρχήσασθε, καὶ τὰ ἑξῆς. ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ, ὡς ἠγοῦμαι, σύμβολον ἦν τῆς λογικῆς τοῦ λαοῦ τούτου τροφῆς, ὡς οὐκ ἐσθίοντος ἢ τῶν καθαρῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, τροφιμωτάτου δὲ τοῦ μὴ δοκοῦντος λόγῳ μετεωροπόρῳ, ἀλλ' οὐ βεβηκότος ὑπὲρ τῶν πτερύγων, οὐδὲ δυναμένου ἀναβῆναι τοιοῦτον, καὶ ὅτι τὰ ὑψηλὰ φθόνου αὐτῆς, ὥσπερ ἦν καὶ μέλι ἄγριον γευόμενον μὲν ὑπὸ τῶν νοητῶν μελισσῶν τροφητῶν, μὴ γεωργούμενον δὲ καὶ ἡμερούμενον διὰ τῆς ἐμμελοῦς νοήσεως καὶ ζητήσεως.

ANONYMOY ΤΟΛΩΣ.

Πένθους σημεῖον τοῦτο ὃ ἔνδυμα τοῖς παλαιοῖς. διὰ γὰρ τοιούτου ἐνδύματος διδάσκει ἡμᾶς ὁ Προφήτης τὸν ἐν θρήνοις μετανοοῦντας, ἡ δὲ ζώνη ἡ δερματίνη, ἢ τῶν Ἰουδαίων ἐνδείκνυται τὴν νέκρωσιν. ἢ οὕτω δεῖ μετανοοῦντα τὰ μέλη νεκροῦν τὰ ὄντα τῆς γῆς. ὅτι δὲ πένθους ἦσαν ἐνδεικτικὰ τὰ ποιοῦντα, ὁ Σωτὴρ ἐμαρτύρησε λέγων. ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ἐκόψασθε. τὴν γὰρ τοῦ Προδρόμου πολιτείαν ἐνταῦθα αἰνίττεται. ἦλθεν ὁ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, καὶ ἐλέγετο, δαιμόνιον ἔχει. ἔστι δὲ καὶ ἡ τοῦ Προφήτου προφητεία ἀφανῶς σημαίνουσα τὴν ἐγκράτειαν.

Digitized by Google

git enim : *Venit Ioannes neque manducans, neque bibens : & dixistis, dæmonium habet*. Porrò cibus, qui hic memoratur, Prophetæ, manifestum argumentum habet egregiæ abstinentiæ eius.

„ Καὶ ἐκήρυσσε λέγων. Ἔρχεται ὁ
„ ἰσχυρότερος μου, ὀπίσω μου. οὗ οὐκ
„ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τοὺς ἱμάντα
„ τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΒΑΤΙΚ.

Ἔργον τοῦ βαπτίζοντος λύειν τοὺς βαπτιζόμενον τῶν ἁμαρτιῶν, ὡς πόδα ἀπὸ ὑποδήματος. Φησὶν οὖν ὁ Ἰωάννης, οὐκ ἱκανὸς ἐγὼ ὃ ἔργον τοῦ Βαπτιστοῦ εἰς τοὺς Κύριον ἐπιδείξασθαι. τί γὰρ καὶ λύσειέν τις ἐκείνου, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐπάησεν, οὔτε εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ; καθὼς γέγραπται. οὕτως ὁ Κλήμης ἐν με στρώματι. ἢ ὅτι οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὰ εἰς αὐτοὺς εἰρημένα προφητικὰ αἰνίγματα ἐπιλῦσαι, διὰ τὸ φανερῶς αὐτὸν ἐπιδεῖξαι τῷ κόσμῳ. Καὶ τοῦτο ὁ Κλήμης.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ.

Ἕτερόν ἐστιν ὅ φησιν ὁ Ματταῖος, βαστάζειν τὰ ὑποδήματα. ἕτερον δὲ τὸ κύψαντα λῦσαι τοὺς ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων, ὡς ἔχει Μάρκος. καὶ ἀκόλουθον γε, μηδενὸς σφαλλομένου τῶν Εὐαγγελιστῶν, ἀμφότερα κατὰ διαφόρους καιροὺς εἰρηκέναι Βαπτιστήν. ἢ τὸ, ἅπαξ εἰρημένον τὼ Εὐαγγελιστὰ ἡρμηνευσάτην καθ' ἕτερον νοῦν. κειμένου γὰρ περὶ τῶν αὐτῶν, ὡς οἴονται τινες οἱ ὑπομνημονεύσαντες, διαφόρως ἠνέχθησαν, μὴ ἀκριβοῦντες τῇ μνήμῃ ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἢ γεγενημένων. ἱμάντα δὲ φησι τοὺς σφαιρωτῆρα τοῦ ὑποδήματος. πρὸς δὲ τὸ μέγεθος τοῦ ἀξιώματος, καὶ τῆς θεότητος τὴν ὑπεροχὴν ἀφορῶν, οὐδ' ἐν ὑπηρέτου φησὶ τάξει καταλογισθῆναι ἱκανός εἰμι. πᾶσα γὰρ ἀθρώ

℣. 7. Et prædicabat dicens : veniet
„ fortior me post me, cujus non
„ sũ dignus procumbens solvere
„ corrigiã calceamentorum ejus.

ANONYMI VATICANI.

Opus baptizantis est peccatis solvere eum qui baptizatur, ut si quis pedem subligaculo calcei solvens liberet. Ait ergo Ioannes : non sum dignus opus Baptistæ in Dominum exercere. quid enim in eo solvi queat, qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore ejus? sicut scriptum est. Sic Clemens quadragesimo quinto Stromate. vel sic : Non sum dignus solvere Prophetica ænigmata ipsum indicantia, quæ videlicet unus ipse mundo edisseruit palamque declaravit. Et hoc Clemens.

I. Petr. II. 22.

VICTORIS ANTIOCHENI.

Aliud est quod ait Matthæus, *portare calceamenta*, aliud, *procumbentem solvere corrigiam calceamentorum*, ut habet Marcus. Ac consentaneum est, neutro Evãgelistarum fallente aut falso, utrũque istud diverso tempore dictum a Baptista credere. Nisi semel prolatam à Ioanne sententiam suo quisque modo Evangelista extulit. Sic enim quidam opinantur, qui in Evangelia Commentaria scripserunt, facinus interdum aut verbum idem cum aliqua diversitate, quæ veritati nihil officiat, ab Evãgelistis

gelistis referri, quippe non scrupulosam aut superstitiosè sedulam in gestorũ dictorumve memoriâ tradenda, diligentiam affectantibus.

πȣ Φύσις ὡς ςάγων ἀπὸ κάδȣ καὶ σίαλον λογισθήσεται, καὶ ἡ ταυτῆς δικαιοσύνη ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης.

Corrigiam verò dicit ligulam calceamenti. Sublimitatem videlicet dignitatis & eminentiam divinitatis Christi Ioannes suspiciens, in seque inde despectans, nec qui inter ejus vel infimos ministros censear dignus, inquit, sum. universa siquidem natura hominum ut stilla de situla, & salivæ gutta reputabitur; & ejus iustitia sicut pannus menstruatæ.

℣.8. Ego quidem baptizavi vos „ aqua: ille verò baptizabit vos „ Spiritu Sancto.

„ Ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι, „ αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύ„ματι ἁγίῳ.

ANONYMI TOLOSANI.

MAgnam humilitatem ostẽdit Propheta hoc dicens. quandoquidem ne dignum quidem se esse ait qui postremus ejus servus sit. Vilissimorum enim est & ex infima fæce servulorum ejusmodi ministerium solvendarum corrigiarum adhibere dominis. Habet autem & latentis intelligentiæ quippiam id verbum. Nam qui baptizabantur à Ioanne ij peccatorum vinculis solvebantur per pœnitentiam. Atque ideo eorum omnium Ioannes solvebat corrigias, hoc est vincula peccatorum. In Iesu verò fieri non poterat ut talia vincula solverentur, quoniam non est inventa iniquitas in eo.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΤΟΛΩΣ.

Μεγάλην εὐτέλειαν ἐνδείκνυται ὁ Προφήτης, τȣ̃το εἰπών. ἐπεὶ ȣ̓δὲ ἔσχατος αὐτȣ̃ φησὶ δȣ̃λος ἄξιός εἰμι εἶναι. οἱ γὰρ ἔσχατοι τῶν δȣ́λων τȣ̃τοι λύȣσι τȣ̀ς ἱμάντας τῶν ὑποδημάτων τῶν ἰδίων δεσποτῶν. ἔχει δὲ καὶ ἀναγωγὴν τινα, οἱ γὰρ βαπτιζόμενοι ὑπὸ Ιωάννȣ ἐλύοντο τῶν ἁμαρτημάτων, διὰ τῆς μετανοίας. ἐκ τȣ́των ἁπάντων ὁ Ιωάννης ἔλυε τȣ̀ς ἱμάντας, τȣτέςι τȣ̀ς δεσμȣ̀ς τῶν ἁμαρτημάτων. τȣ̃ δὲ Ιησȣ̃ ȣ̓κ ἦν δυνατὸν λῦσαι. ἐπεὶ ȣ̓δὲ εὑρέθη ἁμαρτία ἐν αὐτῷ.

℣.9. Et factum est in diebus illis „ venit Iesus à Nazareth Galilæę, „ & baptizatus est à Ioanne in „ Iordane.

„ Καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις „ ἦλθεν Ιησȣ̃ς ἀπὸ Ναζαρὲθ τῆς Γα„ λιλαίας, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ιωάν„ νȣ εἰς τὸν Ιορδάνην.

ANONYMI VATICANI.

Io. III. 3. & 5. AIt enim ipse ad Nicodemũ: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in Regnum Cœlorum.*

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΒΑΤΙΚ.

Φησὶ γὰρ αὐτὸς πρὸς Νικόδημον, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, ȣ̓ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν ȣ̓ρανῶν.

ΒΙΚΤΩ-

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤ.

Ὡς μηδέπω τῷ Πνεύματι ἁγίῳ δοθέντι, ἐν ὕδατι βαπτίζειν φησίν, αὐτὸν δὲ βαπτίσειν ἐν πνεύματι ἁγίῳ προλέγει. ὅπερ καὶ ἔτυχον, μετὰ τὴν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἄνοδον, τοῦ χαρίσματος πρῶτοι οἱ θειότατοι μαθηταί, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπαγγελίαν, εἰπόντος τοῖς μαθηταῖς, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Διὰ τοῦτο προλαβὼν ὁ Ἰωάννης φησίν, ἔρχεται ἰσχυρότερός μου, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ τοιγαροῦν ὑμᾶς βαπτίζει ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἵνα ὅταν αὐτὸν θεάσῃ μετὰ τῶν ἄλλων ἐρχόμενον βαπτισθῆναι, μὴ θορυβηθῇς. ἐν γὰρ τοῖς ταπεινοῖς τούτοις μάλιστα αὐτοῦ διαλάμπει τὸ ὑψηλόν. ἕτερα γάρ τινα οἰκονομῶν ὅτι τὸ βάπτισμα ἔρχεται τοῦ Ἰωάννου. ὃ τοῦ μὲν ἡμετέρου ἀτελέστερον ἦν, τοῦ δὲ ἰουδαϊκοῦ ὑψηλότερον. μέσον πως ἀμφοτέρων ὑπάρχον, ἵνα δι' αὐτῆς τῆς τοῦ βαπτίσματος φύσεως μάθῃς ὅτι οὐ δι' ἁμαρτίας ἐβαπτίσθη. αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ αἴρων ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν οὐδ' εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, οὐδὲ ὡς τῆς τοῦ πνεύματος δεόμενος χορηγίας, ἑκατέρων γὰρ τούτων ἔρημον ἦν ἐκεῖνο τὸ βάπτισμα. ἀλλ' οὐδὲ πολλῷ πλέον εἰς μετάνοιαν καθάπερ οἱ λοιποὶ προσγίνονται. Καὶ αὐτοῦ γὰρ τοῦ βαπτίσματος πολὺ μείζων ἦν, καὶ ἀσυγκρίτως ἐστὶ καθαρώτερος. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐβαπτίσατο; ἵνα γνωρισθῇ τοῖς πολλοῖς, καὶ πιστεύσωσιν, ὡς ὁ Παῦλός φησι. διὰ τοῦτο δὲ τοῦ Πνεύματος τηνικαῦτα τῆς καθόδου, οὐχ ὡς τότε πρῶτον ὑποφοιτήσαντος. (οὐδὲ γὰρ ἦν τοῦτο ἔρημον) ἀλλ' ἵνα δείξῃ καὶ κηρυττόμενον, ὥσπερ δακτύλῳ τινὶ τῇ κτίσει γνώριμον πᾶσι ποιῶν. καὶ διὰ τὸ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην, ἥτις ἐστὶν ἡ πλήρωσις τῶν ἐντολῶν. ἐντολὴ δὲ καὶ τὸ πλυθῆναι τοσούτῳ

VICTORIS ANTIOCHENI.

BAptizare se aqua dicit, quòd nondum datus esset Spiritus Sanctus: ipsum verò baptizaturum in Spiritu Sancto prædicit: cujus doni cõpotes facti sunt post Christi reditum in Cœlos Divini discipuli, iuxtà Salvatoris promissionem qui Discipulis dixerat: *Quoniam Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autẽ baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies.* Idcirco ante Ioannes dixerat; *Venit fortior me* &c. & illud; *Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto.* nempe ut cum eum videris cum servis ad baptismum venientem, ne conturberis: nam in humilibus hisce maximè ejus excellentia resplendet: alia scilicet quædam providens ad baptismum Ioannis accedit. Qui quidem baptismus nostro imperfectior erat, iudaico verò sublimior, medium quiddam inter utrumque, ut ex ipsa baptismi natura discas, nequaquam ipsum ob peccatum baptizatum. Ipse est enim qui tollit peccatum mundi, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Neque porrò tamquam communicatione Spiritus indigens, utroque enim isto effectu carebat hic baptismus. Multo autem minus venire potuit ad pœnitentiam, cujus nimirum causa baptizandos se reliqui offerebant, ipso siquidem Baptista multò major erat, & incomparabiliter purior. Quamobrẽ igitur baptizatus est? ut in notitiam multorum veniret, & ij crederent, sicut Paulus ait; Spiritus verò descensus tunc contigit, non sane tamquam tum primum in ipsum Act. 1.

ipſum veniret, qui ab eo numquã abfuerat. Sed ut ipſe Spiritus ejus cujus præconium tum fiebat, velut digito quodam oſtenſum Orbi univerſo publicum faceret. tum præterea ut impleretur omnis juſtitia, quæ eſt executio mandatorum. Erat autem mandatum ut Propheta, qui baptizaret alios, prius ipſe ablui deberet. Sane voluntatem Dei fuiſſe, ut tunc baptizarentur omnes, àgnoſces ſi attendas quid dicat: *Qui miſit me baptizare aqua*, & rurſus Chriſtus, *Publicani & meretrices juſtificaverunt Deũ baptizati baptiſmate Ioannis. Phariſæi autem & Scribæ ſpreverunt conſilium Dei, non ſuſtinentes baptizari ab ipſo*. Si igitur obedire Deo juſtitia eſt, Deus porrò Ioannẽ miſit ut baptizaret populũ, utique cũ alijs omnibus legis præceptis, & iſtud quoque de baptiſmo ſuperimplevit Chriſtus. Sin autem ideò baptizatus eſt, ut aquas ſanctificaret, jam noſtra cauſa baptizatus fuerit. Quod ſi affirmes, haud ſanè aberraveris. unde & Spiritus in ſpecie Columbæ deſcendit. ubi enim reconciliatio Dei eſt, ibi Columba, uelut in arcà Noẽ, & nunc in ſpecie, non in corpore Columbæ Spiritus venit, miſericordiam Dei nuncians mundo, ſimul etiam ſignificans ſpiritualem hominem debere eſſe malitiæ expertem, manſuetum, ſimplicem, & ſine fuco ac dolo.

βαπτίζονται. ὅτι γὰρ βέλτιμα ἦν τῷ Θεῷ ὃ βαπτίζεσθαι πάντας, τοῦτο ἄκουσον τί φησιν. ὁ πέμψας με βαπτίζειν ὕδατι. καὶ πάλιν ὁ Χριστός. οἱ τελῶναι καὶ πόρναι ἐδικαίωσαν Ⓦ Θεὸν βαπτισθέντες ὃ βάπτισμα Ἰωάννου, οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ Γραμματεῖς ἠθέτησαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ. Εἰ τοίνυν πείθεσθαι τῷ Θεῷ δικαιοσύνη, ὁ δὲ Θεὸς ἔπεμψε Ⓦ Ἰωάννην, ὥστε βαπτίσαι Ⓦ λαὸν, μὴ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν νομικῶν, καὶ ὃ ὑπερεκπλήρωσεν ὁ Χριστός. εἰ γὰρ καὶ ἁγιάσαι τὰ ὕδατα, ἡμῖν ἐβαπτίσθη. καὶ τοῦτο λέγων οὐκ ἂν ἁμάρτοις. διὸ καὶ ὃ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς κατῆλθε. ὅτῳ γὰρ καταλλαγὴ Θεοῦ, περιστερά. ὡς ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ Νῶε. καὶ νῦν ἐν εἴδει περιστερᾶς, οὐκ ἐν σώματι, ὃ Πνεῦμα ἔρχεται, Ⓦ ἔλεον τοῦ Θεοῦ καταγγέλλον τῇ οἰκουμένῃ. ἅμα καὶ δηλοῦν, ὅτι Ⓦ πνευματικὸν, ἀπόνηρον εἶναι χρὴ καὶ πρᾶον, ἁπλοῦν τε καὶ ἄδολον.

V. 10. Et ſtatim aſcẽdens de aqua
„ vidit Cœlos apertos, & Spiri-
„ tum tamquam Columbam de-
„ ſcendentem ſuper ipſum.

„ Καὶ εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδα-
„ τος εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς,
„ καὶ τὸ Πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν κα-
„ ταβαῖνον ἐπ' αὐτόν.

ANONYMI VATICANI.

VIdit vel Dominus, vel Ioannes. hoc poſterius præſtat. Nam in Evangelio ſecundũ Ioannem Baptiſta ſcribitur vidiſſe Spiritum, idque ſpecie Columbæ. Dominus quidem per incarnatio-

ΑΜΩΝΥΜΟΥ ΒΑΤΙΚ.

Εἶδε ἢ ὁ Κύριος ἢ ὁ Ἰωάννης. ὅπερ καὶ βέλτιον. ἐν γὰρ τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ ὁ Βαπτιστὴς ἀναγέγραπται ἑωρακὼς τὸ Πνεῦμα, καὶ ὃ πνεῦμα ὡς περιστεράν. ὁ μὲν Κύριος οἰκονομικῶς ἄνθρωπος μὴ ὢν Θεός. ἐνανθρωπήσας.

θρώπησε γὰρ ἀφαντασιάστως. Ὃ δὲ πνεῦμα οὐκ ἀληθῶς περιστερά. ὀπτασίας γὰρ ἦν τὸ ὁρώμενον, οὐκ αἰσθητῆς ὁράσεως.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ. Σχίζονται δὲ οἱ οὐρανοὶ, ἢ κατὰ Μαθαῖον ἀνοίγονται, ἵνα συναφθῇ τοῖς ἐπιγείοις τὰ οὐράνια. ἡ δὲ φωνὴ καὶ ἐνεχθεῖσα, ἢ ἀγγελική τις ἦν, ἢ καὶ ἑτέρα ἐκ προσώπου τοῦ Πατρός.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰς ὃν Κύριον οἰκονομικῶς κατῆλθε τὸ πνεῦμα. ἵνα διὰ μέσου αὐτοῦ, ὡς ἐν ἀπαρχῇ ἡμῶν, καὶ δευτέρῳ Ἀδάμ, ἔλθῃ εἰς ἡμᾶς. ἦμεν γὰρ αὐτοῦ ἐστερημένοι διὰ τῆς λεγούσης ἀποφάσεως, οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας.

nem verus homo extitit, postquam Deus solùm fuerat. Humanitatem enim assumpsit verè, non phantastice: Spiritus autem non verè Columba fuit. Speciem enim meram ea tunc habuit apparitio, non exactum & verax judicium oculorum.

VICTORIS. Finduntur verò Cœli, aut juxta Matthæum, aperiuntur, ut coalescant cum terrenis cœlestia. Vox autem illinc delata, vel angelica, vel alia quædam fuit ex persona Patris.

ANONYMI VAT. In Dominum certa ratione descendit Spiritus. nempe ut per eum tamquam primitias nostri generis, & secundum Adam, veniret ad nos. Eramus enim ipso privati vi eius sententiæ quæ dicit: *Non permanebit Spiritus meus in hominibus hisce, quoniam ipsi carnes sunt.* Gen. vi. 3.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΤΟΛΩΣ,

Τὸ βάπτισμα τοῦ Ἰωάννου, ὡς εἴρηται, βάπτισμα ἦν μετανοίας. καὶ οὔτε ἁμαρτιῶν ἄφεσιν εἶχεν, οὔτε πνεύματος ἁγίου μετεδίδου. ἔρχεται οὖν ὁ Ἰησοῦς ἐπὶ τὸ βάπτισμα, οὔγε διὰ τὸ ἀφεθῆναι αὐτῷ τὰς ἁμαρτίας. οὐδὲ γὰρ ἦν ἐν αὐτῷ ἁμαρτία. οὐ θ' ὡς μεταληψόμενος πνεύματος ἁγίου. ἐν αὐτῷ γάρ ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ τούτῳ ἀεὶ συμπαρομαρτεῖ. ἄλλως τε οὐδὲ διὰ τὸ μετανοῆσαι ἔρχεται ἐπὶ τὸ βάπτισμα. πολλῷ γὰρ ἦν τοῦ βαπτιστοῦ κρείττων. ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ πᾶσιν ὑπὸ Ἰωάννου. Καὶ ἵνα πληρώσῃ, ὡς αὐτὸς ὁ Σωτὴρ φησὶ, πᾶσαν δικαιοσύνην. ἤγουν τὰς τοῦ νόμου ἐντολάς. ἐπεὶ καὶ ἐντολὴ τοῦτο δοκεῖ. Ὃ τῷ προφήτῃ πεισθῆναι βαπτίζοντι, καὶ ὑπὸ Θεοῦ πεμφθέντι. ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα κατέρχεται, οὐχ ὡς δεομένου τοῦ Κυρίου. εἶχε γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα

ANONYMI TOLOSANI.

Baptisma Ioannis, ut dictum est, Baptisma erat pœnitentiæ: & neque peccatorum remissionem habebat; neque Spiritum Sanctum comunicabat. Venit igitur Iesus ad istud Baptisma, non ut remitterentur ipsi peccata: peccatum enim in eo non erat. neque ut accepturus Spiritum Sanctum. In ipso quippe habitat Spiritus Sãctus & comitatur eum semper. Iam ne pœnitentiæ quidem suscipiendæ causa venit ad baptismũ, multò quippe melior ipso Baptista erat. Sed ut manifestaretur omnibus à Ioanne. & ut impleret, quemadmodum ipse Salvator ait, omnem justitiam: videlicet mandata legis. Nam & hoc unum ex mandatis videtur esse: Obtemperare Pro-

phetæ baptizanti & a Deo missso. Cæterum Spiritus descendit non tamquam indigente Domino. habebat enim in seipso Spiritum substantialiter. Sed ut discamus Spiritum descendere semper in eos qui baptizantur. Vox autem declarat, non in Baptistam, sed in Christum Spiritum descendere.

ὑσιωδῶς. ἀλλ' ἵνα μάθωμεν ὅτι ἡμῖν εἰς τοὺς βαπτιζομένους ἀεὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔρχεται. ἡ δὲ Φωνὴ δηλοῖ. ὅτι οὐκ ὅτε ἐβαπτίζετο, ἀλλ' ὅτε ἐβαπτίζωμεν, ἀλλ' ὅτε ἐβαπτίζετο Χριστὸν τὸ Πνεῦμα κάτεισιν.

Hic quoque arcanam rationem quandam Christus sequitur, dum ad Ioannis baptisma se confert, quod nostro multo imperfectius, judaico excellentius erat: medium quid inter utrumque. Accessit enim ad illud ut ostenderet ipsa

Ἐνταῦθα ἕτερά τινα οἰκονομεῖ ὁ Σωτὴρ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. τοῦτο γὰρ τοῦ μὲν ἡμετέρου πολὺ ἦν ἀτελέστερον, τοῦ δὲ Ἰουδαικοῦ ὑψηλότερον. ἐλήλυθε γὰρ ἐπὶ τοῦτο, ἵνα δείξῃ διὰ τῆς τοῦ βαπτίσματος φύσεως οὔτι δι' ἁμαρτίας ἐβαπτίσθη, οὐδὲ ὡς τῆς τοῦ Πνεύματος δεόμενος χορηγίας. Καὶ γὰρ ἦν ἀναμάρτητος, ἦν τὸ Πνεῦμα ἐν ἑαυτῷ ὑσιωδῶς ἔχων ἀεί.

ipsius baptismatis natura: se neque propter peccatum baptizatum esse; neque quò Sancti Spiritus sibi fieret copia. quippe qui nec peccare posset; & Spiritum in se Sanctum substantialiter præsentē haberet semper.

℣. 11. Et vox facta est de Cœlis. „ Tu es Filius meus dilectus, in „ te complacui.

„ Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν „ σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐ „ δόκησα.

ANONYMI VATICANI.

SI alius in alio est juxta doctrinam Nestorij, oportebat dicere: *In te est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

℣. 12. Et statim Spiritus expulit „ eum in desertum.

℣. 13. Et erat in deserto quadra- „ ginta diebus & tentabatur à Sa- „ tana.

ANΩNYMOY BATIK.

Εἰ ἄλλος ἐν ἄλλῳ ἐστὶ κατὰ τοὺς λόγους τοῦ Νεστορίου, ἔδει εἰπεῖν, ἐν σοί ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα.

„ Καὶ εὐθὺς τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλ- „ λει εἰς τὴν ἔρημον.

„ Καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας „ τεσσαράκοντα, πειραζόμενος ὑπὸ „ τοῦ Σατανᾶ.

ANONYMI VATICANI.

SPiritus qualis tandem? utique Bonus. expulit autem ut tentaretur & vinceret, & ad nos victoriam transmitteret. Propterea verò in desertum expulit, ut simul cum eo esset dum tentaretur, & quasi auxiliaretur ipsi. Nam qua-

ANΩNYMOY BATIK.

Τὸ Πνεῦμα, ποῖον; τὸ ἀγαθὸν δηλονότι. ἐξέβαλε δὲ ἵνα πειρασθῇ καὶ νικήσῃ, καὶ τὴν νίκην τοῖς ἀνθρώποις ἐπαπέμψῃ. διὰ τοῦτο δὲ ἐξέβαλεν εἰς τὴν ἔρημον, ἵνα σωθῇ πειραζομένῳ, καὶ οἷς βοηθήσῃ. καθ' ὅσον μὲν γάρ ἐστι καὶ νοεῖται Θεὸς, ἀπάρχης ἦν. καθ' ὃ δὲ γέγονε καὶ ἄνθρω-

θρωπος, μείνας ηϕὶ ὅπως Θεὸς, ἐδ' ἐᾶτο οἰκονομικῶς τ ὄπικε ρίας δ πνεύματος· ὐ γὰρ ἀπιμάζει τὸ ἀνθρωποπρεπὲς μέζον· ἐπειδὴ ϕ ἐναυθρω πῆσαι ἐυδοκησεν· ἢ ὅτι διά τινα ἀγωνιζὼ σεφανίτ ὼ, ἐκβάλλει τὸν Κύριον δ πνεῦμα δ ἅγιον ὅπὶ τὸ ἀγωνίσεσθαι πρὸς Σατανᾶν ἵνα ἐπειδὴ πάντας ἀνθρώπους νενίκηκεν, ὑπὸ δ Κυρίε καθ' ὃ ἐστιν ἄνθρωπος, ἡττηθεὶς καταγάγη τιμὼ ὀφρύν· ηϕὶ ἡ νίκη ἀρχὼ ὑπὸ τ Κυρίε λαβοῦσα, ηϕὶ εἰς ἡμᾶς ὀδεύσῃ.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ. Ἐπειδὴ πάντα πρὸς διδασκαλίαν ἡμῶν ἐποίησέ τε ηϕὶ ὑπέμενεν, ἀνέχεσθαι ηϕὶ τ ἐκεῖσε ἀναγωγῆς, ηϕὶ τῆς πρὸς Ⓓ διάβολ Ⓞ πάλης, ἵνα ἕκαστος τῶν βαπτιζομένων, εἰ μὴ τὸ βάπτισμα μείζονας ὑπομείνειε πειρασμὸς, μὴ παράπηται ὡς παρὰ προσδοκίαν τ παράγματ Ⓖ γενομένε, ἀλλὰ μᾶλλον γενναίως παυθ' ὑποφέρων. Καὶ διὰ τοῦτο γὰρ ὐδ' ὁπόταν κωλύει τὸς πειρασμὸς ὁ Θεὸς, παραλαμβάνει ἵνα μάθῃς ὅτι πολλῷ γέγονας ἰσχυρότερ Ⓖ. ἔπειτα ἵνα μᾶλλον μετριάζων, μηδὲ τῷ μεγέθει τῶν δωρεῶν ἐπαρθῇς, τῷ πλήθει σε συνελλόντων. ηϕὶ ἵνα ὁ πονηρὸς ἀπὸ τ βασάνε τῶν πειρασμῶν πληροφορηθῇ ὅτι τέλε Ⓜ λῶν Ⓦ ἐγκαταλιπὼν ἀπέρχῃ. τέταρτ Ⓜ, ἵνα πάντη ὥσπερ σίδηρ Ⓞ σωμοθῇς, ηϕὶ ἰσχυρότερ Ⓞ γένῃ. πέμπτ Ⓜ, ἵνα καὶ φῇ λαβῇς ἀπόδειξιν τῶν πιστωθέντων σοι θησαυρῶν. ὐδὲ γὰρ ἐπῆλθεν ὁ διάβολ Ⓞ εἰ μὴ ἦν μείζονι νομισθεὶς σε ἔδεν ὑμῖν. διὰ τοῦτο δὲ σὺν ἀνιόντα ἁπλῶς δείκνυσί σοι Ⓦ Ἰησοῦν, ἀλλ' ἀναγόμενον Ⓦ κ Ⓦ τ οἰκονομίας λόγ Ⓜ, αἰνιττόμενο Ⓞ διὰ τούτων, ὅτι σὺν αὐτῷ ὀφείλομεν χρῆν, ἀλλ' ἐνεγκομένης ἑστίαν γενναίως· ἔλκει δὲ αὐτὸν εἰς τὸ ἔρημ Ⓜ ἡ ἐπιθυμία Ⓦ διάβολ Ⓜ ἐθέλετο μεταστῆσαι θεῖ, ἀ διὰ τῆς πείνης μόν Ⓜ, ἀλλὰ ηϕὶ διὰ πάσης πορείδωσιν αὐτῷ λαβεῖν. τότε γὰρ μάλισα ὀφείλεται, ὅταν ἴδῃ μεμονωμένες ηϕὶ καθ' ἑαυτὸς ὄντας. Ταύτῃ τ

tenus quidé eſt & cogitatur Deus, ſufficiebat ipſe ſibi: quatenus autem factus homo eſt, manens vel ſic Deus, indigebat, ratione aſſumptæ infirmitatis, auxilio Spiritus. non enim modulum reſpuit humanæ mediocritatis, ex quo fieri homo voluit. Dici etiam poteſt, eductum à Spiritu Sancto Dominum, ut eum, tamquam invictum & coronatum athletam cum Satana committeret: ut ille omnium hactenus hominum victor, à Domino, quatenus homo erat, victus, ſupercilium contraheret: & victoria initium a Domino ſumens ad nos quoque veniret.

VICTORIS. Quoniam omnia ad eruditionem noſtram fecit & paſſus eſt: & abduci ſe unde eſt abductus, & luctari cum Diabolo ſuſtinuit; ut ſi majores poſt baptiſmum tentationes ingruant, neturbentur, tamquam inopinato eventu, qui baptizati ſunt: ſed pro ſe quiſque animis ſtent, & generosè cuncta perferant. Hæ porrò cauſæ ſunt cur irruentes tentationes Deus non arceat. Primùm ut experimento ipſo ſentias te profeciſſe, & multò quam antea fortiorem evaſiſſe. Deinde ut in modeſtia te contineas, nec magnitudine donorum efferaris; ſenſu tentationum contrahente animum. Præterea ut experientia repulſæ ac rejectionis ſuæ planè malus Dæmon intelligat, te prorſus ab ipſo defeciſſe. Quartò ut tentatione, quaſi cote ferrum, acuaris, valentiorque fias. Quintò ut clarè ſcias magnos tibi theſauros eſſe commiſſos. non enim graſſaretur in te Diabolus, latro non ſtultus, ſi vacuum putaret, ac niſi multis te auctum ſpiri-

talis dignitatis opibus qua valet mentis acie perspiceret. Quod autem non spontè abeuntem, sed quasi alia vi ductum secundum humanitatis rationem, Dominum Evangelista exhibet, hæc causa fuit: ut nempe hinc disceremus: non irruere ultro in tentationum pericula, sed ubi tracti in ea fuerimus, animosè perferre ac constanter oportere. Trahit verò ipsum in desertum Spiritus, ut qui Diabolum omninò allicere in certamen cum Christo statuisset. quam ad rem non sola fame quadragenarij jejunij, sed etiam opportunitate seducti loci adblandiri ei fuit utile. nam hic ejus mos est in eos incurrere maximè quos sejunctos ab alijs & solitarios animadverterit. Iste autem quo se Iesus contulit locus adeo erat avius atque infrequens hominibus, ut plenus esset feris bestijs. Subjungit enim.

ὅττως ἄβατος ἦν καὶ ἔρημος ὁ χῶρος, ὡς καὶ θηρίων πλήρης ὑπάρχειν, ἐπάγει γὰρ.

ANONYMI TOLOS. Omnia Salvator ad informationem hominum & fecit & passus est. eam ipsam ob causam luctari cum Diabolo sustinuit: docens nos, non angi supra modum si post baptismum in tentationes incidamus, tamquam contra spem succedente negotio. Si enim sustinuerimus, maximum nobis lucrum apponemus. Hujus informandi exempli gratia conscendit in montem tentandus. vel potius nõ conscendit, sed agitur a Spiritu. Ostẽdens, non esse temerè periculum invadendum, neque ex præfidentia feroci insiliendum in certamen. Propterea verò, tamquam in seorsim paratum ad luctam spatium, ascendit ut loci solitudine fretus Diabolus audaciùs cum ipso congrederetur. Solet enim in nos irruere tum maximè cum ab alijs segregatos ac solos senserit.

ΑΝΩΝ. ΤΟΛΩΣ. Πάντα ὁ Σωτὴρ πρὸς διδασκαλίαν ἔπραττεν ὁμοῦ καὶ ὑπέμενε. καὶ διὰ τοῦτο ἀνέχεται τῆς πρὸς τὸν διάβολον πάλης, διδάσκων ἡμᾶς μὴ ἀδημονεῖν εἰ μετὰ τὸ βάπτισμα πειρασμοῖς περιπέσωμεν, ὡς παρ' ἐλπίδα τοῦ πράγματος γενομένου. εἰ γὰρ ὑπομείνωμεν. πλεῖστον ἑαυτοῖς κέρδος προσενέγκωμεν. τούτου γὰρ ἕνεκεν ἄνεισιν εἰς τὸ ὄρος πειρασθησόμενος. μᾶλλον δὲ οὐκ ἄνεισιν, ἀλλ' ἀνάγεται ὑπὸ τοῦ πνεύματος, δεικνύων, μὴ δεῖν θρασύνεσθαι μὴ δὲ ἐπιπηδᾶν. διὰ τοῦτο δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀναβαίνει. ἵνα τῇ ἐρημίᾳ τοῦ τόπου θαρρήσας, θρασύτερον προσβάλῃ αὐτῷ ὁ διάβολος. εἴωθε γὰρ μεμονομένοις ἡμῖν οὖσιν ἀεὶ ἐπιτίθεσθαι.

SCHOLIVM.

Quid illud sub finem ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἀναβαίνει? mihi quidem sententiam numquam offerre potuit satis commodam, quamvis omnem in faciem versatum. Suspicabar igitur scriptum ab Autore ὡς ἐπὶ τὸ παλαιστόριον &c. quo verbo vetera lexica significari docent campum purum seorsim ad palæstræ congressus paratum. Sententia jam percommoda, quam in interpretatione expressam habes. nisi forte ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀναβαίνει significare possit: longissimè recedit.

CYRILLI. Multas ob causas finit Deus tentari nos. quarum illa non postrema: ut ex conatu ip-

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Διὰ πολλὺς τρόπους συγχωρεῖ ὁ Θεὸς πειράζεσθαι ἡμᾶς. καὶ μᾶλλον ἵνα γνῶμεν ὅτι ἐν μείζονι κατέ-

κατέστημεν τιμῇ πειραζόμενοι ὑπὸ τοῦ Διαβόλου. εἰ μὴ γὰρ ἑώρακεν ἡμᾶς τοιούτους γενομένους, οὐκ ἂν προσέβαλε. διὰ τοῦτο οὐκ ἀνιόντα λέγει τὸν Ιησοῦν, ἀλλ' ἀναγόμενον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος.

so Diaboli dignitatis nostræ sensum, atque æstimationem capiamus. nequaquam enim ille laboraret in nobis, nisi dignos spe contentioneque sua statueret. Propterea non processisse quasi sponte ad tentationis periculum, sed ductum a Spiritu Iesum, dicit,

„ Καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων.

„ Eratque cum bestijs.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ.

Θηρία τοὺς δαίμονας καλεῖ, διὰ τὸ ἄγριον καὶ μισάνθρωπον. ἢ θηρία φησὶ τὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ. ἐπειδὴ δὲ ἄνω ἔφημεν αὐτὸν δεῖσθαι τῆς ἐπικουρίας τοῦ Πνεύματος, ὅπως μὴ νομίζῃ τις ψιλὸν αὐτὸν εἶναι ἄνθρωπον, ἦν καὶ Θεός. ἄγγελοι γὰρ φησὶ διηκόνουν αὐτῷ, οὐδὲ γὰρ ἄγγελοι δουλικὴν ἐπλήρουν λειτουργείαν ψιλῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ Θεῷ ἐνσαρκωμένῳ.

„ Καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ.

ΒΙΚΤΟΡΟΣ. Διηκόνουν δὲ αὐτῷ οἱ ἄγγελοι μετὰ τὴν πεῖραν, καὶ τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου νίκην, ἅτε τὴν τῶν ἀνθρώπων κατεργαζόμενοι σωτηρίαν, κατὰ τὸ εἰρημένον. οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; νόει δέ μοι καὶ καθ' ἕκαστον, ὅτι συντελεσθέντος παντὸς πειρασμοῦ ἄγγελοι προσέρχονται διακονοῦντες τῷ νενικηκότι. ἀκολούθως δὲ ταῦτα τῷ Ματθαίῳ καὶ ὁ παρὼν εὐαγγελιστής. Κἀκεῖνος γὰρ μετὰ τὸ εἰπεῖν, ὡς ἄγγελοι προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ, ἐπιφέρει. ἀκούσας δὲ Ιησοῦς ὅτι Ιωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. καὶ μετ' ὀλίγα. ἀπὸ τότε ὁ Ιησοῦς ἤρξατο κηρύσσειν καὶ λέγειν. μετανοεῖτε. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ὁ δὲ Μάρκος φησι.

ANONYMI.

BEstias dæmonas vocat propter sævitiam & odium quo in homines immani flagrant. aut feras dicit eas, quæ isto in deserto vivebant. Quoniam verò superiùs diximus indiguisse Christum auxilio Spiritus, ne quis ex eo ipsum merum esse hominem suspicetur, nunc ostendens Evangelista eum cum humana Divinam quoq; naturam habuisse, subdit, Angelos ipsi ministrasse. non autem homini mero utique Angeli servile ministerium navarent, sed Deo humana carne induto,

„ Et Angeli ministrabant illi.

VICTORIS. Ministrabant verò ipsi Angeli post tentationem & victoriam de Diabolo reportatam, utpote qui ad hominum salutem libenter operam conferant, iuxta illud: *Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis?* Confer autem & considera, quid Evangelistarum quisque dicat: sic reperies: *Consummata omni tentatione*, Angelos accessisse ad victorem. in quo noster exactè Matthæum sequitur. Nam & ille postquam retulit accessisse Angelos

Hebr. 1. 14.

Mat. 1 v. 12. los, ministrasseque ipsi, adjungit; audito, traditum Ioannem esse, secessit Iesus in Galilæam. & post pauca: *Exinde cepit Iesus prædicare & dicere: pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum Cœlorum.* Marcus autem ait.

vers. 17.

℣. 14. Postquam autem traditus „ est Ioannes, venit Iesus in Ga- „ lilæam, prædicans Evangelium „ Regni.

„ Μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τῶν Ἰωάννην, „ ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαί- „ αν κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βα- „ σιλείας.

ANONYMI VATIC.

IOannes quoad licuit, prædicavit. Illo verò tradito succedit illi Dominus in officio prædicandi. ne prædicatione carerent homines.

ANON. TOL. Consentaneè ijs quæ a Matthæo sunt scripta, scribit Evangelista noster hoc loco. Nam & ille postquam accessisse ad Christum Angelos & ministrasse ipsi, memoravit, addit: Salvatorem, audito nuncio de comprehensione Ioannis, secessisse in Galilæam.

THEODORI HERACLEOTÆ. Secedit in Galilæam Salvator ut doceat nos non irruere temerè in pericula, sed ea quantum licet vitare. Id si fieri non potuerit, non indignari tamen, sed magno & generoso animo perferre fortunam pejorem. Videtur autem eadem cum Ioãne prædicare Christus. Nam: Pœnitentiam agite. &: Appropinquavit Regnum Cœlorum, una amborum erat, ut quidem apparet, oratio. Non est autem ita. Pœnitentia siquidem quam suadet Ioannes, recedere a peccando jubet: quam verò Christus prædicat, fugam indicit a legali litera. Et propterea dicit: credite Evangelio.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΒΑΤΙΚΑΝ.

Ἰωάννης ἕως ὀξὸν ἦν, ἐκήρυξε. τούτου δὲ παραδοθέντος, λοιπὸν ὁ Κύριος ἐκήρυξε. ἵνα μὴ μένοιεν ἔρημοι τοῦ κηρύγματος οἱ ἄνθρωποι.

ΑΝΟΝΥΜ. ΤΟΛΩΣ. Ἀκολούθως τῷ Ματθαίῳ ὁ παρὼν Εὐαγγελιστὴς ἐκτίθεται τῶν λόγων. καὶ γὰρ κἀκεῖνος μετὰ τὸ εἰπεῖν ὅτι προσῆλθον ἄγγελοι καὶ διηκόνουν αὐτῷ, ἐπιφέρει ὅτι ἀκούσας δὲ ὁ Σωτὴρ ὅτι ὁ Ἰωάννης παρεδόθη. ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

ΘΕΩΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΩΤΟΥ. Ἀναχωρεῖ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ὁ Σωτὴρ ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ μὴ ἐπιπηδᾶν τοῖς κινδύνοις, ἀλλ' ὑποφεύγειν ὡς δυνατόν. εἰ δὲ περιπέσωμεν, μὴ δυσφορεῖν. ἀλλὰ φέρειν γεννάιως. Φαίνεται δὲ τὰ αὐτὰ τῷ Ἰωάννῃ κηρύσσων ὁ Κύριος. τὸ γὰρ μετανοεῖτε, καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. ὁμοίως δοκεῖ ἔχειν. οὐκ ἔστι δὲ. ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης τὸ μετανοεῖτε, λέγων διδάσκει ὑποχωρεῖν ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων. ὁ δὲ γε Χριστὸς ἀπὸ τοῦ νομικοῦ γράμματος φυγεῖν. Καὶ τοῦτο λέγει. πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

℣. 15. Et dicens: quoniam imple- „ tum est tempus, & appropin- „ quavit Regnum Dei, & pœni- „ temini, & credite Evangelio.

„ Καὶ λέγων, ὅτι πεπλήρωται ὁ Καιρὸς, „ καὶ ἤγγικεν ἡ Βασίλεια τοῦ Θεοῦ. „ μετανοεῖτε, καὶ πιστεύετε ἐν τῷ „ Εὐαγγελίῳ.

ANO-

Digitized by Google

ANONYMOY BAT. Ἑαυτὸν λέγει Θεόν, ἑαυτὸν γὰρ ἐκήρυσσεν, ὡς φῶς ὄντα, ὡς ζωήν, ὡς λυτρωτὴν, ὡς ἀνάστασιν, ὡς ποιμένα καλόν.

• ΒΙΚΤΩΡΟΣ. Προσέχειν ὃ χρὴ ὅλη ὁ μὲν Ἰωάννης ἐν τῇ ἐρήμῳ κηρύσσει, λέγων πρὸ τοῦ, ἤγγικεν ἡ Βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τὸ μετανοεῖτε. ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν ἀναχωρήσας εἰς Γαλιλαίαν καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρέθ, ὡς ὁ Ματθαῖος φησιν, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν. ἤρξατο κηρύσσειν, καὶ λέγειν, οὐχί, τὸ μετανοεῖτε, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀλλὰ μόνον, ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ἔδει γὰρ τὸ μετανοεῖτε προπαρασκευάζοντα τὴν ἐλθοῦσαν ὑπὸ Ἰωάννου παρασκευάζοντα τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου. Κατὰ δὲ τὸν Μάρκον ὁ Κύριος ἡμῶν ἔλεγεν, πεπλήρωται ὁ καιρὸς, καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. ὅτε δὲ πληρωθέντος τοῦ καιροῦ συμφωνεῖ καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγων. ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ. σημαίνει δὲ, τὰ προειρημένα διὰ τῶν προφητῶν διὰ τῆς οἰκονομίας, πέρας εἰληφέναι. ἃ γὰρ προεφήτευε ἕως Ἰωάννου. διὸ μὴ πειρασμὸν καὶ τὸν προσελθόντας ἀγγέλους τῷ Ἰησοῦ, ὅταν ἀκούσῃ Ἰησοῦς ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, τότε λέγει ὅ, μετανοεῖτε καὶ πιστεύετε ἐν τοῖς εὐαγγελίοις. ἔξεστι δὲ λέγειν ὅτι ὅ μὲν Ἰωάννου μετανοεῖτε προσκαλεῖτο τοὺς ἀκούοντας ἀποθέσθαι τὰ ἐν τῷ βίῳ ἁμαρτήματα. τὸ δὲ Ἰησοῦ, προσέρχεται εἰς ὃ μετανοεῖν ἀπὸ τοῦ νομικοῦ γράμματος ὅτι ὃ νομικὸν πνεῦμα. διὸ σιωπᾷ ὁ Ἰησοῦς τῷ μετανοεῖτε, πιστεύετε ἐν τοῖς εὐαγγελίοις. μετὰ δὲ ὃ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην ἀναχωρεῖ, μηδὲν διαμάχεσθαι τῇ βίᾳ τῶν πονηρῶν. καὶ ἄλλως διετήρει ἑαυτὸν ταῖς περὶ τοῦ παθεῖν διδασκαλίαις καὶ θεραπείαις, ἵνα πληρώσας αὐτὰς, καὶ ὡς προέγνωκεν καὶ προώρισε, μὴ τύπων ἐν ταπεινώσῃ καὶ

ANONYMI VATIC. Seipsũ dicit Deum conſentaneè ijs quæ de ipſo ſe alibi prædicat, Lucem, Vitam, Redemptorem, Reſurrectionem, Paſtorem bonum ſeſe appellans.

VICTORIS. Animadverſione dignum eſt quòd Ioannes quidem in deſerto prædicat, dicens ante iſtud: *Appropinquavit Regnum Cælorum*, illud alterum: *pœnitentiam agite*. Salvator autem poſtquam in Gaiilæam ſeceſſit, & relicta Nazareth, ut Matthæus ait, venit in Civitatem maritimam Capharnaum, in eaque habitavit, cepit ex tunc prædicare & dicere, nõ quidem: *Pœnitentiam agite* &c. ſed tantum: *Appropinquavit Regnum Cælorum*. Oportebat ſcilicet præordinatam illam denunciationem Pœnitentiæ, Joannis fieri præconio, nempe hominis ad id præmiſſi ut viam venturo Domino præſterneret. Hæc igitur, juxta Marcũ, propria Chriſti prædicatio fuit, *Impletum eſt tempus, & appropinquavit Regnum Dei*. De plenitudine porrò temporis conſonat & Apoſtolus dicens: *Quando venit plenitudo temporis miſit Deus Filium ſuum*. ſignificat autem quæ prædicta erant à Prophetis de myſterio Incarnationis, patrata eſſe: aut certè eorum mox patrandorum tempus adveniſſe. Prophetæ enim uſque ad Ioannem. Quare poſt tentationem & Angelorum acceſſum ad Ieſum, ubi is audijt Ioannem traditum, tunc ſtatim illud prædicat: Pœnitentiam agite & credite Evangelijs. Licet verò dicere: illud *Pœnitentiam agite*, quo ſenſu prædicabatur a Ioanne provocaſſe audientes ad deponenda

Gal. 4. 4.

vitæ

vitæ peccata: istud vero aliud sono simile, sententia diversum, Iesu voce promulgatum, excitasse Iudæos ad transferendam mentem à Legis litera ad Legis Spiritum. Propterea coujungit Iesus his verbis: *pœnitentiam agite*, alia illa, *credite Evangelijs*. Cæterum postquam audivit Ioannem traditum, recessit, ostendens non esse vltro occurrendum armatæ malitiæ, nec certamen voluntariè cum nocere paratis appetendum. Ad hæc, servabat seipsum prędicationi ac curationum operationi passionem præcessuris ex proposito ac præfinitione sua, quibus deinde transactis nulla jam mora futura erat quin se ipsum humiliaret, & obediens fieret usque ad mortem, mortem autem crucis. Recessit igitur, non expectans donec Ioannis comprehensor ad ipsum quoque capiendum satellites mitteret. In quibus notandum consentire quidem Matthæo per omnia Marcum, verum eadem tamen contractius dicere.

ὑπήκοος γένηται μέχρι θανάτου, θαάντου δὲ σταυροῦ. ἀνεχώρησεν οὖν μὴ παραμείνας διωχθῆναι μετὰ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην. καὶ τοῦτο δὲ εἰδέναι προσήκει, ὡς καταλλήλως τῷ Ματθαίῳ ὁ Μάρκος ἐκτίθεται, ἀλλ' ἐπιτετμημένος.

16. Et præteriens secus mare Galilææ vidit Simonem & Andreã fratrem ejus, mittentes retia in mare: erant enim Piscatores.

„ Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν „ τῆς Γαλιλαίας, εἶδε Σίμωνα καὶ Ανδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος „ βάλλοντας ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ. ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς.

17. Et dixit eis Iesus, Venite post me faciam vos fieri Piscatores hominum.

„ Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ιησοῦς, δεῦτε „ ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι „ ἁλιεῖς ἀνθρώπων.

ANONYMI. Quippe qui homines vivos capere & è morte in vitam transferre cogitaret.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ζωγρεῖν γὰρ μέλλων τοὺς ἐκ θανάτου πρὸς ζωὴν ἀνθρώπιους.

18. Et protinus relictis retibus secuti sunt eum.

„ Καὶ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα αὐτῶν „ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

19. Et progressus inde pusillum vidit Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem ejus, & ipsos componentes retia in navi.

„ Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν ὀλίγον εἶδε Ιάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου καὶ Ιωάννην τὸν „ ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ „ πλοίῳ καταρτίζοντας τὰ δίκτυα.

ANONYMI. Tamquam ij se jam nunc accingerent ad officium evangelicè piscandi.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἷον διορθουμένους ἀπαρτὶ καὶ τούς.

20. Et statim vocavit illos. & relicto patre suo Zebedæo in navi cum mercenarijs, secuti sunt eũ.

„ Καὶ εὐθέως ἐκάλεσεν αὐτοὺς καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα αὐτῶν Ζεβεδαίον ἐν „ τῷ πλοίῳ μετὰ τῶν μισθωτῶν, „ ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ.

TOLOSANVS. Petrus & Andreas ejus frater Præcursoris erant discipuli. qui deinde cum animad-

ΤΟΛΩΣ. Πέτρος καὶ Ανδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τοῦ προδρόμου ἦσαν μαθηταί. εἶτα ἰδόντες ὑπὸ Ιούαννου μαρτυρηθέντα

τὸν

ⓦ Ιησῦν προσοπλθ@ αὐτῷ. ϖ̃ϛαδδ-
θέντ@ ὑ̃ τῦ Ιωάννυ ἐλυ πήθησαν σφό-
δρα· καὶ πάλιν προὸς τὸν οἰκείαν τύχ-
λιν ἀνεχώρησαν. ὅθεν ὁ χρισὸς ἐκ δευ-
τέρυ πάλιν τὺς θιώτυς καλεῖ. καὶ ὅτι
ἀφέν τες τὰ ἐν χερσὶν ἠκολύθησαν αὐ-
τῷ. μετὰ ὑ̃ τύτυς ⓦ Ιάκωβ@ συγκ-
νέυει καὶ τῷ Ιωάννλυ. Καὶ ὅπι ἀφέν-
τες ⓦ Πατέρα, ἠκολύθησαν αὐτῷ,
ὐχ ὡς καλὸν ὑ̃ ὃ καταλιπεῖν τὺς
Φιώτας, τῦτο ἐπόησαν· ἀλλ' ὅτι
ἔμελλεν ἐμποδίζειν αὐτὺς προὸς τὸν
τῆς σωτηρίας ἔυρεσιν.

vertiſſent teſtimonium in primis magnificum atque amplum Ieſu a Ioanne redditum acceſſerunt ad eum. Tradito poſtea Ioanne *in Herodis manus*, conſternati valde ſunt: & rurſus ad artem, quã prius factitaverant ſe receperunt. unde Chriſtus eos jam ſecundò revocat. Illi verò rebus & ſpebus, quibus hæſerant, omiſſis, ſecuti ſunt ipſum. Poſt hos verò Iacobum & Ioannem ſagena implicat ſua. qui & ipſi relicto Patre ſecuti ſunt illum. non ſane quaſi pulchrum & honeſtum putarent deſerere parentes, ſed quod intelligerent Patrem, ſi cum ipſo manerent, ad conſecutionem ſalutis impedimento ipſis futurũ.

„ Καὶ εἰσπορέυονθ εἰς Καπερναὺμ.

21. Et ingrediũtur Capharnaum.

ΒΙΚΤΟΡΩΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τύτῳ τὰ ὅμοια παρέθετ@ καὶ ὁ Λυκᾶς. πόθεν δὲ καὶ εἰσπορέυονται εἰς Καπερναὺμ; ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς φησιν ὁ Λυκᾶς.

VICTORIS ANTIOCHENI. Huic ſimilia poſuit & Lucas. unde autem ingrediuntur Capharnaum? à Nazareth, ut Lucas ait.

„ Καὶ εὐθέως τῖς σάββασιν εἰσελθὼν
„ εἰς τ̃ συναγωγὴν, ἐδίδασκε.

„ Et ſtatim ſabbathis ingreſſus in
„ Synagogam, docebat.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τότε γὰρ συνήγοντο μόν@, ὡς λέγ τ̃ τῆς πιωρίας ἀνάγκλυ, ὐ δι' τ̃ τῦ νόμυ φιλίαν. πάυτως καὶ τῦ σαββάτυ αὐτῖς ἐπέχ τ̃ ἀνάγκλυ ὁ νόμ@. ἐδίδασκεν ὖν ἐν σαββάτῳ τὰς τῶν ἀκυόντων βυλόμυ@ θεραπεύθαι ψυχὰς προὸς ἐυσέβειαν.

EIVSDEM. Tunc enim ſolùm conveniebant in unum cœtum: quippe qui non legis cognoſcendæ cupiditate, ſed mera neceſſitate cavendi ſupplicij coirent. Quòd ut vel ſic facerent neceſſitatem obſervandi Sabbathi Lex ſanxerat. Capta igitur opportunitate talis temporis, ad congregatos loquebatur, ſalutares inſidias venandis ad pietatem animabus tendens.

ΤΟΛΩΣ. Εἰς Καπερναὺμ εἰσπορέυονται ἀπὸ τῆς Ναζαρέτ. ἐν τῇ ἡμέρᾳ γὰρ τῦ σαββάτυ ἀνεγίνωσκ@ ⓦ νόμ@. διὸ καὶ ὁ νόμ@ παρεκελέυετ ἐν τοῖς σάββασιν ἀργεῖν, ἵνα σχολάζωσιν ⓜ ἄνθρωποι ὃ σάββατ@ συναγόμυοι ὅπι ὃ ωτὸ. ὅτε ὖν συνήγοντ ἐκεῖνοι τότε ὁ Σωτὴρ ἐδίδασκε. ὐ σχολαστικως δὲ ἐδίδασκεν ἀλλ' ἐλεγκτικως. Καὶ τοῖς μ̃ ἀπειθῦσι ζημιρίαν ἠπείλει. τοῖς δὲ πειθομένοις θεανῶν βασιλείαν καὶ ζωλν̃ αἰωνί@.

„ Et ſtatim ſabbathis ingreſſus in
„ Synagogam, docebat.

EIVSDEM. Tunc enim ſolùm conveniebant in unum cœtum: quippe qui non legis cognoſcendæ cupiditate, ſed mera neceſſitate cavendi ſupplicij coirent. Quòd ut vel ſic facerent neceſſitatem obſervandi Sabbathi Lex ſanxerat. Capta igitur opportunitate talis temporis, ad congregatos loquebatur, ſalutares inſidias venandis ad pietatem animabus tendens.

TOLOSANI. In Capharnaum proficiſcuntur ex Nazaret. In die enim Sabbathi legebant Legem. cui rei ut otium eſſet, jubebat Lex ceſſare ab opere Sabbatis. ut pei Sabbatum vacarent homines ir unum coëuntes. cum igitur ill congregabantur, tunc Salvator do

Digitized by Google

cebat. præseferebat autem in docendo non adulationem obnoxiam; sed liberam constantiam rigidæ censuræ, ne objurgare quidem, cum subesset causa, dubitantis. Ac contumacibus quidem supplicium denunciabat: obtemperantibus verò Regnum Cœlorum & vitam æternã.

22. Et stupebant super doctrina „ ejus. erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut Scribæ.

„ Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ „ αὐτοῦ. ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς „ ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς ὁ Γραμ- „ ματεῖς.

ANONYMI. Scribæ quidem & alij, sic docendi munus obibant ut facile appareret quasi aliũde acceptum Dei verbum ipsos reddere; & ministros dumtaxat atque internuncios esse delegantis ipsos Dei. At Dominus non alieni Interpres, sed sui præsens autor imperij, propria ipse protinus persona fungens ac nomine mandabat docebatque.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Οἱ μὲν γὰρ Γραμματεῖς καὶ ὁ ἄλλοι, ὅσοι ἐδίδαξαν, οὕτως ἔλεγον, ὡς διαπορθμεύοντες λόγον, καὶ διάκονοι ὄντες τοῦ τοὺς λόγους αὐτοὺς ἐντειλαμένου θεοῦ· ὁ δέ γε κύριος ὡς αὐτὸς ὢν προστάσσων, οὕτως ἐδίδασκε.

VICTORIS ANTIOCH. Stupebant super doctrina ejus: non enim ad gratiam oratione composita laudem audiẽtium adulatorijs delinimẽtis eblandiri satagebat: sed forti autoritate sermonis liberi, salute ostendenda, nimis intentandis, Magisterio pro dignitate fungebatur.

ΒΙΚΤΟΡΩΣ ΑΝΤΙΟΧ. Εξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, ὅτι οὐ πρὸς χάριν τοὺς λόγους προέφερεν, οὐ κολακεύων καὶ τὴν τῶν ἀκροωμένων θηρώμενος ἔπαινον. ἀλλ' ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ, προτρεπτικὸς εἰς σωτηρίαν, καὶ τιμωρίαν τοῖς ἀπειθοῦσιν ἐπανατεινόμενος.

23. Et erat in Synagoga eorum „ homo in spiritu immundo.

„ Καὶ ἦν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ.

EIVSDEM. Adjuncto *immundi* similitudinem, quæ inest in voce, Spiritus, discernit. Nam & aer & anima, & administratorij Spiritus, postremo & Spiritus Sanctus eodem isto verbo designantur. Ne igitur communitate nominis in ambiguitatem laberemur, distinguens addit spiritum hunc fuisse Dæmonis impuri. impuri utique ob impietatem & secessionem à Deo, ac quod omnibus turpibus & malis facinoribus delectetur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Διὰ τῆς προσθήκης τοῦ ἀκαθάρτου διαστέλλεται τὴν ὁμοίωσιν τοῦ πνεύματος. πνεῦμα γὰρ καὶ ὁ ἀήρ, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὰ λειτουργικὰ πνεύματα προσαγορεύεται, καὶ δὲ πνεῦμα δὲ δ' ἅγιον. ἵνα τοίνυν μὴ τῇ κοινότητι εἰς ἀδηλίαν ἐκπέσωμεν, διὰ τοῦτό φησι πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου. ἀκαθάρτου δὲ διὰ τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὴν ἀπὸ θεοῦ ἀναχώρησιν, καὶ διὰ δ' πάσαις ταῖς αἰσχραῖς καὶ πονηραῖς ἐφήδεσθαι πράξεσιν.

24. Et exclamauit, dicens, Quid „ nobis & tibi Iesu Nazarene? „ Venisti perdere nos? Scio quis „ sis Sanctus Dei:

„ Καὶ ἀνέκραξε, λέγων, ἔα, τί ἡμῖν „ καὶ σοι Ιησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες „ ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ „ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.

ΤΟΛΩ-

ΤΟΛΩΣΑΙ. Απώλειαν γὰρ ἑαυτοῦ ἡγεῖται ὁ δαίμων τὸ ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου. διὰ τοῦτο φησὶν, ἔα. τί ἡμῖν καὶ σοι Ιησοῦ Νααρηνέ; ἦλθες απολέσαι ἡμᾶς. ἀνηλεεῖς γὰρ ὄντες οἱ δαίμονες κακόν τι πάσχειν οἴονται μὴ συγχωρούμενοι κακοποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους.

TOLOSANI. Perniciem propriam interpretatur dæmon exire ab homine. propterea dicit: sine. quid nobis & tibi Iesu Nazarene venisti perdere nos. Immisericordes nimirum dæmones calamitate se affici putant, cum nocere non sinuntur hominibus.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπε τὸ δαιμόνιον ὅτι. ἅγιος εἶ, ἀλλ' ὁ ἅγιος, μετὰ τοῦ ἄρθρου προσθήκης; ἵνα δείξῃ ὡς πολλῶν ὄντων ἁγίων εἷς ἐστι καὶ μόνος ἅγιος ὁ Κύριος. ὁ δὲ γε Χριστὸς ἐστιστομίζει αὐτοῦ. ἵνα μάθωμεν ὅτι κἂν ἀληθῆ λέγωσιν οἱ δαίμονες δέον ἐπιστομίζειν αὐτούς.

ORIGENIS. Quare non simpliciter dicit Christo dæmonium Sanctus es. Sed præfixo articulo? ut ostendat, cum multi sint hoc nomine dignati, eminere tamen unũ longè super omnes, qui verè unus & solus Sanctus excellenter sit, huncque esse Dominum Iesum. Os autem illi obstruit Christus, ut ex hoc discamus indicendum silentium dæmonibus esse, quamlibet vera dicentibus.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ισως τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ᾤετο διὰ τοῦ τοιαύτης εὐφημίας καὶ κολακείας, τῷ εἰπεῖν ἐξουσίαν ἔχοντι, ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς. Θεοῦ γὰρ ἴδιον τοῦτο. καὶ τῷ εἰπεῖν, οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, ἐπαρθέντα τὸν Κύριον καὶ περιχαρῆ γεγονότα ἐάσειν αὐτὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ὁ δὲ ἐπετίμησεν αὐτῷ μὴ λαλεῖν. οὐ γὰρ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ, καθὼς γέγραπται. καὶ ἐξέβαλεν αὐτό.

ΑΝΟΝΥΜΙ. Existimabat fortasse impurus spiritus tali acclamatione honorifica & adulatoria, qua potestatem supra se habentem humiliter agnoscens dicebat: *Venisti perdere nos*; quo verbo Deum esse ipsum fatebatur; Dei enim id proprium. & illa prolatione testimonij: *Scio te quis sis Sanctus Dei*, elatum delectatumq; Dominum condonaturum ipsi moram in eo quẽ obtinebat homine. At ille increpavit eum ut taceret: non enim speciosa laus in ore peccatoris, ut scriptũ est, moxque ipsum ejecit. Eccl. xv. 9.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Στοχάζομαί σου τὴν παρουσίαν, φησὶν, πνευμάτων ἄφιξιν. οὐδὲ γὰρ ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν τῆς παρουσίας εἶχεν τὴν γνῶσιν. εἰ καὶ τοῦτο εἰδέναι δοκεῖ, μεθ' ὑποκρίσεως ἐκφέρων τοὺς λόγους. διὰ τί δέ φησιν, ἦλθες ἡμᾶς ἀπολέσαι; οὐκέτι γὰρ ἡμῖν δίδως χώραν περιαιρῶν τὴν ἀσέβειαν, ἀπελαύνων τὴν πλάνην, θεογνωσίαν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐνιείς. οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ. ἅγιος ἦν καὶ ἕκαστος τῶν προφητῶν. ἀλλ' οὐχ ἕνα τῶν παρὰ πάντων σημαίνει, ἀλλὰ τὴν ἐκ τοῦ ἑνὸς ἕνα καταγγέλλει. διὰ γὰρ τοῦ

VICTORIS ANTIOCHENI. Quasi diceret: advenisse te verum Messiam ex hoc ipso conjecturam capio, quod spiritus ejici a te sẽtio: Ex conjectura enim loquitur, minimè aliunde certam & manifestã adventus Messiæ demonstrationẽ aut notionem habens. quamquam se id scire quod solum opinabatur, ex hypocrisi simulans, verbis testaretur. Cur autem dicit: *Venisti*

perdere nos? quasi diceret: excludis nos & exturbas undique, impietatem tollens, errorem exterminans, Dei notitiam hominum mentibus immittens. *Novi te quis sis Sanctus Dei.* Sanctus erat etiam quisq; Prophetarum. Sed non vnũ è vulgo hæc designant, at unum ex uno eximiè describit, articuli enim ea vis atque usus hoc loco est, unum ut longè insignem & egregium demonstret, ad cujus mentionem quòd se horrere præsefert, metus is omnium Dominum esse istum demonstrat. Verum comminatus ei Iesus est, quoniam non eget veritas malorum dæmonum approbatione aut consensu: celebrior ac laudabilior ex se quàm ut Adversariorum commendari testimonijs opus habeat, unde ait.

ἄρθρου, τὸ ἕνα δημαίνει τῶν ἄλλων ἐξαίρετον. καὶ διὰ τοῦ φόβου ἐπιγνώσκει τῶν πάντων δεσπότην, ἀλλ' ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. οὐδὲ γὰρ ἔχρηζεν ἡ ἀλήθεια τῆς ἀπὸ τῶν πονηρῶν δαιμόνων συστάσεως, οὐδὲ τῶν ἀντιλειμένων μαρτυρίαις σεμνύνεσθαι, ὅθεν φησίν.

25. Et comminatus est ei Iesus „ dicens, obmutesce & exi de ho„ mine.

„ Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, „ λέγων, φιμώθητι καὶ ἔξελθε ἐξ „ αὐτοῦ.

EIVSDEM. Simul salutare nobis tradit documentum: nequaquã dæmonibus credendum: neque si vera dicere profiteantur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἅμα δὲ καὶ σωτήριον ἡμῖν παραδίδωσι δόγμα, μὴ παντελῶς δαίμοσι πείθεσθαι, μηδὲ ἄν τε ἀλήθειαν ἐπαγγέλλονται λέγειν.

26. Et discerpens eum spiritus „ immundus, & exclamans voce „ magna exijt ab eo.

„ Καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ „ ἀκάθαρτον, καὶ κράξαν φωνῇ με„ γάλῃ ἐξῆθεν ἐξ αὐτοῦ.

ANONYMI. Cur omninò dæmonium audito, *tace & exi* nõ statim silentio exijt, sed & discerpit, & post discerptionem exclamavit voce magna? certa ratione dispensata ea omnia sunt: ne omnia cavillantes Iudæi non verum hunc, sed simulatum & de industria fingentem dæmoniacum causarẽtur. adversus quam suspicionem vocis humana majoris & discerptionis inhumanæ utile testimoniũ erat.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πῶς ὅλως ἀκούσαν τὸ δαιμόνιον, φιμώθητι καὶ ἔξελθε, οὐκ εὐθὺς μετὰ σιγῆς ἐξῆλθεν; ἀλλ' σπαράξαν αὐτὸν, μετὰ τὸ σπάραγμα καὶ ἔκραξεν φωνῇ μεγάλῃ; οἰκονομικῶς πάντα γέγονεν. ἵνα μὴ νομισθῇ προσποιητὸς εἶναι ὁ δαιμονῶν παρὰ τῶν πάντα χλευαζόντων Ἰουδαίων. ἀλλὰ δειχθῇ ἐπ' ἀληθείας διὰ τῶν ἔργων αὐτὸν δαιμονιᾶν.

VICTORIS ANTIOCHENI. Propterea verò permisit Dæmonio ut proijceret raptaretque hominem, quò manifestũ fieret verè a

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Διὰ τοῦτο δὲ συνεχώρησεν αὐτὸν ῥίψαι τὸ δαιμόνιον, ἵνα δῆλον γένηται ὅτι τὸ δαιμόνιον ἦν ὁ λαλήσας, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ὁ φθεγξάμενος. τὸ γὰρ, οἶδά σε τίς εἶ, σώφρονος ἦν. ἐξῆλθε δὲ ἀπ' αὐτοῦ

ἀυξ μηδὲν βλάψαν ἀυτόν. ὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ καπέβαλεν, ὐδὲ τραυματίαν ἀπέφηνεν· ἀλλὰ τὸ μὲν σωνεχώρησεν ὁ Κύριος διὰ τὰς παρόντας. βλάβλιν γενέσθαι ὐκ ἔα σεν. ἵνα δ' ὑπαίξαντος φανερωθῇ ἡ ἰσχύς.

Dæmonio profectam non ab homine vocem. Nam certè istud: *Novi te qui sis* sui compotis ac minimè turbati erat. Exijt verò ab ipso nihil ei veri detrimenti afferens; nam quod eum abjecit humique afflixit, citra læsionem id fecisse existimandum est. Sed & illam, qualiscumque fuit, illatam ei vim permisit Dominus spectatorum causa. vulnus quidem ei aut damnum infligi non est passus, ut potestas ejus, quo imperante Dæmon exibat, quanta esset appareret.

„ Καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες, ὥστε συζη-
„ τεῖν πρὸς ἀυτὰς λέγοντας, τί ἐστι
„ τοῦτο; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ ἄυτη; ὅτι
„ κατ' ἐξουσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς
„ ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, καὶ ὑπα-
„ κούουσιν ἀυτῷ.

27. Et mirati sunt omnes: ita ut
„ conquirerent inter se dicentes,
„ Quidnam est hoc? quænam do-
„ ctrina hæc nova? quia in pote-
„ state etiam spiritibus immundis
„ imperat, & obediunt ei.

„ Ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀκοὴ ἀυτοῦ εὐθὺς εἰς
„ ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας.

28. Et processit rumor ejus sta-
„ tim in omnem regionem Gà-
„ lilææ.

„ Καὶ εὐθέως ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελ-
„ θόντες, ἦλθον εἰς τὴν οἰκίαν Σί-
„ μωνος καὶ Ανδρέου, μετὰ Ιακώβου
„ καὶ Ἰωάννου.

29. Et protinus egredientes de Sy-
„ nagoga, venerunt in domum
„ Simonis & Andreæ cum Jaco-
„ bo & Ioanne.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διδαχὴν λέγου-
σι τὴν τοῦ κυρίου πρόσταξιν καὶ ἐπιταγήν,
ἣτις ἐστὶ κατ' ἐξουσίαν νενομισμένη. ὃ γὰρ
λέγει τοῦ Θεοῦ ἐπιορκίζειν, ὃ διέλεγξε,
ἐν ὀνόματι τοῦ Θεοῦ ἔξελθε, ὑδ' ἀλλὴν
ἢ λιτὴν πρὸς Θεὸν ἀνατείνας ἐξέβαλε
τὸν δαιμόνιον, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἐξουσίας,
φιμώθητι, φησι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ.
ἢ οὖν τοῦτό ἐστιν, ἣ διδαχὴν λέγει, ὅτι
ἐδίδαξεν ἡμᾶς, ὡς τὸ πάλαι πεφαν-
τικότας τοὺς ἐπιόντας δαίμονας, καὶ
Θεῷ δόξαν ἁρπάζαντας, ὡς δοῦλοι μα-
στίγας καὶ δραπέτας, ἀπὸ τοῦ Χρι-
στοῦ πάντοθεν πρὸς τὸ ὑστερεῖν ὀντας. ἢ ὅτι ὁ λε-
γόμενος ὄχλος ὑπερεβιάσατο, ἵνα ἢ, πῖς
ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; καὶ γὰρ τὰ ὑπὲρ
νόμου ἐμυσταγώγει ὁ κύριος. καὶ ὅτι
κατ' ἐξουσίαν διδάσκει, καὶ τοῖς πνεύμασι
τοῖς ἀκαθάρτοις ὑπακούει, ὃν γὰρ ζωῦ-
δεσμον, καὶ μεταγενεστέρου ἐν τῇ ἀρχῇ.

ANONYMI. Doctrinam dicunt imperium & mandatum Domini magna cum significatione potestatis Dæmoni pronunciatũ. Non enim per Deum adjuravit. non dixit: in nomine Dei exi, non denique prece aut supplicatione ad Deum directa Dæmonium ejecit. Sed ex autoritate propria: *obmutesce*, inquit, & *exi ab eo*. Aut igitur hoc ita est ut dixi: aut doctrinam id factum vocat, quoniam eo nos docuit: eos qui dudum omnia quæ sub Cœlo sunt sibi subjugaverant Dæmones, Deoque gloriam eripuerant, velut servos flagellis conscissos ac fugitivos Christi imperio fuisse coactos id facere. Nisi dicendum figuram hic esse eam quam Grammatici transcẽsionem vocant,

vocant, ut sententia hæc sit: quæ quæ doctrina nova ista? hoc est, quæ doctrina, quæ novitas? nam superiùs lege sapere Christum, ex duobus apparebat: & quòd cum autoritate doceret, & quod spiritibus immundis cum effectu imperaret. Siquidem conjunctionem transferri oportet ad principium, ut hoc significet: & novam fuisse doctrinam ejus, & opera item nova, adeo quidem ut Dæmonibus imperaret. Idem istud innuens dixit in Actis Lucas: cepisse Iesum facere & doceie. & de eodem Cleophas ait, potentem fuisse opere & sermone.

Act. 1.

Luc. 24. 19.

VICTORIS ANTIOCH. Manifesta erat fides cadentium sub visum rerum; nec jam auditus solus in dubitationem & fidem animum dividens, sed conspectus ipse clarus ac convincens irrecusabile testimonium gestis accedebat. quare admirantes quærebant apud se, quænam tandem hæc esset oratio? quid porrò faciendum lege præscriberet? quin etiam inter docendum præcipit Dæmonibus, victique illi, ac irriti recedunt. Adfuerant Prophetæ. cæterum ii *Hæc dicit Dominus*, ajebant. Hic autem *Ego dico vobis*. quænam hæc igitur nova doctrina? Prophetæ quidem alij Deo invocato, hic verò per se autoritate propria loquens imperat: *obmutesce & exi ab eo*. Dominus, ut apparet, universorum est. Atque in hunc modum per omnem circa regionem divulgatum miraculum est.

ὅπως τοῦτο σημανθῇ, ὅτι καὶ ἡ διδαχὴ αὐτοῦ καινὴ ἦν, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὡς καὶ δαίμοσιν ἐπιτάσσειν. τοῦτο δηλῶν καὶ ὁ Λουκᾶς ἔλεγεν ἐν τῇ πράξεσιν, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. καὶ ὁ Κλεόπας δὲ φησιν περὶ αὐτοῦ, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Πίστις ἦν σαφὴς τὰ ὁρώμενα καὶ μάρτυς ἡ θέα τῶν γενομένων, οὐχ ἁπλῶς ἀκοὴ πρὸς ἀμφιβολίαν καὶ πίστιν μερίζουσα τὴν διάνοιαν. ὅθεν θαυμάζοντες συνεζήτουν πρὸς ἑαυτοὺς, τίς ὁ λόγος οὗτος; τί δὲ γινόμενος νομοθετεῖ; μᾶλλον διδάσκων ἐπιτάσσει τοῖς πονηροῖς δαίμοσι, καὶ φροῦδοι καθίστανται: παραγεγόνασι προφῆται. ἀλλὰ, τὰ δὲ λέγει Κύριος, ἔφασκον. οὗτος δὲ, ἐγὼ λέγω ὑμῖν. καὶ ἥτις ἦν διδαχὴ καινή; οἱ μὲν προφῆται ἄλλοι ἐπικαλούμενοι τὸν Θεὸν, οὗτος δὲ κατ' ἐξουσίαν λέγει, Φιμώθητι καὶ ἔξελθε ἀπ' αὐτοῦ. κύριος ὡς ἔοικε πάντως ἐστί. καὶ οὕτως ἐξάκουστον ἐγένετο ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ τὸ θαῦμα.

30. Decumbebat autem Socrus „ Simonis febricitans: & statim „ dicunt ei de illa.

31. Et accedens elevavit eam ap- „ prehensa manu ejus: & conti- „ nuò dimisit eam febris, & mi- „ nistrabat eis.

„ Ἡ δὲ πενθερὰ Σίμωνος κατέκειτο „ πυρέσσουσα. καὶ εὐθέως λέγουσιν αὐ- „ τῷ περὶ αὐτῆς.

„ Καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν κρατή- „ σας τῆς χειρὸς αὐτῆς. καὶ ἀφῆ- „ κεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς εὐθέως, καὶ διη- „ κόνει αὐτοῖς.

TOLOSANI. Recepit se, ut mos erat, Sabbato sub vesperam ad cibum sumendum. quæ verò

ΤΟΛΩΣΑΙ. Ἀνεχώρησεν ὡς ἔθος ἦν ἐν σαββάτῳ πρὸς τῇ ἑσπέρᾳ ἐφ' ἐστίασιν. ἡ δὲ διακονεῖν μέλλουσα πυρε-

πυρετῷ κατείχετο λαύρῳ· Καὶ ὁ Σωτὴρ ἰᾶται αὐτὴν. καὶ αὕτη διακονεῖ. διδάσκει οὖν ὁ Χριστὸς διὰ τούτου. ὅτι ἐὰν ἰαθῇς νοσῆσας πρότερον, κέχρησο τῇ ὑγείᾳ πρὸς διακονίαν τῶν ἁγίων. καὶ ὑπηρεσίαν τοῦ Χριστοῦ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πολλάκις τῇ ἑτέρων πίστει τὴν ἑτέρων ἴασιν καρίζεται, ὅταν μέλλῃ πιστεύειν ὁ θεραπευόμενος. καὶ μὴ δυνῇ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν. καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα ἄλλων αὐτὸν παρακελευσάντων τὴν πενθερὰν τοῦ Πέτρου ἰάσατο.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πολλάκις ἐν ταῖς θεοσημείαις ὁ Κύριος οὐ μόνον λόγῳ ἀλλὰ καὶ ἀφῇ χειρὸς κέχρηται. ἵνα δειχθῇ ὡς καὶ ὃ καθ' ὑπόστασιν αὐτῷ ἑνωθὲν σῶμα μετείληφεν τῆς θείας δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, ὥσπερ σίδηρος ὁμιλήσας πυρὶ τὴν πυρὸς ἐνεργείαν δέχεται. καὶ ὅτι ἐστὶ ζωοποιὸν ὡς τῇ ζωῇ τῷ Θεῷ λόγῳ ἑνωθέν. Οὐ μόνον δὲ ἀφῆκεν τὴν τοῦ Σίμωνος πενθερὰν ὁπυρετὸς, ἀλλ' οὐδὲ ἐνοσηλεύσατό φησιν, οἷα γὰρ ἐπὶ τῶν ἄρτι ἀπαλλαγέντων ἀῤῥωστίας. ἀλλὰ τοιούτως ἐῤῥώσθη ὡς διακονεῖν αὐτοῖς.

ΒΙΚΤΩΡΩΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ἐκ τῆς συναγώγης ἐξελθόντες ἀνεχώρουν ὡς ἐν σαββάτῳ ἐπὶ ἑστίασιν εἰς τὴν οἶκον τοῦ μαθητοῦ, καὶ ἡ διακονήσουσα συνείχετο πυρετῷ· καὶ εὐθέως οἱ μαθηταὶ λέγουσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς, πεῖραν ἤδη τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰληφότες. καὶ προσελθὼν χεῖρα ἐκτείνας ὁ Λόγος σωματικὴν, τὴν πυρέσσουσαν ἤγειρεν, δεικνὺς γὰρ τὴν πρὸς ἐ ἴδιον σῶμα ἕνωσιν ἀδιαίρετον, δι' αὐτοῦ ὡς ἐπὶ πάντας θεοσημείας εἰργάζετο. ἡ δὲ τοῦ πυρετοῦ ἐλευθερωθεῖσα, τὴν διακονίαν αὐτοῖς ἀντεδίδου. διδάσκουσα ἡμᾶς, μὴ μάτην παρὰ Θεοῦ τὰς ἰάσεις ἐπιζητεῖν. ἀλλὰ τυχόντας ἰάσεως ἐξυπηρετεῖσθαι αὐτοῦ τοῖς προστάγμασιν, καὶ τοῖς ἁγίοις διακονεῖν.

ministratura erat, febri vehementi tenebatur. Salvator porrò sanavit illam: & ipsa ministrat. quo exemplo docet nos Christus, cum prius ægroti convaluerimus utendum esse recuperata valetudine ad ministerium Sanctorum & ipsius Christi.

EIVSDEM. Sæpe Christus aliorum Fidei merito sanitatē alijs largitur. quando cui curatio quæritur, crediturus est; & interim dum tenetur morbo, venire ad ipsum nequit. nam & hic aliorū interpellatione provocatus Socrum Petri curavit.

ANONYMI. Sæpe in signis, quæ divinitùs operabatùr Dominus, non solo sermone usus, sed præterea contactum manus adhibuisse reperitur: nimirum ut ostenderet, & ipsum personaliter ei vnitum corpus divinæ virtutis atque efficientiæ particeps esse, ut ferrum admoto igne candefactū vim ignis concipit: & esse vivificum, utpote ipsi vitæ Deo Verbo unitum. Nec verò quomodocumque dimisit Simonis Socrum febris, sed subitò, nullis, ut fit, reliquijs languoris plenum robur valetudinis perfectę morantibus. adeo quidem ut continuò ministraret ipsis.

VICTORIS. Synagoga egressi se receperunt, ut Sabbato mos erat, in domum Discipuli ad convivium. At quæ ministratura ipsis, erat detinebatur febri. quare statim Discipuli rogant ipsum pro ea, experimento jam capto virtutis ejus in spem hujus quoque curationis erecti. Nec falsi sunt; nam extensa manu corporea Dei Verbum febricitantem erexit ut enim indivisam sui cum corpore assūpto demon-

Digitized by Google

demostraret unionem, amabat ejus contactum adhibere ad operationem signorũ divinorum quę operabatur. Porrò febri liberata mulier, & intercessoribus & Liberatori suo pro curatione ministerium rependebat, docens nos: ne sine proposito bene utẽdi valetudine illam a Deo petamus. sed & vòti factos compotes impigrè decet navare operam exequendis præceptis ejus, & Sanctis ministerio juvandis.

32. Vespere autem facto, cùm „ occidisset Sol, afferebant ad eũ „ omnes malè habentes, & dæ„ monia habentes.

33. Et erat omnis civitas congre„ gata ad ianuam.

34. Et curavit multos qui vexa„ bantur varijs languoribus: & „ dæmonia multa eijciebat, & „ non finebat ea loqui, quoniam „ sciebant eum.

„ Οψίας δὲ γενομένης, ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος „ ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς κα„ κως ἔχοντας, καὶ τοὺς δαιμονιζομέ„ νους.

„ Καὶ ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη „ ἦν πρὸς τὴν θύραν.

„ Καὶ ἐθεράπευσε πολλοὺς κακως ἔ„ χοντας ποικίλαις νόσοις. καὶ δαιμό„ νια πολλὰ ἐξέβαλε. καὶ οὐκ ἤφιε „ λαλεῖν τὰ δαιμόνια, ὅτι ᾔδεισαν „ αὐτόν.

TOLOS. Non frustra positum est: *cum occubuisset Sol*, sed certam ob causam. Putabant enim non licere Sabbato curare quemquam. Propterea expectabant dum transisset dies occasu Solis terminanda, ut jam religione liberi, crepusculo ad salutem uterentur, quòd agebant conferendis infirmis. quos non omnes curavit tamen, sed credentes tantùm. increduli autem incurati sunt relicti. Dæmonia verò non sinebat loqui. docens ne tum quidem cum vera dicunt istis credendum. Si quem enim semel sibi credulum nacti fuerint, præcipitem in perniciem trahunt multa falsa veris permiscentes. Itaque Divinus Paulus Spiritum Pythonis inhibuit; quamvis de ipso sociisque ejus verè prædicantem: *Isti homines servi Dei excelsi sunt*. Renuit enim Vir Sanctus ab immundo spiritu commendari & testimonium accipere.

Act. xvi. 17.

PHOTII. Propterea expecta-

ΤΟΛΩΣ. Οὐ μάτην πρόκειται δὲ. ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, ἀλλὰ δι' αἰτίαν τινά. ἐνόμιζον γὰρ μὴ δεῖν ἐν σαββάτῳ θεραπεύειν τινά. διὰ τοῦτο ἀνέμενον τῆς ἡμέρας δὲ πέρας, καὶ τότε ἐκόμιζον τοὺς μέλλοντας θεραπευθῆναι. οὐ πάντας δὲ ἐθεράπευεν. ἀλλὰ τοὺς πιστούς. οἱ γὰρ ἄπιστοι ἀθεράπευτοι κατελείφθησαν. τὰ δὲ δαιμόνια οὐκ εἴα λαλεῖν. διδάσκων μὴ πιστεύειν αὐτοῖς κἂν ἀληθεύωσιν. εἰ γὰρ εὕρωσί τινα πιστεύοντα αὐτοῖς κατὰ κρημνοῦ ἀπωλείας ὠθοῦσιν αὐτόν, πολλὰ ψευδῆ παραμιγνύντες τοῖς ἀληθέσι. Καὶ γὰρ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐκώλυσε δὲ πνεῦμα τοῦ Πύθωνος λέγων. ὡς οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ εἰσι τοῦ ὑψίστου. ἀπηνήνατο γὰρ ὁ ἅγιος ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος συνίστασθαι καὶ μαρτυρεῖσθαι.

ΦΩΤΙΟΥ. διὰ τοῦτο ἀνέμενον δὲ πέρας τῆς ἡμέρας ἵνα μὴ δόξωσιν ἐν σαββάτῳ θεραπευθῆναι. ἀμέλει, καὶ οἱ τῶν Ἰουδαίων ἡγούμενοι ἐπετίμων αὐτῷ θεραπεύοντι ἐν σαββάτῳ. οἱ δὲ μαθηταὶ τὴν ἑσπέραν μὴ ἀναμένοντες παρεκάλουν αὐτὸν τὰς ἰάσεις ποιεῖσθαι.

ΑΝΩ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διάτι μὴ εἶπε, καὶ ἐθεράπευσε πάντας, ἀλλὰ πολλούς; ἴσως τισὶν ἡ ἀπιστία ἐμποδῶν γέγονε τοῦ ἰαθῆναι. ὅσοι δέ γε προσῆλθον μετὰ πίστεως, ἰάθησαν. τὰ δὲ δαιμόνια ἐπεὶ ᾔδεισαν αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, αὐτοῦ τοῦτο λαλοῦντες ἐκωλύοντο.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Οὐχ ἁπλῶς προσκεῖται, ὃ δύσαντος τοῦ ἡλίου. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνόμιζον μὴ ἔξόν τινι θεραπεύειν σαββάτῳ, τούτου χάριν τοῦ σαββάτου ὃ πέρας ἀνέμενον. ἀμέλει, καὶ οἱ τῶν Ἰουδαίων ἡγούμενοι ἐπετίμουν ἀτῷ θεραπεύοντι ἐν σαββάτῳ. οἱ δὲ μαθηταὶ ὡς ὠφεληθέντες ἤδη, μὴ ἀναμείναντες τὴν ἑσπέραν, παρεκάλουν αὐτὸν ἰάσασθαι τὴν πενθέραν τοῦ Πέτρου. καὶ ὁ μὲν παρὼν εὐαγγελιστὴς πολλοὺς φησιν αὐτὸν τεθεραπευκέναι κακῶς ἔχοντας. ὃ, πολλοὺς, ἢ πάντας λέγει κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς γραφῆς οὕτω πολλάκις κεχρημένης τῇ λέξει, κατὰ ὃ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Παύλου, ὥσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς, δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοὶ. ἢ πολλοὺς φησι τοὺς πιστεύσαντας εἰς αὐτὸν καὶ ὧν ἡ πίστις τὴν ἴασιν ἐπεσπάσατο. ὁ δὲ Λουκᾶς τὴν προτέραν ἔννοιαν ἡμῖν δίδωσιν εἰπών, ὅτι ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς ἐθεράπευσεν αὐτούς. καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλέ, φησιν. οὐκ ἔστι δὲ ἐνάντιον τῶν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ ἁγίου Λουκᾶ ὃ νῦν λεγόμενον, ἐκεῖνος γάρ φησιν, ἐξήρχετο καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, ἐπιτιμῶν οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν, ὅτι ᾔδεισαν αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστόν. ὃ δὲ τελευταῖον Μάρκος οὐκ ἔχει, ἅτε τὰ πολλὰ ἐν ἐπιτομῇ διηγούμενος. ᾔδεισαν δὲ αὐτὸν οἱ δαίμονες τὸν χριστὸν εἶναι, πεῖραν αὐτοῦ τῆς δυνάμεως εἰληφότες, ἔκ τε τῶν προηγησαμένων θαυμάτων, καὶ τῆς μετ' ἐξουσίας δυνάμεως. οὐκ εἴα δὲ αὐτὰ λαλεῖν,

bant diei crepusculum ne viderentur Sabbato curari. Principes scilicet Iudæorum eum qui curatus Sabbato fuisset, objurgabant. quo metu ac superstitione liberi discipuli rogabant Christum, etiam nõ expectata vespera, ut curationes operaretur.

ANONYMI. Cur non dixit, *& sanavit omnes*, sed pro eo, multos, posuit? Fortasse quibusdam infidelitas impedimento fuit ne sanarentur. quotquot quidem accesserunt cum fide, sanati sunt. Dęmonia verò quoniam sciebant ipsum esse Christum, idipsum dicere prohibebantur.

VICTORIS ANTIOCH. Nõ de nihilo additur mentio Solis occasus: verum ad indicandam superstitionem autumãtium religiosum Sabbati otium curationum operatione violari. hinc enim donec Solis occubitu consummatum esset Sabbatum, opem ejus implorare differebant. Quin etiam Iudæorum Principes cum quid eum ejusmodi perfecisse tali die animadverterant, ut legis transgressorem objurgabant. At Discipuli experimẽto ipso miraculorum tali errore liberati, non expectata vespera rogabant eum ut Socrum Simonis morbo liberaret. Atque hic quidem noster Evangelista multos a Christo curatos malè habentes ait: multorum nomine omnes oblatos intelligens, Scripturæ more tali sæpe notione voce istam usurpantis. Sic Paulus: *Sicut enim* (inquit) *per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obeditionem justi constituentur multi*. Nisi multos dicit eos quibus sua fides effectum

Rom. v. 19.

curationis obtinuit, quo aliqui sua incredulitate sint privati. Cæterum Lucas priori magis expositioni favet, cum hunc locum reddens ait: *at ille singulis manus imponens sanabat eos*. Sequitur apud nostrum, *& dæmonia multa eijciebat*. In quo nihil Lucæ contrarium eadem narranti dicit. nisi quod jure ac more suo brevitati Marcus studens, acclamationem illam omisit, qua utentia dæmonia jussit silere Christus, quippe quam ex cætera oratione suspicari pronum erat. Sciebant porrò dæmones ipsum esse Christum experti potentiam ejus, cum eijcerentur è corporibus, tum etiam ex alijs, quæ norant, perpetratis ab ipso miraculis, & quidem nomine suo ipsius atque autoritate propria, non autem precariò & invocatione alterius, talia operante. Loqui autem etiam vera dæmones noluit, nolens assuescere nos probandis sermonibus eorum.

μὴ βουλόμενος ἡμᾶς, ὡς ἔφημεν, τοὺς παρ' αὐτῶν καταδέχεσθαι λόγους.

35. Et diluculo valde surgens, egressus abijt in desertum locum; ibique orabat.

36. Et prosecutus est eum Simon & qui cum illo erant.

37. Et cùm invenissent eũ, dixerunt ei, Quia omnes quærunt te.

38. Et ait illis, Eamus in proximos vicos & civitates, ut & ibi prædicem: ad hoc enim veni.

39. Et erat prædicans in Synagogis eorum, & omni Galilæa, & dæmonia eijciens.

„ Καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν ἀναστὰς ἐξῆλθε καὶ ἀπῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς ἔρημον τόπον, κἀκεῖ προσηύχετο.

„ Καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ.

„ Καὶ εὑρόντες αὐτὸν λέγουσιν αὐτῷ, ὅτι πάντες ζητοῦσί σε.

„ Καὶ λέγει αὐτοῖς, ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, ἵνα κἀκεῖ κηρύξω· εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα.

„ Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν τῶν συναγωγαῖς αὐτῶν, εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, καὶ τὰ δαιμόνια ἐκβάλλων.

ANONYMI. Exemplum & in hoc se Dominus imitationi offert nostræ: ut, inquam, & nos discamus opera misericordiæ ac docendi ministerium exercere apud populum; orare verò in desertis locis: quò scilicet animo vacante, turbaque ac cura libero, ad Deum accedamus.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Ὑπόγραμμος ἡμῖν, ὁ κύριος τοῦτο ὥστε τὰς μὲν πράξεις καὶ τὰς διδασκαλίας ἐν τοῖς ὄχλοις ποιεῖσθαι, τὰς δὲ εὐχὰς ἐν ἐρημίαις· ἵνα νῷ σχολάζοντι καὶ πάσης τύρβης ἐλευθέρῳ προσίωμεν τῷ Θεῷ.

VICTORIS ANTIOCH. Nõ abit in diversum Lucas, sic de his scribens: *Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum* &c. Marcus autem ait: deprehendisse tandem Apostolos latentem Christum, eique

Luc. 1v. 42.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ὁ μὲν Λουκᾶς παραπλησίως ἐξέθετο οὕτως λέγων, γενομένης ἡμέρας ἐξελθὼν ἐπορεύετο εἰς ἔρημον τόπον, καὶ οἱ ὄλλοι ἐπεζήτουν αὐτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ δὲ Μάρκος τοὺς ἀποστόλους αὐτὸν καταλαβεῖν καὶ λέγειν· ὅτι πάντες σε ζητοῦσιν, οὐκ ἐναντία φασὶν ἀλλήλοις. ἐνδέχεται γὰρ μετὰ τοὺς ἀποστόλους καὶ τὸν ὄχλον κατὰ πόδας ἀκολουθήσαντα φθάσαι; ὁ δὲ κύριος

ριος συνεβούλευεν ἀφεῖναι, ἵνα καὶ ἄλλοι μετάσχωντο τῆς διδασκαλίας, ὡς τοῦ καιροῦ τῆς ἐπιδημίας μὴ πάνυ πολλοῦ γενησομένου. καὶ ὁ μὲν Μάρκος ἐπάγει, εἰς τοῦτο ἐξελήλυθα· τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν αὐθεντίαν ὑποδηλῶν, καὶ δὲ ἑκούσιον τῆς κενώσεως· ὁ δὲ Λουκᾶς, εἰς τοῦτο, φησὶν, ἀπέσταλμαι, τὴν οἰκονομίαν παραδεικνὺς, καὶ τὴν εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς ἀποστολὴν ὀνομάζων. ἔλεγε γὰρ καὶ Ἰωάννης, μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. ἀναχωρεῖ δὲ πρὸς ὀλίγον εἰς ἔρημον τόπον ὁ Χριστός, ἵνα ποθήσωσιν αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι ἀπόντα· καὶ τύπος ἡμῖν γενόμενος, μετὰ πρᾶξιν ἀρίστην καὶ θαύματα ἀναχωρεῖν κατ' ἰδίαν, καὶ μὴ τοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνους θηρᾶσθαι, τῷ Θεῷ δὲ μᾶλλον τὴν εὐχαριστίαν προσάγοντες· προσηύχετο δὲ, οὐκ αὐτὸς τούτου δεόμενος, ἀλλ', ὡς ἔφην, τύπος ἡμεῖν πάσης ἀρίστης γενόμενος πράξεως. ἐκήρυσσε δὲ ἐν τῇ συναγωγαῖς, ἵνα συγκεράσῃ μίαν διδασκαλίαν παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης, καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτὸς τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας, καὶ οὐχὶ ἕτερος, διαθέτης, κατὰ τοὺς ἀσεβεῖς αἱρετικούς. πανταχοῦ δὲ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν πιστούμενος, ἐπάγει τοῖς λεγομένοις τὰ θαύματα.

ΤΟΛΩΣ. Μετὰ δὲ θεραπεῦσαι τοὺς νοσοῦντας ἀνεχώρησεν ὁ Ἰουσοῦς, παιδεύων ἡμᾶς, μὴ ἐπιδείκνυσθαι ὅταν τι τῶν ἀγαθῶν πράττωμεν· καὶ προσεύχεται, δεικνύων ἡμῖν· ὅτι πάντα ἀνατιθέναι δεῖ τῷ Θεῷ· καὶ λέγειν· ὅτι πᾶσα δόσις ἀγαθὴ ἄνωθέν ἐστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων· τοῖς δὲ ζητοῦσιν αὐτὸν καὶ ποθοῦσιν οὐκ ἐπιδίδωσιν ἑαυτόν· ἀλλ' ἀποδέχεται μὲν αὐτοὺς, βαδίζει δὲ πρὸς τοὺς δεομένους διδασκαλίας.

ΦΩΤΙΟΥ. Ἀξιόν ἐστι ζητήσεως, πῶς ὁ Ἰησοῦς ἀναχωρήσας εἰς τὴν ἔρημον προσηύχετο. οὐ γὰρ δὴ ὡς δεόμενος καὶ χρήζων, τοῦτο ἐποίει· καὶ γὰρ αὐτὸς ἦν

dixisse, quæri ipsum ab omnibus. quæ præclarè invicem cohærent. Fieri enim facilè potuit, & factum apparet, ut Apostolorum vestigia multitudo premens, eò venerit. At Dominus autor Apostolis fuit ut multitudinem dimitterent: quò videlicet alij quoque fieri participes doctrinæ possent. quoniam peregrinationis in terris suæ non ita longum definitum spatium Dominus norat. Addit Marcus: *ad hoc enim veni*. autoritatem sui potentem divinitatis ejus innuens, & exinanitionis ultrò susceptæ libertatem. Lucas autem: *ad hoc*, inquit, *missus sum* incarnationem designans, & beneplacitũ Patris missionem vocans. Dicebat enim & Ioannes, *pœnitentiam agite*, *appropinquavit enim regnum cœlorum*, quod est Christus. Secedit porrò desertum in locum Christus, tum ut eum homines desiderarent absentem: tum ut exemplum esset nobis post opera præclara & populo mirabilia secedendi, nec expectandi captandive laudes hominũ, sed Deo in secessu gloriam omnẽ offerendi. Orabat autem, eo non ille quidem indigens, verum, ut dixi, nobis exemplum recti omnis officij in se exprimens. Prædicabat verò in Synagogis, ut in unam misceret doctrinas Testamenti novi & veteris: seque eundem unum æque Testamenti utriusque autorẽ ferret, Hæreticosque refelleret contraria mentientes. ubique verò doctrinæ suæ fidem adstruens, dictis addit miracula.

TOLOSANI. Postquam curavit infirmos recessit Iesus, docẽs: ne nos ostentemus cum bonũ aliquid egerimus. Orat autem, exem-

plum dans nobis omnia accepta Deo referendi; profitendiq; omne donum optimum desursum esse a Patre luminum. quærentibus porrò & desiderantibus ipsum, non indulget se tamen, sed studium quidem illorum probat, vadit autem ad eos qui doctrina ejus indigent.

ὁ τὰς τὰς λογικῶν δεχόμενος προσευχάς· ἀλλ' οἰκονομικῶς τοῦτο ποιῶν, καὶ τύπος ἡμῖν γινόμενος πάσης ἀρίστης πράξεως.

PHOTII. Inquisitione dignum est, quamobrē Iesus post secessum in desertum, oraverit. non enim tamquam ope indigens hoc faciebat. Ipse quippe est qui spiritualium preces accipit: sed dispensatoriè hoc faciens, & exemplum nobis factus omnis ope rationis optimæ.

40. Et venit ad eum leprosus de-
„ precans eum: & genuflexo di-
„ cit ei, Si vis, potes me mun-
„ dare.

„ Καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν λεπρὸς
„ παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ γονυπετῶν αὐ-
„ τόν, καὶ λέγων αὐτῷ, ὅτι ἐὰν θέλῃς
„ δύνασαί με καθαρίσαι.

ANONYMI. Est quidem supra humanam medendi iuvandique vim, lepræ malum positum. Demonstrant id venefici Pharaonis eo morbo victi. Hic igitur ad Christum velut ad Deum venit; talique se inductione animi accedere declarat, dum profitens affirmat: una ipsius significatione voluntatis extergi lepram posse.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καίτοι δὲ τῆς λέπρας πάθος οὐκ ἀνθρωπίνης ἐγένετο ἐπικουρίας· καὶ δηλοῦσι τοῦτο οἱ περὶ τὴν Φαραὼ Φάρμακοι ἡττηθέντες τούτῳ τῷ πάθει. ἀλλ' ὁ μὲν οὗτος ὡς Θεῷ προσῄει τῷ Χριστῷ· ὅτι μόνῳ τῷ θελήματι αὐτοῦ ἁλωτὸν εἶναι δὲ τῆς λέπρας πάθος διισχυρίζετο.

VICTORIS ANTIOCH. Qui mundum universum impietatis lepra mundavit, nunc hominem corpore leprosum, animo verò per fidem & spem purum ac sanum, in naturalem munditiem restituit. Ait enim leprosus: *Si vis, potes me mundare*. novi enim te omnia posse, deest tantum velle: ubi quidem voluntatem conceperis, quin ea prodeat in opus nihil obstiterit. Integra planè ac numeris virtutum absoluta omnibus anima leprosi hujus. Scio (inquit) te posse; sed & me indignum scio. justo enim judicio patior quod patior. potes igitur & nolle. nec prohibere velim quominus & in negando potestate ac justitia utaris tua.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ὁ τὴν οἰκουμένην καθάρας τῆς λέπρας, τοῦτ' ἔστι τῆς ἀσεβείας, νῦν τὸν λεπρὸν μὲν τῷ σώματι, καθαρὸν δὲ διὰ πίστεως καὶ ἐλπίδος τὴν διάνοιαν, εἰς δὲ κατὰ φύσιν ἀποκαθίστησιν. φησὶ γὰρ ὁ λεπρὸς, ἐὰν θέλῃς δύνασαί με καθαρίσαι· οἶδα γὰρ ὅτι πάντα δύνασαι· λείπει δὲ δὲ θελῆσαι· οὐδὲν δὲ κωλύει θελήσαντα ἐνεργῆσαι. ὁλόκληρος ἡ ψυχὴ τοῦ λεπροῦ· οἶδα φησιν ὅτι δύνασαι· οὐ πάντως δὲ ἐγὼ ἄξιος· κρίσει γὰρ Θεοῦ πάσχω ὃ πάσχω· ἂν μὴ θέλῃς οὐκ ἀντιλέγω.

41. Iesus autem misertus ejus ex-
„ tendit manum suam, & tāgens
„ eum, ait illi, Volo, mundare.

„ Ὁ δὲ Ἰησοῦς σπλαγχνισθεὶς, ἐκτεί-
„ νας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, καὶ λέ-
„ γει αὐτῷ, θέλω, καθαρίσθητι.

Καὶ

» Καὶ εἰπόντος αὐτῷ, εὐθέως ἀπῆλθεν
» ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέπρα, καὶ ἐκαθαρίσθη.

ΤΟΛΩΣ. Διά τι ἅπτεται τοῦ λεπροῦ ὁ Σωτὴρ, καὶ οὐκ ἐπάγει τῷ ἴασιν διὰ λόγου; ἵνα δείξῃ ὅτι Κύριός ἐστι τοῦ νόμου· ὁ γὰρ νόμος τὸν ἀκάθαρτον λεπροῦ ἀκαθάρτον εἶναι φησὶ ὅλῳ τῷ ἡμέρᾳ καὶ ὅτι ἀκηθαρσία μὴ φύσιν οὐκ ἄπτεται αὐτοῦ· καὶ ὅτι ὁ νόμος οὐκ ἦν κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ κατὰ φιλῶν ἀνθρώπων· ὁ δὲ Κύριος καὶ ἀνθρώπος ὢν πλήρης καὶ Θεὸς τέλειος· διὰ τί δὲ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ λεπρός, ὅτι ἐὰν αἰτήσῃ Θεὸν, δυνάσαί με καθαρίσαι· ἀλλ' ἐὰν θέλῃς ὅτι ἐυγνώμων ἦν καὶ πιστὸς καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας εἰδὼς ὅτι Θεός ἐστι· καὶ ὁ μὲν Χριστὸς ἁψάμενος τοῦ λεπροῦ ἐθεράπευσεν· ὁ δὲ Ελισσαῖος τοσοῦτον ἐδέδοικε νόμον, ὥστε καὶ Νεεμὰν λεπρὸν ὄντα καὶ δεόμενον ἰάσεως οὐδ' ὅλως ἰδεῖν ἠνείχετο.

Φησὶν ὁ Σωτὴρ περὶ λεπροῦ· θέλω, καθαρίσθητι· καὶ ἅμα τῷ λόγῳ φυλάττει τὸ πάθος. ὅπερ γὰρ ὁ λεπρὸς εἶπε διὰ λόγου, τοῦτο ὁ Σωτὴρ ἔργῳ ἐπετέλεσε· οὐκ ἀργεῖ τὸ μὴ δυνάσθαι διὰ θελήματος· οὐδὲ γὰρ κατέλυσε τοῦ ὑποῦ νοιαν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐβεβαίωσε, εἰπών· θέλω καθαρίσθητι.

ΑΝΩΝΥΝΟΥ. Πάλιν τὸ ἁφοῦ ἐχρήσατο, δηλονὸς ζωοποιοῦντος τὴν σάρκα αὐτοῦ.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Διατί ἅπτεται, καὶ μὴ λόγῳ ἐπάγει τὴν ἴασιν; ἀπεφήνατο Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ ἅπτόμενον λεπροῦ ἀκάθαρτον εἶναι· ἵνα τοίνυν δείξῃ ὁ Σωτὴρ ὅτι ἀκαθαρσία κατὰ φύσιν οὐχ ἅπτεται σωτῆρος, καὶ ὅτι ὁ νόμος οὐκ ἦν κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ κατ' ἀνθρώπων καὶ ὑπηλῶν, λέγει, θέλω καθαρίσθητι· καὶ ἅμα τῷ λόγῳ φυλάττει τὸ πάθος, καὶ ὅσπερ ὁ λεπρὸς εἶπε τῷ λόγῳ, τοῦτο αὐτὸς ἔργῳ δέδειχε.

42. Et cùm dixisset, statim di-
» scessit ab eo lepra, & mundatus
» est.

TOLOSANI. Cùr tangit leprosum Salvator, nec curationem verbo perficit? ut ostendat se esse Dominum Legis. Lex enim, qui leprosum tangeret, immundum jubebat esse diem totum. Demonstrat etiam hoc facto, naturalē immunditiam nulla contagione posse in ipsum propagari. Legemque non sibi latam esse, sed ijs dumtaxat qui solum & simpliciter homines essent. Dominus autem & perfectus homo erat & perfectus Deu. quare verò non dixit ei leprosus, si petieris à Deò potes me mundare. Sed, Si volueris. quoniam rectè sentiens erat & fidelis, & oculis mentis cernens ipsum esse Deum. Ac Christus quidem cũ tetigisset leprosum, curavit. Elisæus verò tantum reveritus est legem, ut Naaman leprosum, quantumvis rogantem ut curaretur, ne videre quidem sustinuerit.

Ait Salvator ad leprosum: volo, mundare. Et simul cũ verbo morbum expulit. quod enim verbo dixit leprosus, hoc ipsum opere perfecit Christus. Non negans se posse solo voluntatis nutu. non enim eam sanè conceptam in leprosi mẽte opinionem de sua potentia honorificam sustulit, sed potiùs confirmavit, cùm dixit: volo, mundare.

ANONYMI. Rursum contactu ad sanandum usus est, vivificam esse ostendens carnem suam.

VICTORIS ANTIOCH. Cur tangit, & non solo verbo curationem absolvit? Declaraverat Moses in Lege, qui leprosum tangeret immundum esse. ut igitur Salvator

vator ostenderet se natura sua capacem immunditiei non esse; nec se lege ista comprehendi: licèt ea tenerentur homines cæteri omnes, quantæcumque alioqui dignitatis sint, ait: *volo: mundare*, & simul cum verbo morbum fugat. ita ut quod leprosus verbo dixerat, Salvator opere repræsentaret.

SCH. Puto pro κἂν ὑψηλῶν rescribendũ ψιλῶν. etsi nihil sum ausus in codice mutare.

43. Et comminatus est ei, statim-
„ que ejecit illum.
44. Et dicit ei, Vide nemini dixe-
„ ris.

„ Καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως
„ ἐξέβαλεν αὐτῷ.
„ Καὶ λέγει αὐτῷ, ὅρα μηδενὶ εἴπῃς.

ANONYMI. Quod græcè respondet comminandi verbo, significat: verbis austerioribus incessere aliquem cum imperiosa perculsione minarum. Et hic exemplũ monstratur nobis occultandi speciosa, si qua in nobis sint, quęq; hominũ cõciliare famam ac laudem queant.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εμβριμησάμενος, ἐστὶ μετά τινος αὐστηρίας καὶ καταπλήξεως προσχεῖν τινι. Εντᾶυθα δὲ ὑπόγραμμος ἡμῖν γίνεται εἰς ὃ ἐπικρύπτειν τὰ δόξαντα ἡμῖν, καὶ τὴν παρὰ πάντων εὐφημίαν παρασκευάζοντα.

VICTORIS ANTIOCH. *Vide*, inquit, *nemini dixeris*. non inindigeo ut tu ipse pręconiũ mei facias: nisi enim morbus tuus me prędicaverit, nihil profuerit tua mundatio.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ὅρα, φησὶ, μηδενὶ εἴπῃς· οὐ χρείαν ἔχω τοῦ σε κηρύξαι. ἂν γὰρ μὴ πάθος ὃ σὸν ἐμὲ κηρύξῃ, οὐδὲν ὠφελεῖ ἡ σὴ κάθαρσις.

„ Sed vade, ostende te Sacerdo-
„ ti, & offer pro emundatione tua
„ quæ præcepit Moyses in testi-
„ monium illis.

„ Ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱε-
„ ρεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθα-
„ ρισμοῦ σου ἃ προσέταξε Μωσῆς εἰς
„ μαρτύριον αὐτοῖς.

ANONYMI. Iuxta Mosis Legẽ, qui mundabantur à lepra, duas offerebant aviculas, & quidam circa ipsos mystici ritus adhibebantur, prout in ea Legis parte, quæ de his agit, est præscriptum. Quoniam igitur Christum ut Deo adversarium eversoremque Legis calumniabantur, ut ex alijs Evangelistis scimus, ait huic a lepra mundato: Fac offeras Lege præscriptã hostiam, ut id Sacerdotibus testimonio sit, me nec Deo adversarium, nec Legis abrogatorem esse.

Levit. 14

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κατὰ τὴν Μωσέως νόμον οἱ καθαιρόμενοι ἀπὸ τῆς λέπρας δύο προσέφερον ὀρνίθια, καὶ τινα μυστικῶς ἐπ' αὐτοῖς ἐπράττετο, καθὼς ὁ περὶ τούτου φησὶ νόμος. ἐπεὶ οὖν ἀντίθεον αὐτὸν διέβαλλον καὶ τὸν νόμον ἀνατρέποντα, ὡς φασὶν οἱ ἕτεροι τῶν εὐαγγελιστῶν, εἶπε πρὸς αὐτὸν, τὸν κατὰ τὸν νόμον προσάγαγε θυσίαν, ἵνα τοῦτο μαρτύριον τοῖς ἱερεῦσιν εἴη, ὅτι οὔτε ἀντίθεος, οὔτε καταλυτής ἐστι τοῦ νόμου.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Παραπέμπει τῷ νόμῳ, τὸν ἀναίχυντον τῶν Ιουδαίων γλῶτταν ἐμφράττων, ἵνα ὅταν ὡς πλάνον καὶ ἀπατεῶνά με διώκωσι, σύ μοι μαρτυρήσῃς, φησὶν, ὡς ὑπ' ἐμοῦ θεραπευθεὶς καὶ τῷ νόμῳ παραπεμφθεὶς καὶ τῇ τῶν ἱερέων δοκιμασίᾳ, καὶ ἵνα μὴ ἔξω ἀποβεβλημένος. ὁ γὰρ

νόμος

νόμ@ φησὶν ἐαν τις λεπρὸς ᾖ, μὴ μὴ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ὡς ἀκάθαρτ@. ἐαν δὲ αὐτομάτως θεραπευθῇ, οἷα συμβαίνῃ Θεοῦ βουλομένου, μὴ ἔξω εἶναι ἀποβεβλημένον. εἰ γὰρ μὴ εἶπεν ὁ ἱερεὺς ὅτι κεκάθαρται ὁ λεπρὸς, ἔμενεν ἔξω τῆς ἀκαθάρτων ἔξω τῆς παρεμβολῆς. ὁ δὲ λεπρὸς εὐγνώμων ὢν ἐπιμένει πανταχοῦ τῇ ἐυεργέτει.

mittit ad obſervationem legis impudenti Iudæorum linguæ calumniandi prætextum ſubtrahens. ut cum mihi plani ac ſeductoris, inquit, nomina criminaque falsò accuſatores impegerint, tu cõtra pro me teſteris, te mea opera curatum remiſſum ad legem, atque ad inſpectionem examenque Sacerdotum, ut tua munditie ipſorum iuditio probata, non amplius à mundorum cœtibus abeſſe cogaris. Lex quippè ajebat: *Si quis leproſus fuerit, maneat extra caſtra ut immundus. Si autem ſponte curatus fuerit, qualia accidunt Deo volente, ne foris maneat ejectus.* Niſi ergo pronunciaret Sacerdos ipſum qui leproſus fuerat jam mundatum eſſe, manere ipſum oporteret cum immundis extra caſtra. Cæterum hic leproſus grati animi officium antiquius habens quàm aliud quidvis prædicavit ubique benefactorem ſuum. *Leu. 14.*

» Οὗ ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν πολ-
» λὰ καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον, ὥστε
» μηκέτι αὐτὸν δυνασθαι φανε-
» ρῶς εἰς πόλιν εἰσελθεῖν. ἀλλ' ἔξω ἐπ'
» ἐρήμοις τόποις ἦν. καὶ ἤρχοντο
» πρὸς αὐτὸν πανταχόθεν.

45. At ille egreſſus cœpit prædi-
» care & diffamare ſermonẽ: ita ut
» jam non poſſet manifeſtè introi-
» re in civitatem, ſed foris in de-
» ſertis locis eſſet, & cõveniebant
» ad eum undique.

ΤΟΛΩΣ. Τὸ ἀνεπίδεικτον ἐν τῷ εὖ πράττειν καὶ μέτριον διδάσκει ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ πρὸς τὸν λεπρὸν εἰπὼν, μηδενὶ εἴπῃς. Καίπερ ἐλπίσας ὅτι οὐ σιωπήσει, ἀλλὰ καὶ κηρύξει πανταχοῦ τὸν ἐυεργέτην. ἀλλ' ὅμως ὃ ἑαυτῷ ποιεῖ ὁ Χριστὸς ἐπιδεικνύσι, τὸ μήπω ἔτι καιρὸν κηρυχθῆναι αὐτοῦ τὴν δύναμιν· ἀποστέλλει δὲ αὐτὸν πρὸς τὰ ἱερεῖα. ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἔστι τῷ νόμῳ ἀναιρέτης. προστάττει δὲ καὶ δῶρα προσενεγκεῖν· ἔθος δ' ἦν καὶ τοῦτο ποιεῖν.

TOLOSANI. Vitandã oſtentationem & modeſtiam in ſucceſſu tenendam, docet nos Salvator leproſo à ſe mundato dicens: nemini dixeris. Neque verò ignorabat ipſum utique non taciturum: ſed prædicaturum ubique benefactorẽ ſuũ. Tamen quod ſuum erat facit Chriſtus. Et ſimul oſtendit nõdum adveniſſe tempus quo prædicanda erat ejus vis ac potentia. Mittit autem ipſum ad Sacerdotem, ut oſtẽdat non eſſe ſe deſtructorem legis. Præcipit etiã, ut & munus afferat. mos quippe erat ut & hoc fieret.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διὰ τὸ πολλὴν τὴν περισπασμὸν ὀχλικὴν καὶ τὰς ἀπὸ πάντων εὐφημίας, ἃς μὴ προσίεσθαι ἐν ἀναμεμιγμένοις ἤνικα τῷ καθαρισθέντι ὅμοιον εὐθέως προσέταξε.

ANONYMI. In deſertis locis manet, ad vitandam turbam & tumultum accedentium, acclamationeſque ac honorifica teſtimonia eorum, qualia ſe non admittere declaraverat, jam tum cum mundato præcepit, ne cui diceret.

CAPVT

CAPVT II.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β

1. Et iterum intravit Capharnaũ
„ post dies, & auditum est quòd
„ in domo esset.
2. Et confestim cõvenerunt mul-
„ ti, ita ut non caperet neque ad
„ januam.

„ Καὶ πάλιν εἰσῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ
„ δι' ἡμερῶν· καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν
„ ἐστι.
„ Καὶ εὐθέως συνήχθησαν πολλοί, ὥστε
„ μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν
„ θύραν.

ANONYMI. Atqui hæc pars certè quæ ad januam est à concursu & commeatione ingredientium exeuntiumve tum vacare solet, cum semel congregata turba est. Tamen adeo tunc multi convenerant, ut cum eos exhedra non caperet in atrium & vestibulum redundarent.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καίτοι ταῦτα ἀεὶ καὶ ὅταν ἅπαξ συναχθῶσιν σχολάζειν συμβαίνει διά τε τοὺς εἰσιόντας καὶ ἐξιόντας, ἀλλ' ὅμως τότε οὕτω συνῆλθον, ὡς μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν σχολάζειν.

„ Et loquebatur eis verbum.

„ Καὶ ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον.

3. Et venerunt ad eum ferentes,
„ paralyticum, qui à quatuor por-
„ tabatur.

„ Καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν, παραλυτικὸν
„ φέροντες, αἰρόμενον ὑπὸ τεσ-
„ σάρων.

VICTORIS. Similia his & Lucas ponit, silentio tamen transmissa civitate, in qua perpetratum hoc signum est. Matthæus verò nulla perforati tecti mentione facta, cæteram narrationem ijsdem ferè cũ nostro verbis exequitur, signum istud à Christo in civitate sua factũ affirmans. Atqui civitas Christi habebatur Nazaret, nõ Capharnaum. nisi quis dicat civitatem Christi vocatã Capharnaum, quoniam ibi sæpiùs esse Dominus, ibidemque multa signa edere, solitus esset. Dicat etiam quispiam, propter harum urbium vicinitam, parùm necessariam arbitratos Evangelistas distinctiorem definitionem loci, signo describendo unicè intentos, in quo quidem, ut verbis ipsis conveniunt, aliquantisper varient, rebus certè

Matth. 9. 2.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τὰ ὅμοια τούτοις καὶ ὁ Λουκᾶς παραπέπται, ἀποσιωπήσας τὴν πόλιν ἔνθα τὸ σημεῖον ἐγεγόνει. ὁ δὲ Ματθαῖος σὺν τῇ ἀναγωγῆς σιωπήσας τὸ στέγης, διὰ τῶν αὐτῶν ἔρχεται ῥημάτων, ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ γεγενῆσθαι τὸ θαῦμα φάσκων. πόλις δὲ αὐτοῦ ἐνομίζετο τῇ ἐξ) ὁ Ναζαρέτ, οὐχὶ ἡ Καπερναοὺμ· εἰμή τις εἴποι τὴν πόλιν αὐτοῦ φάσκειν Καπερναοὺμ διὰ τὸ πολλάκις ἐκεῖσε αὐτὸν ἐπιδημεῖν, καὶ πολλὰ ἐν αὐτῇ πεποιῆσθαι σημεῖα· ἢ καὶ διὰ τὴν ἐκείνων τῶν τόπων μὴ ἀκριβολογεῖσθαι τοὺς Εὐαγγελιστὰς, σπεύδοντας μὲν τὸ σημεῖον εἰπεῖν, οὐδὲ ὃ καὶ συμφωνοῦσι, κἂν τοῖς ῥήμασι διαφέρωνται.

4. Et

„ Καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι αὐτῷ
„ διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην
„ ὅπου ἦν, καὶ ἐξορύξαντες χαλῶσι
„ τὸν κράββατον, ἐφ' ᾧ ὁ παραλυτικὸς
„ κατέκειτο.

4. Et cùm non possent offerre eũ
„ illi præ turba, nudaverunt te-
„ ctum ubi erat: & patefacientes
„ submiserunt grabatum, in quo
„ paralyticus jacebat.

ΑΥΤΟΥ. Απαντῶσιν οὖν ἄγοντές τινες παραλυτικόν· εὑρόντες δὲ τὴν θύραν πεφραγμένην τῷ πλήθει, οὐκ ἠδυνήθησαν δι' αὐτῆς εἰσελθεῖν· οὐδὲ γὰρ παρεχώρησαν οἱ ἔσω τοῖς ἔξω, οὐδὲ μετεδίδοσαν αὐτοῖς τῆς εἰσόδου. Σπεύδοντες οὖν οἰκονομίζοντες τυχεῖν αὐτὸν τῆς ἰάσεως, ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ δομάτιον, καὶ γίνεται διὰ μηχανῆς τὸ πρᾶγμα, τῆς προσδοκίας τῆς ἰάσεως καινουργούσης παράλογα ἀνιμησάμενοι γὰρ σὺν τῷ φόρτῳ τὴν κλίνην, καὶ τὴν στέγην αὐτὴν ἀνατρέψαντες, καθίεσαν ἐπὶ κλίνης τὸν ἄνδρα παρειμένον κατὰ πρόσωπον τοῦ σωτῆρος. καὶ ὅρα μοι τὴν τοῦ Ιησοῦ μακροθυμίαν· πῶς τούτων γενομένων συνεχώρει, ἐπιστάμενος τὸ μικρὸν ὕστερον γενησόμενον.

EIVSDEM. Adsunt igitur quidam paralyticum afferentes, quibus cùm aditum negaret multitudo januas obsidens, nec in tanto certatim accedendi studio, qui locum jam intùs occupaverant, cederent posterius appulsis, eoq; exclusis; illi spei quadam pertinacia ad inopinati consilij cogitationem provecti, tectum conscendunt, superneque aperiunt; tum machinis sublatum una cum lectulo paralyticum ad Salvatoris conspectum demittunt. In quo mirari licet patientiam Iesu, qui quod futurum inde mox erat providens, molitionis istius audaciam boni consuluit.

„ Ιδὼν δὲ ὁ Ιησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν.

5. Cùm autem vidisset Iesus fidẽ
„ illorum.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πίστεως γὰρ ἦν τῆς ἀκροτάτης τοσοῦτον ὑπομεῖναι κόπον, ἐφ' ὅτε πλησίον ἀγαγεῖν τοῦ κυρίου τὸν παραλυτικόν.

ANONYMI. Fidei enim sũmæ fuit tantũ laboris cõtentionisq; pacisci pro spe admovendi salutari Domini conspectui paralyticũ istũ.

„ Λέγει τῷ παραλυτικῷ, τέκνον ἀφέ-
„ ωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

„ Dicit paralytico, Fili, dimittun-
„ tũr tibi peccata tua.

ΑΥΤΟΥ. Αρα οὖν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν εἰς τὴν παιδίαν τῆς παραλύσεως ἐμπέπτωκεν.

EIVSDEM. Igitur propter peccata in pœnam paralysis inciderat.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Θεασάμενος οὖν τὴν πίστιν αὐτῶν ὁ Χριστὸς οὐ μάταιον αὐτῶν ἀποφαίνει τὸν πόνον. ἀλλά φησι, τέκνον, ἢ ὡς ὁ Λουκᾶς, ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. τὸ δὲ τέκνον, ἢ καὶ αὐτῷ πιστεύσαντι, ἢ κατὰ τὴν δημιουργίας λόγον. ποῖαι δὲ, ὅς φησιν, ἁμαρτίαι; ἄλλο προσ-

VICTORIS. Conspecta Christus illorum fide, frustra illos laborasse non est passus, sed ait: *Fili*, vel ut habet Lucas, *Homo, dimittuntur tibi peccata tua*. Filium vocat, vel ob fidem jam conceptam: vel jure creationis. Verumtamen dicat æger. quæ tu mihi peccata

loqueris? aliud expectanti, aliud tribuis. Huc tanto molimine sum delatus ut gressum recuperarem: tu alium pro alio morbum curas. Et benè id quidem. nosti enim peccata mea. vides quæ isti non vident. laborat anima prius quam corpus, indeque in membra manavit languor. causæ mali medicinam admove, & morbus corporis simul tolletur.

TOLOSANI. Non solum infirmitates laborantium curat Salvator, sed & peccata dimittit ipsis. gravissimi enim quique morbi ex peccatis ferè nostris proveniũt. Sanè paralyticus, de quo Ioannes, resolutionis suæ incommodum à peccatis habuit, ut Dominus indicavit, cùm illi diceret: *Ecce sanus factus es, jam noli peccare*. consentaneè his quæ hic narrantur, & Lucas scribit: silentio tamen præteriens civitatem, in qua perpetratũ hoc signum est. Matthæus verò demolitionem tecti tacens, ait effectum istud miraculum à Christo esse in civitate sua; quæ est Nazaret. Nisi quis dicat civitatem quoque ejusdem Capharnaum, quòd plerumque in eam ventitaret, miraque isthic multa perficeret.

Io. v. 14

Math. ix. 1.

CYRILLI. Paralyticus, de quo hic agitur non est idem cum eo, de quo narrat Ioannes. Hic enim quatuor habuit bajulos; ille verò ne unum quidem habebat hominem. Atque hic quidem Ioanni memoratus juxta probaticam jacebat piscinam. Is verò, de quo noster agit hoc loco, domi. Est verò, quique hic à Marco, quique à Matthæo memoratur, unus idemq;

Cap. ix.

δοκῶ καὶ ἄλλο πορίζεις. ἤγαγόν με οὕτως ἵνα βαδίσω. σὺ δὲ ἄλλο ἀντ' ἄλλου θεραπεύεις. οἶδας γὰρ ἃ ἐπλημμέλησα· οἶδάς φησιν ἃ μὴ βλέπουσιν οὗτοι. ἡ ψυχὴ νοσεῖ πρὸ τοῦ σώματος. οὐ τοίνυν αἴτιον θεραπεύσον τῆς νόσου, καὶ συναναιρεῖται οὐ πάθος.

ΤΟΛΩΣΑΙ. Οὐ μόνον τὰς ἀσθενείας τῶν καμνόντων θεραπεύει ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἁμαρτίας ἀφίησιν αὐτοῖς· τὰ γὰρ δεινότατα τῶν ἀῤῥωστημάτων ἐξ ἁμαρτιῶν ἡμῖν συμβαίνει. ὡς ἐπὶ οὐ πλεῖστον· ὁ γὰρ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ παράλυτος ἐξ ἁμαρτιῶν ἔσχε τὴν πάρεσιν. ὡς ὁ Κύριος ἔφησεν. ἰδοὺ ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε· περὶ δὲ τῆς πόλεως· ὁμοίως τούτοις καὶ ὁ Λουκᾶς γράφει, ἀποσιωπήσας τὴν πόλιν ἔνθα οὐ σημεῖον ἐγεγόνει· ὁ δὲ Ματθαῖος τὴν ἀνατροπὴν τῆς στέγης σιωπήσας, φησιν ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ γεγενῆσθαι οὐ θαῦμα, ἥ τις ἐπὶν ἡ Ναζαρέτ· εἰ μή τις εἴποι πόλιν αὐτοῦ εἶναι τὴν Καπερναοὺμ, διὰ οὐ πηλλάκις ἐν αὐτῇ ἐπιδημεῖν, καὶ πολλὰ ἐκεῖσε θαύματα ἐπιτελεῖν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ὁ νῦν λεγόμενος παραλυτικὸς οὐκ ἔστιν ὁ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· ὁ μὲν γὰρ τέσσαρας εἶχε τοὺς βαστάζοντας· ὁ δὲ ἄνθρωπον οὐκ εἶχε. Καὶ ὁ μὲν παρὰ τὴν προβατικὴν ἔκειτο κολυμβήθραν ὁ δὲ νῦν λεγόμενος, ἐν οἰκίᾳ· ἔστι δὲ ὁ νῦν καὶ ὁ παρὰ τῷ Ματθαίῳ μνημονευόμενος, εἷς.

ΦΩΤΙΟΥ. Πολλὴ ἡ πίστις ἦν τῶν ἀνδρῶν· ὥστε καὶ τὴν στέγην ὀρύξαι καὶ χαλάσαι τὸν ἄνθρωπον. διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ τὴν πίστιν ἰδὼν τῶν κομισάντων, καὶ αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος· οὐ δὲ γὰρ ἀνεδέξατο ἀρθῆναι εἰ μὴ ἐπίστευσεν ὡς ἰαθήσεται, ἐθεράπευσεν αὐτόν.

PHOTII. Multa fides horum virorum erat, ut & tectum perfoderent, & hominem demitterent. quare Salvator visa fide bajulantium, & ipsius scilicet etiam laborantis. (neque enim se sic laboriosè & fortè peri-

periculosè vel tolli, vel demitti passus esset, nisi credidisset se curatum iri) curavit ipsum.

„ Ησαν δὲ τινες τῶν γραμματέων ἐκεῖ
„ καθήμενοι.

6. Erant autem quidam de Scri-
„ bis illic sedentes.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Γραμματεῖς ἦσαν οἱ τὸν νόμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα ἀκριβοῦν δοκοῦντες.

ANONYMI. Scribæ dicebãtur ij, qui legem & quæ in lege ad exactum nosse profitebanrur.

„ Καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρ-
„ δίαις αὐτῶν.
„ Τί οὗτος οὕτω λαλεῖ βλασφημίας;
„ τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας εἰ μὴ
„ εἷς ὁ Θεός;

„ Et cogitantes in cordibus suis.

7. Quid hiç sic loquitur? blasphe-
„ mat. Quis potest dimittere pec-
„ cata, nisi solus Deus?

ΑΥΤΟΥ. Αρα οὖν ἐὰν δὲ ἔργα πείσθητε, ὦ κατάρατοι γραμματεῖς. ὅτι ἀφῆκεν ἁμαρτίας, πιστεύετε ὅτι Θεός ἐστιν. ἀλλὰ μὴν οὖν καὶ ἐπείσθητε ὅτι ἀφίησιν ἁμαρτίας διὰ τοῦ ἰαθῆναι τὸν παραλυτικόν. πῶς γὰρ ἰάθη μὴ τῶν ἁμαρτιῶν λυθεισῶν, δι' ὧν ὁ πάθος; ὅτι δὲ Θεός ἐστιν οὐκ ἐπείσθητε, ἑκόντες πρὸς τοῦτο ἀποτυφλωθέντες.

EIVSDEM. Igitur, o phanatici Scribæ, si operibus convicti fateri cogemini remissa ab ipso peccata, mora jam erit nulla quin Deũ esse ipsum credatis. Verùm abũdè quidem fides facta vobis est remissionis peccatorum ei homini à Christo factæ quem liberatum paralysi videtis. quomodo enim eo morbo solvi potuit, nisi sublatis peccatis, quæ morbi ejus erant causæ? Quid ergo causæ est, quòd Christum fateri Deum adhuc recusatis? planè aliud nihil quã voluntaria cœcitas.

„ Καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ιησοῦς τῷ
„ πνεύματι αὐτοῦ, ὅτι οὕτως διαλογί-
„ ζονται ἐν ἑαυτοῖς, εἶπεν αὐτοῖς, τί
„ ταῦτα διαλογίζεσθε ἐν τῇ καρδίαις
„ ὑμῶν;

8. Quo statim cognito Iesus spi-
„ ritu suo, quia sic cogitarent in-
„ tra se, dicit illis, Quid ista cogi-
„ tatis in cordibus vestris?

ΑΥΤΟΥ. Οἷον διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ τοῦ ἁγίου· καθ' ὃ γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος, μείνας καὶ οὕτως Θεός, διὰ τῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας εἶχε τὴν τῶν διαλογισμῶν γνῶσιν. ἀλλ' ὅρα τί φησι, τῷ πνεύματι αὐτοῦ, δεικνὺς ὅτι καὶ ἐνανθρωπήσας ἴδιον εἶχε τὸ πνεῦμα· ἀλλ' γὰρ καὶ οὕτως Θεός.

EIVSDEM. Spiritu nimirum ipso Sancto. quatenus enim homo factus est, nec sic esse Deus desinens, per Sancti Spiritus operationem habuit cognitionem cogitationum occultarum. Sed vide quid ait, *Spiritu suo*, ostendens illum hominem factum, sic tamen manentem Deum, proprium habuisse Spiritum.

19. Quid est facilius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge, tolle grabbatum tuum & ambula?

„ Τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν τῷ παραλυτικῷ, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι καὶ περιπάτει;

EIVSDEM. Facilius quidem est dicere: *dimittuntur tibi peccata tua*, quàm dicere: *surge, tolle grabatum tuum & ambula*. Primum enim paucioribus syllabis oratio prior absolvitur: deinde primæ istius sententiæ fides in tuto est, nullo ad coarguendum, si fortè fallat, indicio extante. quis an sint absintve intus in animo peccata, videat oculus? At in illis verbis alijs: *surge & ambula*. quippe quorum eventus sensibili re constaret, facilis coargutio vanitatis erat. Cæterum quoniam facilius dicens fidem vobis non feci, quod difficilius est ecce nunc dico. ut hoc evẽtuũ ipsorum evidentia firmato, ne de priori quidem dubitetis. *Dico* igitur *tibi, surge &c.*

ΑΥΤΟΥ. Εὐκοπώτερον μὲν εἰπεῖν ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, τοῦ εἰπεῖν, ἔγειραι καὶ ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει. πρῶτον μὲν αὐτῇ τῆς λέξεως προφορᾷ καὶ συντομίᾳ. ἔπειτα ὅτι τὸ μὲν εἰπεῖν, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, εἰ καὶ μὴ εἰς ἔργον ὁ λόγος ἐληλύθει, ἀνελέγκτον ἦν διὰ τὴν ἀδηλίαν· τὸ δὲ εἰπεῖν, περιπάτει, εἰ μὴ ἐγεγόνει, πᾶσα ἦν ἡ ἀποτυχία καταφανής. πλὴν ἐπειδή φησι, τὸ εὔκοπον εἰπὼν ἠπιστήθην παρ' ὑμῶν, τὸ δύχερές λέγω· ἵνα τοῦτο ἐμβαίνοντος, μηδὲ τῶν ἑτέρων ἀπιστῆτε, σοῖ λέγω, ἔγειραι, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τὸ μὲν γὰρ ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας δυσκολώτερον ἦν τοῦ εἰπεῖν. οὐ γὰρ φανερὸς ὁ ἔλεγχος· οἷς ἐάν τις εἴπῃ, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι, ἄδηλον ἃ ἐνήργησεν· οὐ γὰρ φανερὸν τὸ πρᾶγμα, ἵνα δοκιμασθῇ ὁ ἰατρεύων. φησὶν οὖν, τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν ἢ ποιῆσαι; δηλονότι τὸ εἰπεῖν, διὰ μὴ φαίνεσθαι τὸ γινόμενον. ἐπεὶ τοίνυν ἀπιστεῖτε τῷ λόγῳ, ἐπιφέρω ἔργον πιστούμενον τὸ ἀόρατον. εἰ γὰρ πρῶτον ὁ Κύριος ἐθεράπευσε τὸν παράλυτον ἔξωθεν, εἶτα συνεχώρησεν αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματα, ᾠήθησαν ὡς τὸ μὲν πρῶτον τεθεράπευται, ἄδηλον δὲ τὸ δεύτερον· ἀλλὰ πρῶτον τὸ ἀμφίβολον καὶ τὸ ἀπιστούμενον εἰσφέρει, ἵνα διελεγχθῶσιν ἀπιστοῦντες καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ἑαυτοῖς. τότε προσάγει τὸ ἔργον.

VICTORIS ANTIOCHENI. Equidem remittere peccata difficilius est quàm illud ipsum dicere. dictũ enim si effectu cassum fuerit, reprehẽsionis tamen periculo subductum est, quoniam nec peccata, nec eorum abolitio sensibus subjacent. quomodo igitur facultatem medicus probabit suam in vulnere non viso? Ait ergo: quid facilius, dicere an facere? utique dicere. quoniam non apparente quid ex eo sequatur, dicentis autoritas, quocumque eventu, in tuto est. quoniam igitur verbo non creditis, opus addo, quo credibile reddatur id quod non cernitur. Sanè si primùm Dominus paralyticum curasset à morbo, deinde peccata ipsi remisisset: curatum eum quidem convicti sensibus crederent: de peccatorum remissione cujus non extaret indicium, dubitarent. Principio igitur infert quod ambiguum & intestatum, durumque ad fidem erat, ut sequen-

Digitized by Google

sequenti evidentia signi vinceretur incredulitas dubitantium, & secum ipsis cogitatione tacita murmurantium. Opus deinde ipsum adjungit.

» Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς
» τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς
» ἁμαρτίας, λέγει τῷ παραλυτικῷ·
» Σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἆρόν σου τὸν κράβ-
» βατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.

10. Vt autem sciatis quia filius » hominis habet potestatem in » terra dimittendi peccata (ait pa- » ralytico)
11. Tibi dico, surge, tolle grab- » batum tuum, & vade in do- » mum tuam.

ΑΝΩΝΥΝΟΥ. Ἔφη τις τῶν ἔξω σοφῶν, ὃ γὰρ ἀφανὲς οὐ τῷ φανερῷ μεγίστῳ ἔχει τὸ διάγνωσιν· οὕτως καὶ ὅτι ἐπὶ γῆς ὢν καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρεφόμενος ἄνθρωπος ἐν ἀνθρώποις γινόμενος μετὰ τοῦ εἶναι Θεός· ἢ τὸ ὅτι ἐπὶ γῆς τοῦτ' ἔστι καὶ ἐν σαρκὶν ὢν οὐκ ἐπὶ γῆς γὰρ ἡ σὰρξ.

ANONYMI. Quidam externorum Sapientum dicit: quòd non apparet ex eo quod apparet maximè noscitur. In terra, filius hominis; utpote qui in terra esset cõversatuque hominum uteretur, homo inter homines, nec tamen desinens esse Deus. nisi fortè, *in terra* significet. *in carne*. ex terra enim est caro.

ΒΙΚΤΟΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Σοὶ λέγω, φησὶν, ἔασον τούτους· ἄπιστοι γὰρ ὑπάρχουσι, καὶ πονηρὰ ἐνθυμοῦνται· σοὶ λέγω, ἐπιδὴ ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι, καὶ ἄξιος ἐγένου τῶν ἡμετέρων λόγων θεάσασθαι ἀκροατὴς καὶ τυχὸν τῆς ἰάσεως· ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. ἐξῆλθε τὸ ῥῆμα καὶ τὸ θαῦμα ἐπηκολούθησε· ἐπανῆλθεν ἡ δύναμις τοῦ σώματος καὶ ἅπαν ἐνευρώθη τὸ σῶμα. ἤδετο τῆς ἰάσεως ὁ παραλυτικὸς καὶ ἀγανέσῃ (ἔδωκε γὰρ αὐτῷ ἄρθησιν τῆς θεραπείας) ἀπέτεινε τὰς πόδας, ἐκίνει τὰ ἄρθρα, ἐβάδισεν ὑγιής. τί δὲ βούλεται ὅτι τῆς ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας, ὑπεπλησμένης θεοσημείας, ἵνα δείξῃ οὗ κατήγαγεν εἰς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τὴν τοῦ θεότητος ἐξουσίαν, ἀφ' ἧς ἀδιαίρετος πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν. εἰ γὰρ ἄνθρωπος φησι γενόμενος Θεὸς λόγος ὑπάρχων, καὶ διὰ τὴν οἰκονομίας ὅτι τῆς γῆς πολιτευόμενος καὶ ἀναστρεφόμενος· ἀλλ' ὅδεν ἦν τὰ τοσαῦτα λόγου ἀποτελοῦντα θαύματα, καὶ ἄφεσιν δωρούμενος ἁμαρτημάτων.

adjun-

adjunxisseque humanæ naturæ potestatem divinitatis, propter indissociabilem cum ipsa unionem, quasi diceret: Licet homo factus sim, & per incarnationis mysterium in terra vivam & conversèr; tamen quia simul Deus & Verbum sum, Verbi propria efficio miracula, remissionem peccatorum largiens.

12. Et statim surrexit ille, & sublato grabato abijt coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes, Quia nunquam sic vidimus.

„ Καὶ εὐθέως ἠγέρθη, καὶ ἄρας τὸν „ κράβαττον, ἐξῆλθεν ἐναντίον πάν„ των· ὥς τε ἐξίστασθαι πάντας, καὶ δο„ ξάζειν τὸν Θεόν, λέγοντας, ὅτι οὐδέ„ ποτε οὕτως εἴδομεν.

TOLOSANI. Quid igitur Scribæ & Pharisæi? cum audissent illa verba: dimittuntur tibi peccata, cogitabant intra se & dicebant: Solus Deus potestatem habet dimittendi peccata. Hic autem blasphemat dicens talia. Cognitis autem Salvator cogitationibus ipsorum quidquid intus in animo tacitis iudicijs conceperant, manifestum facit. argumentumque præbet intelligendi, eum, qui arcanarum cogitationum mentis perspicuam habet notitiam, peccatorum quoque dimittendorum habere potestatem. Deinde dicit: quid est facilius dicere an facere? nam dicere quidem, & remissionem peccatorum denunciare verbo, exceptionem habet pronam frustra usurpatæ autoritatis, cujus effectus apparet nullus, non enim sub sensus cadit. Facere autem, nulla obscuritate laborat tali, ad publicum judicium experimenti sensuum palàm expositum. Exhibet igitur in quo nihil calumnia cavillari possit, opus jam ipsum, curationem nempe paralytici; occultum ex manifesto, ex faciliori difficilius adstruens: quāvis ita Pharisæis non videretur. Illi enim difficilius putabant curare corpus, quàm dimittere peccata.

ΤΟΛΟΣ. Τί οὖν ὁ Γραμματεὶς καὶ οἱ Φαρισαῖοι; ἀκούσαντες ὅτι ἀφέωνται σου αἱ ἁμαρτίαι, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἔλεγον· μόνος ὁ Θεὸς ἐξουσίαν ἔχει ἀφιέναι ἁμαρτίας· ὅτι δὲ βλασφημεῖ λέγων ταῦτα. γνοὺς δὲ ὁ Σωτὴρ τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, φανερὸν καθίστησι τὸν αὐτῶν ἐνθύμησιν. Καὶ δείκνυσιν ὅτι ὁ τὴν διανοιῶν γνώστης ἐξουσίαν ἔχει καὶ ἁμαρτίας ἀφιέναι. εἶτα λέγει· τί ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν· ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν· ἔγειρε καὶ περιπάτει; τὸ μὲν γὰρ ἀφιέναι ἁμαρτίας, ἄδηλον ἴσως. ἀνεπαίσθητον γάρ. τὸ δὲ ποιῆσαι, φανερόν. Καὶ δι' οὗ καὶ ἐπιφέρει τὸ ἔργον· τοῦτό ἐστιν, ἡ τοῦ σώματος ὑγιεινὴ θεραπεία· καὶ δείκνυσιν ἐκ φανεροῦ τὸ ἀφανές, καὶ ἐκ τοῦ εὐχερεστέρου τὸ δυσχερές. κἂν μὴ οὕτως ἐδόκει τοῖς Φαρισαίοις· ἐκεῖνοι γὰρ ἐργωδέστερον ἐνόμιζον τὸ θεραπεῦσαι σῶμα, ἢ ἀφιέναι ἁμαρτίας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ Κύριος ἐθεράπευσε τὸν παράλυτον ἔξωθεν· εἶτα συνεχώρησεν αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματα. οἱ δὲ Φαρισαῖοι τὸ μὲν πρῶτον ἐθεάσαντο, καὶ ἐπίστευσαν ὅτι ἀληθές· τὸ δὲ δεύτερον ἄδηλον ἐνόμιζον, καὶ ἠπίστουν. ὅθεν καὶ ἐπιστομίζει αὐτοὺς ὁ Σωτὴρ δεικνύων, ὡς τὸ μὲν παρεδέξαντο, δυσχερέστερον ὄν· ὃ δὲ οὐ προσίενται, ῥᾷον ἅμα καὶ εὐχερές.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Πάντες γὰρ οἱ πεπιστευκότες καὶ οἱ ἅγιοι πρότερον ἐπικαλούμενοι τὸν Θεὸν, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν λύσιν αἰτοῦντες,

ἀιτοῦντες, οὕτως ἐθαυματούργουν· ὁ δὲ Κύριος ὁ τῶν ἁγίων δεσπότης οἰκείᾳ ἐξουσίᾳ τὰς θεοσημείας ἐπιτελεῖ· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τὸ μεῖζον ἐάσαντες τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, τὸ φαινόμενον θαυμάζουσιν· ἔδει γὰρ αὐτοὺς εἰπεῖν, οὐκέτι τοσοῦτον θαυμάζομεν ὅτι ἤγερται ὁ παράλυτος, ὅσον ἐκ τούτου πιστεύομεν ὅτι καὶ ἡ ψυχὴ ἰάσεως ἔτυχεν, ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγεῖσα.

EVSEBII. Dominus paralyticum morbo sensibili quo laborabat exterius, liberavit. deinde condonavit ipsi peccata. Horum operum Pharisæi prius quidem usurparunt oculis, & verè gestum esse sensu convicti sibi persuaserunt. Alteri, tamquam obscuro, indicijsque ad sui affirmationem idoneis malè parato, fidem abrogarunt, unde obstruit eis os Salvator, ostendens admisisse ipsos id quod factu credituque difficilius erat: quòd longè faciliùs, atque adeò in promptu positum, id verò respuisse.

ANONYMI. Nam Sancti & Prophetæ, qui prius miracula patraverant, id non nisi venia Dei rogata, invocatoque auxilio, aggrediebantur. eo ipso fatentes, se aliena vi & precariò potestatem habere mirabiliũ operum efficiendorum. At Sanctorum Dominus sibi propria virtute signa perpetrat. Hæc sententia illorum verborum est: *numquã sic vidimus.*

VICTORIS. Eo quod maius erat omisso, nempe remissione peccatorum, quod apparet mirantur. Cum potius sic dicere ipsos oporteret: enimverò non tantùm miramur surrexisse paralyticum, quantùm ex eo credimus sanatam esse animam ejus, & peccatis liberatam.

„ Καὶ ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θά-
„ λασσαν. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἤρχετο
„ πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς.

13. Et egressus est rursus ad ma-
„ re: omnisque turba veniebat ad
„ eum, & docebat eos.

ΑΥΤΟΥ. Πάλιν δὲ προτίθησι μετὰ τὸ θαῦμα τὴν διδασκαλίαν, εἰς ἀναμφισβήτητον πίστιν τοὺς ἀκούοντας ἐνάγων. ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, πᾶς ὁ ὄχλος ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς, οὐχ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι ὑπῆρχον· ἀλλ' οἱ πάσης διπλόης ἀπηλλαγμένοι, καὶ τὴν κρίσιν ἀδέκαστον κεκτημένοι. ὅρα δὲ τὸ ἀκόμπαστον καὶ ἀφιλότιμον τοῦ Σωτῆρος· πῶς ὅτε ὄχλος πολὺς συναθροίζετο σπουδάζει, οὐκ ἐν πόλει διάγειν ἢ ἐν ἀγορᾷ μέσῃ, ἀλλ' ἐν ἐρημίᾳ καὶ ὄρει· παιδεύων ἡμᾶς μηδὲν πρὸς ἐπίδειξιν ποιεῖν, καὶ μάλιστα ὅταν φιλοσοφεῖν δέῃ καὶ περὶ ἀναγκαίων διαλέγεσθαι πραγμάτων.

EIVSDEM. Iterùm miraculo doctrinam adjungit, in dubitationis omnis expertem fidem audientes inducens. In illa autem: *omni turba quæ veniebat ad eum*, nõ erant Scribæ aut Pharisæi. cõstabat enim ea solùm ex hominibus ab omni simulatione synceris, quique mentes nullo invidiæ odijve præjudicio præoccupatas haberent. Vide autem quàm non jactabundè aut ambitiosè se Salvator gerat. cum sui studio fervẽtem multitudinem concurrere cerneret, nequaquam ipse, ut pompa frueretur, in civitate degit aut in foro medio se opportunũ plausibus præbet. Sed in mon-

montem desertum secedit. docens nos, nil ad ostentationem faciendum: vitiumque istud tum maximè vitandum cùm docere alios oportet & de rebus necessarijs verba facere.

14. Et cùm præteriret, vidit Levi „ Alphæi sedentem ad telonium: „ & ait illi, Sequere me. Et surgens secutus est eum.

„ Καὶ παράγων εἶδε Λευὶ τοῦ Αλφαίου καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον· καὶ λέγει αὐτῷ, ἀκολούθει μοι· καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

ANONYMI. Hic Levi Publicanus erat. volens autem Dominus hospitio ejus uti, quò ejus animæ prodesset, dixit: *Sequere me*.

ANΩΝΥΜΟΥ. Οὗτος ὁ Λευὶ τελώνης ἦν. βουλόμενος δὲ ὁ Κύριος παρ' αὐτῷ ξενισθῆναι, ἵνα αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὠφελήσῃ, εἶπεν, ἀκολούθει μοι.

VICTORIS. Non usu experientiæ Discipulorũ mores ac naturam discit Salvator, ut homines: sed ut ipsos per se intimos penetrans ac pervidens ipsorum sensus, ex ea notitia discernit ac deligit dignos. Itaque si margaritam quidẽ, cæterùm in luto jacentem, cernat, tollit ipsam, & mũditiem talis animæ, detersis sordibus, bona in luce ponit. Hoc animo exijt & publicanum Levi sedentem invenit. Est hic Matthæus Evangelista. cujus Beati quidem Marcus & Lucas nomen notius occultant, obiectu vetustioris & obsoleti: At ipse cujus hic ad Evangelium vocatio describitur Levi, sua ipsius narrans ait: *Et vidit Matthæum publicanum*. palàm ostendens sua vulnera, ut artem admireris medici, qui ea curaverit. Nam humanissimus Salvator totum in avaritiæ sordibus, atque in illegitimi studio lucri demersum hominem non rejecit, neque aspernatus est, sed ad se vocavit verbis illis: *Sequere me*. Ipse autem propriam salutem quovis pecuniæ emolumento præstabiliorem reputans, dimissis omnibus, totum se vocanti præbuit: etiam cavens, ne interpositione moræ quamvis exiguæ, benefactoris animum offenderet.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Οὐδὲ τῆς πείρας μανθάνει τοὺς μαθητὰς ὁ Σωτὴρ, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι· ἀλλ' ὡς ἐπιστάμενος τὰς διανοίας, ἐκλέγεται τοὺς ἀξίους· κἂν ἴδῃ τινὰ μαργαρίτην ἐν βορβόρῳ κείμενον, λαμβάνει αὐτὸν, καὶ δὲ καθαρὸν δείκνυσιν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. ἐξῆλθε γοῦν καὶ εὑρίσκει τελώνην καθήμενον Λευΐ· ἔστι δὲ οὗτος Ματθαῖος ὁ Εὐαγγελιστής. καὶ Μάρκος μὲν καὶ Λουκᾶς οἱ μακάριοι συγκαλύπτουσι τοὔνομα τῇ ἀρχαιοτέρᾳ προσηγορίᾳ· αὐτὸς δὲ ὁ Λευΐ εὐαγγελιζόμενος τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπαγγέλλων λέγει, καὶ ἐθεάσατο Ματθαῖον τὸν τελώνην, ἐλέγχων ἑαυτοῦ τὰ τραύματα, ἵνα θαυμάσῃς τὴν τέχνην τοῦ ἰατρεύσαντος. ὁ δὲ φιλάνθρωπος σωτὴρ ἐν ἀνομίαις ὅλον ὄντα τὸν Λευΐ οὐκ ἀπεσείσατο, ἀλλ' ἀνεφώνησεν, ἀκολούθει μοι. κἀκεῖνος τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν κρείττονα εἶδε ἡγησάμενος, πάντα ἀφεὶς, ὅλος γέγονε τοῦ καλέσαντος, μὴ λυπήσας αὐτὸν τῇ ἀναβολῇ.

15. Et factum est, cùm accumbe- „ ret in domo illius, multi Publi-

„ Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τελῶναι

„ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειν-
„ το τῷ Ιησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.
„ ἦσαν γὰρ πολλοί, καὶ ἠκολούθησαν
„ αὐτῷ.

„ cani & peccatores simul discũ-
„ bebant cum Iesu & Discipulis
„ ejus: erant enim multi, qui &
„ sequebantur eum.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ιδόντες γὰρ οἱ τελῶναι παρὰ τελώνην αὐτὸν ξενισθέντα, ἐθαρρησαν προσεγγίσαι αὐτῷ, ἴσως πρὸ τούτου τοῦτο ποιεῖν οὐ τολμῶντες, δέει τῶν οἰκείων αὐτῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῆς τοῦ συνειδότος καταγνώσεως.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ευχαριστήσας Λευὶ ἐπὶ τῇ κλήσει, δοχὴν ἐποίει μεγάλην ἐν τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ πάντας τοὺς συνήθεις καλέσας καὶ αὐτὸν τὸν σωτῆρα, ἵνα μὴ μόνος εὐεργετηθῇ, ἀλλὰ πάντες οἱ κεκλημένοι. ὁ δὲ ἀνεπαισχύντως αὐτὸν καλέσας εἰς μαθητείαν, καὶ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ παραγέγονεν· ἐν ᾧ οὐδὲν ἕτερον ἀγαθὸν ἦν, εἰ μὴ τοῦ οἰκοδεσπότου ἡ μετάνοια.

ANONYMI. Publicani enim cùm cognovissent ipsum à sui generis homine hospitio exceptum, fiduciam accedendi conceperunt; qui id eatenus fortassè non erant ausi, deterrentibus ipsos peccatis proprijs, & judicio conscientiæ vitam illorum condemnantis.

VICTORIS. Gratias beneficio vocationis rependens Levi, convivium fecit magnum domi suæ, cõvocatis amicis & familiaribus suis cunctis, ipsoque Salvatore: eò nimirum animo ne solus tanti boni compos esset: sed ei quoque participare omnes convivæ possent. qui verò nulla habita ratione sermonum & oblocutionum quibus se dare eo facto materiam non ignorabat, Publicanum in discipulatum vocaverat Dominus, nec domus ejus accessum recusat, in qua nihil erat bonum, nisi Patris familias pœnitentia.

„ Καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι
„ ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα μετὰ τῶν τελω-
„ νῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ἔλεγον τοῖς μα-
„ θητῆς αὐτοῦ, τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν
„ καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει;

16. Et Scribæ & Pharisæi viden-
„ tes quia manducaret cum publi-
„ canis & peccatoribus, dicebant
„ Discipulis eius: Quare cum pu-
„ blicanis & peccatoribus mãdu-
„ cat & bibit Magister vester?

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Νόμος ἦν τοὺς ἁγιασμένους μὴ συναναμίγνυσθαι τοῖς βεβήλοις. τοῦτον τοιγαροῦν ἐκδικοῦντες δῆθεν τὸν νόμον ἐνέβαλον. ὃ δὲ ἦν φθόνος κατὰ κυρίου καὶ φιλοσκωμμοσύνη.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Καὶ οὐκ ἀγανακτεῖ ὁ σωτὴρ οὐδὲ εἰς ὕβριν δέχεται τὸ γινόμενον· ἀλλ' ὡς δεσπότης τῆς φύσεως παραγίνεται εἰς τὴν ἐσθίασιν, καὶ ἐσθίει καὶ πίνει, τήν τε ἀλήθειαν τοῦ σώματος ἐνδεικνύμενος, καὶ τὴν εὐκαιρον

ANONYMI. Lex erat quæ vetaret sanctificatos misceri profanis. istam igitur quasi vindicantes Legem Dominum incessunt. revera tamen invidia ruebant, & libidine maledicendi.

VICTORIS ANTIOCH. Nõ ægrè fert Salvator, nec injuriam interpretatur ad tales epulas vocari. sed ut naturæ autor ac Dominus ad convivium adest, ibiq; comedit ac bibit, tum veritatem as-

ſumpti corporis demonſtrans, tum exemplo comprobans ſuo tempeſtiuũ ciborum uſum. Aderant autẽ & Phariſæi cũ Scribis, non animo diſcendi, ſed ſtudio explorãdi oculo cenſorio quæ fiebant. Vidẽtes ergo ſimul accumbentes publicanos, diſcipulos Chriſti vocant, & quod gerebatur accuſant.

17. Hoc audito Ieſus ait illis, Non „ neceſſe habent ſani medico: ſed „ qui malè habent. non enim veni „ vocare juſtos, ſed peccatores ad „ pœnitentiam.

TOLOSANI. Ad mare ſecedit Chriſtus, vivere privatim volens. hoc autem facit ut & nos doceat fugere multitudinis plauſum & laudem; quæ quò magis eam fugiemus, eò inſtantius inſequetur nos: ſin autem ſtudiosè captabimus, elabetur nobis. Exemplo ſit Salvator, qui cum urbe relicta maritimæque ſolitudinis ſeceſſu captato gloriam fugeret, ultrò cõcurrente ad eum populo deprehenſus, recuſatis cumulatur laudibus, & uſuram repudiati honoris magnifica prædicatione nominis ſui rependi ſibi ſentit fruſtra invito. Nec otioſam ad mare ſtationem habuit: piſcatus eſt enim Matthæũ. Nam qui nunc Marco Levis dicitur, Matthæus eſt. quem Marcus & Lucas Levin appellant, functionis invidioſæ exigendi tributi vocem indicem occultantes. At ipſe in Evangelio ſuo res ſuas nihil diſſimulans enunciat.

PHOTII. Vidit, inquit, Matthæum publicanum. Quærendum igitur an unus & idem ſit publicanus apud tres Evangeliſtas, qui & Matthæus & Levis vocatur? Dou

τῶν πραγμάτων εὐλογῶν χρῆσιν. παρῆσαν δὲ καὶ φαρισαῖοι καὶ γραμματεῖς, οὐχ ἵνα μάθωσιν, ἀλλ' ἵνα περιεργάσωνται τὰ γινόμενα. βλέποντες δὲ τοὺς τελώνας συναανακειμένους, καλοῦσι τοὺς μαθητὰς καὶ τὸ γινόμενον αἰτιοῦνται.

„ Καὶ ἀκούσας ὁ Ιησοῦς λέγει αὐτοῖς, „ οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, „ ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐ γὰρ ἦλθον „ καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς „ εἰς μετάνοιαν.

ΤΟΛΩΣ. Επὶ τὴν θάλασσαν ἐξέρχεται ὁ Σωτὴρ, ἰδιάσαι θέλων. τοῦτο δὲ ποιεῖ· ἵνα καὶ ἡμᾶς διδάξῃ τῶν παρὰ τῶν πολλῶν φεύγειν ἔπαινον. Καὶ γὰρ ὅσον ἡμεῖς τοῦτον φεύγομεν τοσοῦτον ἡμᾶς διώξεται. εἰ δ' ἐπιμελῶς ζητήσομεν, ἐκφεύξεται ἀφ' ἡμῶν· ἐπεὶ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐξερχόμενος ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ διατρίβων παρὰ τὴν θάλασσαν ἔφευγε τὸ δοξάζεσθαι. ἀλλ' ὁ ὄχλος μᾶλλος κατελάμβανεν αὐτόν· καὶ ἐκορυφοῦτο ὁ ἔπαινος. Καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐμεγαλύνετο· ἐζώγρησε δὲ τῶν Ματθαῖον παρὰ τὴν θάλασσαν διατρίβων. ὁ γὰρ νῦν παρὰ τῷ Μάρκῳ λεγόμενος Λευὶς ὁ Μαθαῖός ἐστιν. Ὁ μὲν οὖν Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς Λευὶν αὐτὸν ὀνομάζουσι, τὸ τῆς τελωνείας ὄνομα συγκαλύπτοντες· αὐτὸς δὲ ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Ευαγγελίῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπαγγέλλει.

ΦΩΤΙΟΥ. Εθεάσατο φησὶ Ματθαῖον τῶν τελώνην. ζητητέον οὖν εἰ ὁ αὐτὸς ἐστι τελώνης παρὰ τοῖς τρισὶν ὁ καλούμενος Ματθαῖος καὶ Λευὶς; δύο ἦσαν τελῶναι ἐκ τῶν δώδεκα, Ματθαῖος, καὶ Ιάκωβος ὁ τοῦ Αλφαίου.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Τοῦτο δὲ ῥητὸν ἕτερος προσανεπλήρωσεν εὐαγγελιστὴς εἰπὼν, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρ-

ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. οὐ γὰρ χρεία δικαίοις μετάνοια ἐπὶ τοῖς προβεβιωμένοις, ἀλλ' ἁμαρτωλοῖς.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Καὶ ὑμεῖς, φησι, χρείαν ἔχετε ἰατροῦ. εἰ γὰρ μὴ ἐνοσεῖτε, οὐκ ἂν ᾐτιάσασθε τοῦ ἰατροῦ τὴν φιλανθρωπίαν. μὴ γὰρ οὐκ οἶδα ὅτι τελῶναι ὑπάρχουσι; μὴ γὰρ αὐτῶν ἀγνοῶ τῆς ψυχῆς τὰ νοσήματα; οἶδα ὅτι κακῶς ἔχουσι. διὰ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς παραγέγονα, ἵνα τὰς ψυχὰς αὐτῶν θεραπεύσω νοσούσας. δι' ἣν αἰτίαν ἐπιλαμβάνονται οἱ Φαρισαῖοι τοῦ σωτῆρος τοῖς ἁμαρτωλοῖς συνεσθίοντος; ὅτι νόμος ἦν διαστέλλων ἀναμέσων ἁγίου καὶ βεβήλου. οὐκ ᾔδεσαν δὲ Χριστὸν ὑπὲρ τὴν νομικὴν χρῆσιν παρέχοντα τὴν φιλάνθρωπον χάριν. ἡ μὲν γὰρ ἐξέβαλεν· ἡ δὲ μετέβαλλε τὸ κακόν. καὶ γὰρ οὐχ ὡς κριτὴς πάρεστιν, ἀλλ' ὡς ἰατρὸς. καὶ τὸ ἐπιβάλλον τῇ ἰατρικῇ ποιεῖ, καὶ διάγει σὺν τοῖς νοσοῦσι καὶ τῆς ἰάσεως δεομένοις.

erant Publicani in numero duodecim Apostolorum, Matthæus & Iacobus Alphæi.

SCH. Quod Iacobum Alphæi Publicanum fuisse Photius dicit, fides sit penes autorem.

ANONYMI. Quòd Dominus hac occasione dixit, non integrè hic à Nostro recitatum, alius Evangelista plenè reddidit, sic dicens: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*. Sanè enim justis, qui benè semper egerint pœnitentia non est opus, cujus officium est ea revocare ac corrigere quæ malè prius acta sunt: quæ res alijs quàm peccatoribus convenire nequit. Luc. v. 32.

VICTORIS. Et vos, inquit, opus habetis medico. nam eo ipso quod humanitatem medici criminamini, satis declaratis vos malè habere. num docendus à vobis sum quinam hi sint? scio esse publicanos: novi quibus animæ ipsorum laborent morbis. Atque adeò eam ipsam ob causam, quia scio ipsos, ipsorum inquam animas languere difficilibus morbis, curaturus ipsas advenio. Quærat aliquis: quem obtentum criminaturi Dominum Pharisæi accusationi prætexuerint? Zelum opinor Legis, quæ profanos inter ac sanctos familiaritatis usum consuetudinemque prohibeat, Nesciebant scilicet Christum ultra mensuram legalis præscriptionis gratiam benignitatis suæ proferre solere. Lex enim eijciebat, at Evangelium convertebat malum. Neque jam Dominus pro judice se gerit, sed medici personam gerit officioque fungitur, indulgentissimè se præbens ac demittens ad usum languentium, cum ijs degens, eosque curans prout opus habent.

„ Καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ
„ τῶν Φαρισαίων νηστεύοντες· καὶ ἔρ-
„ χονται καὶ λέγουσιν αὐτῷ, διατί οἱ
„ Μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρι-
„ σαίων νηστεύουσιν· οἱ δὲ σοὶ Μαθηταὶ οὐ
„ νηστεύουσι;
„ Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, μὴ δύνανται
„ οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ
„ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, νηστεύειν;

18. Et erant discipuli Iohannis &
„ Pharisæi jejunantes; & veniunt
„ & dicunt illi, Quare Discipuli
„ Iohannis & Pharisæorum jeju-
„ nant, tui autem Discipuli non
„ jejunant?
19. Et ait illis Iesus: Numquid
„ possunt filij nuptiarum, quam-
„ diu sponsus cum illis est, jeju-

„ nare? Quanto tempore habent
„ secum sponsum, non possunt je-
„ junare.
20. Venient autem dies cùm au-
„ feretur ab eis sponsus; & tunc
„ jejunabunt in illis diebus.

ANONYMI. Dominus unito ejusdem cum nostro substãtiæ corpore se se hominem, ut verè erat, ferens, nec Deus esse desinens, quod semper fuit, in terris versatus est ambiens Ecclesiam sponsã, ejusque secum spirituales nuptias
2. Cor. xi concilians: juxta dicentem: *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Spirituale igitur conjugium est & fide sola intelligibile, conversatio Domini inter homines. qui ergo ipsi spiritualis connubij necessitudine juncti sunt, primitiæ quædam hominum Beati Discipuli, filij sponsi hic vocantnr, quis igitur in nuptijs lugeat? nam jejunium luctus est symbolum. quando autem tolletur sponsus? utique cum in cœlos corporaliter redibit.

VICTORIS. Solutione primi dubij accepta, aliud proponunt. quare Discipuli Ioannis & Pharisæorum jejunant? Hoc quærunt animo insidiandi, speque intercipiendi Dominum, invenienda si possint criminandi ejus ansa. Tempus autem sponsi aut thalami, est vocationis tempus; tum etiam institutionis, quo videlicet, sicut pueri lactantur, ita doctrinæ initialis vitali succo vocati nutriuntur, quãdo sanè jejunio locus non est. nec
Cap. ix. possunt filij sponsi jejunare quamdiu cum ipsis est sponsus: quibus indicat, suam conversationem omnem dolorem propulsare ab ijs

„ ὅσον χρόνῳ μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσι
„ τῷ νυμφίῳ, οὐ δύνανται νηστέ-
„ υειν.
„ Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀπαρ-
„ θῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε
„ νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις τῆς ἡμέραις.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ Κύριος παραγέγονεν ἐπὶ γῆς, σῶμα δὲ ἡμῖν ὁμοούσιον ἐνώσας ἑαυτῷ. καὶ προσελθὼν ἀνθρώπος μετὰ τὸ εἶναι Θεὸς, ἵνα ἑαυτῷ ἁρμόσηται τὴν ἐκκλησίαν εἰς πνευματικὴν συζυγίαν, κατὰ τὸν λέγοντα, ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἐνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. γάμος οὖν ἐστι πνευματικὸς καὶ πίστεως νοητὴ τοῦ κυρίου εἰς ἀνθρώπους ἐνδημία. οἱ οὖν τούτῳ ἁρμοζόμενοι τῷ πνευματικῷ γάμῳ, υἱοὶ νυμφῶνός εἰσιν ἀπαρχὴ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. τίς οὖν ἐν γάμου καιρῷ πενθήσει; πένθεος γὰρ ἡ νηστεία συμβολον. πότε δὲ ἐπαρθῇ; ὅταν εἰς οὐρανοὺς ἀναφοιτήσῃ σωματικῶς.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ἐπειδὴ τοῦ πρώτου τὴν λύσιν ἐδέξαντο, καὶ ἕτερον προστιθέασι· διατι οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύουσι; βουλόμενοι προσλαμβάνεσθαι αὐτοῦ καὶ εὑρίσκειν τι εἰς κακοήθειαν. Καιρὸς δὲ νυμφῶνός ἐστι καιρὸς κλήσεως, καιρὸς διδασκαλίας δι' ἧς ἀνατρέφονται οἱ παῖδες, γαλουχοῦνται οἱ κεκλημένοι. οὐκ ἔχει καιρὸν ἡ νηστεία· οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν ἐφ' ὅσον χρόνῳ μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος. τὴν μεθ' ἑαυτοῦ διατριβὴν λέγει πάσης ὀδύνης ἀπαλλακτικὴν εἶναι. ὀδυνᾶται μὲν γὰρ ὁ μὴ παρὸν ἔχων δὲ ἀγαθόν, διὰ δὲ τὴν στέρησιν αὐτοῦ πενθεῖ ποθῶν τὴν ἀπόλαυσιν. ὁ δὲ παρόντος ἀπολαύων, εἰκότως εὐφραίνεται, καὶ οὐκ ὀδυνᾶται. νυμφίος δὲ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὁ ταύτης ἡγεμὼν λόγος, ὁ δὲ σπέρμα διδοὺς τῆς ζωῆς. ὅταν οὖν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν, ποθοῦντες τὴν παρουσίαν αὐτοῦ νηστεύσουσιν· ἵνα συ-

νῶσιν

νῶσιν αὐτῷ κατὰ τὸ πνεῦμα, καθαιρόμενοι ἀπὸ σωματικῶν ἡδονῶν, δηλονότι οἱ μαθηταί. τὸ δὲ, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, ἀντὶ τοῦ, ἀναληφθῇ, εἴρηται· τὸ δὲ, ὁ νυμφίος, ἀντὶ τοῦ, ὁ μέλλων νυμφεύεσθαι τὴν ἐκκλησίαν. εἶπε νυμφίου, ἵνα τὴν ὑπ' ἀνδρὸς ἐκβάλλῃ. καινὴ γὰρ τῶν ἡ νύμφευσις· ἀρρᾳβῶνος δόσις τουτέστι πνεύματος ἁγίου χάρις, δι' ἧς ἐπίστευσεν ἡ οἰκουμένη, καὶ ἁλιεῖς ἐδυσώπησαν καὶ τὴν οἰκουμένην μετέβαλλον.

ΤΟΛΩΣ. Ζηλοτύπως ἔχοντες πρὸς τὸν Χριστὸν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ τινες τῶν Φαρισαίων προσέρχονται τῷ Χριστῷ ἐρωτῶντες, εἰ μόνος μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἄνευ ἀσκήσεως καὶ πόνου κατορθοῖ τὰς κατὰ τῶν παθῶν νίκας, ὅπερ Ἰωάννης οὐκ ἴσχυσε ποιῆσαι; οἱ γὰρ τούτου μαθηταὶ ἀτελέστερον διακείμενοι, τοῖς ἰουδαϊκοῖς ἔθεσιν ἐνεκαρτέρουν. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο λέγων, μὴ δύνασθαι τοὺς υἱοὺς τοῦ Νυμφῶνος νηστένειν ἐστ' ἂν ὁ Νύμφιος μετ' αὐτῶν ἐστιν· ὅταν δὲ οὗτος ἀρθῇ ἀπ' αὐτῶν τότε περιστάσεσι περιπεσόντες καὶ πειρασμοῖς νηστεύσουσι καὶ θλιβήσονται.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Νυμφίου ἐνταῦθα ἑαυτὸν ὀνομάζει ὁ Σωτὴρ ὡς τὰς παρθένους ψυχὰς παρακαλοῦντα καὶ νυμφευόμενον· καὶ ἅμα ὅτι καιρὸς τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας χαρᾶς ἐστι σύμβολον ἀλλ' οὐ πένθους· καὶ ἐλευθερία τῆς τοῦ νόμου κατάρας καὶ τῶν ἄλλων κόπων καὶ πόνων. διὰ γὰρ τοῦ βαπτίσματος ἔσωσεν ἡμᾶς· ποῖος γὰρ πόνος ἐστὶ τὸ βαπτίζεσθαι; ἀλλ' ὅμως σωτηρίαν εὑρίσκομεν βαπτισθέντες καὶ αἰώνιον ζωήν.

quibuscum fit. nam ex absentia boni luctus omnis est. cùm verò sit Christus omne bonum, necesse est eum qui luget, præsentiam ejus desiderare: unde contra qui eo præsenti fruitur, meritò gaudet, doloreque vacat. Sponsus porrò humanæ naturæ est eam gubernans ratio summa, ac Dei verbum semen vitæ ministrans. Id cum ablatum ab eis fuerit, tunc sane desiderio ejus mœrere ipsos ac jejunare fas erit. jejunio enim isto consequentur Discipuli, ut corporeis purgati voluptatibus, cum Domino suo spiritualiter versentur. Cæterùm hæc sponsi ablatio, ejus in Cœlos assumptio est. Sponsus autem dicitur qui sibi desponsaturus Ecclesiam est. qua mentione à spe harum nuptiarum excluditur quæ sub viro est. Sponsalia enim non nisi cum solutis ritè celebrantur. Pignoris donatio est gratia Spiritus Sancti, per quam credidit mundus, persuadentibus (mirùm) & genus hominum quantum est ab assuetis & præjudicatis ad nova & dura transferentibus Piscatoribus.

TOLOS. Æmulationis quodã Spiritu in Christum instincti Discipuli Ioannis, & Pharisæorũ quidam accedunt ad ipsum, quæsituri; ecquid unus ac solus rationem invenisset, qua tam ipse, quàm ejus Discipuli sine studio aut ærumna, pacem sibi animi, perturbationum victoria, conficerent: quod consequi Ioannes haud potuisset? Humanum quippè aliquid, nondum ad perfectum elimati Ioannis Discipuli passi, consuetudinibus Iudajcis pertinaciùs inhærebant. Ad ea Christus: non posse, respondit, filios thalami jejunare quamdiu sponsus cum ipsis est. quando verò hic ablatus ab illis fuerit, tum sanè adversis casibus & tentationibus occursantes, jejunaturos, in luctuque ac perturbatione futuros.

EIVS-

EIVSDEM. Sponſum hoc loco ſe ipſum nominat Salvator. ut qui virgines animas deliniat & deſpondeat ſibi, ſimul ut illud indicet: priorem adventum ſuum lætitiæ potius quàm luctus afferre cauſas. Liberationem enim indulget a maledicto Legis, & ab ærumnis laboribuſque
Gal.3.13 cæteris. Per baptiſma enim ſalvavit nos. quis autem in ablutione corporis labor eſt, quæ etiam ad delicias pertinet? Tamen iſto tam facili patiendæ tinctionis pretio & ſalus paratur, & vita æterna redimitur.

21. Nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veſtimento veteri: alioquin aufert ſupplementum novum à veteri, & major ſciſſura fit.

22. Et nemo mittit vinum novũ in utres veteres: alioquin dirũpit vinum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt: ſed vinum novum in utres novos mitti debet.

„ Καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου „ ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ „ δὲ μή, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ „ καινὸν τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα „ γίνεται. „ Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς „ παλαιούς, εἰδὲ μή ῥήξει ὁ οἶνος τοὺς „ νέους τοὺς ἀσκούς, καὶ ὁ οἶνος ἐκ„χυθήσεται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· „ ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς „ βλητέον.

TOLOSANI. Quemadmodũ inquit ſi addatur veſtimento veteri aſſumentum rude, hoc eſt novũ, frangit illud propter ipſius infirmitatem & ſuam firmitatem. Similiter & novum vinum in utres veteres ſi immittatur rumpit ipſos. ſic & in ſubjecta materia. Præcones enim, & prædicatores cũ ſint Apoſtoli novi teſtamenti, non poſſunt vetuſtis ſervire moribus. neque conſentaneum eſt cogi ad obſervationem antiquatorum rituũ eos qui hominibus inſtituta & inuſitata & inopinata tradituri mittebantur.

SEVERI. Vt novum aſſumentum vetus veſtimentũ frangit propria firmitate; & proprio fervore veteres dirumpit utres novum vinum. ſic, inquit, & mei Diſcipuli nondum adeo robuſti ſunt, ut præcepta vetera ferre poſſint. Aut ſic intellige: Indignum eſt Chriſti Diſcipulos, qui novi ſint, antiquis

ΤΟΛΩΣ. Ὡσπερ φησὶν εἰ ἐπιβληθείη ἱματίῳ παλαιῷ ῥάκος ἄγναφον τούτεστι καινόν, διαῤῥήγνυσιν αὐτὸ διὰ τὴν ἐκείνου ἀσθένειαν καὶ τὴν οἰκείαν στερρότητα· οὕτως καὶ νέος οἶνος εἰς ἀσκοὺς παλαιοὺς εἰ ἐμβληθείη ῥήγνυσιν αὐτούς. ὅπω καὶ ἐπὶ τούτου. Κήρυκες γὰρ ὄντες τῆς καινῆς διαθήκης δυνάμενοι τοῖς παλαιοῖς δουλεύειν ἔθεσιν· οἱ γὰρ καινὰ καὶ ἀλλόκοτα μέλλοντες τοῖς ἀνθρώποις παραδιδόναι οὐκ ἀναγκάζονται φυλάττειν τὰ παλαιότατα.

ΣΕΥΗΡΟΥ. Ὡσπερ οὖν νέος ῥάκος ὁ παλαιὸν ῥήγνυσιν ἰμάτιον τῇ οἰκείᾳ στερρότητι· καὶ τῇ οἰκείᾳ θερμότητι τοὺς παλαιοὺς ἀσκοὺς ὁ νέος οἶνος· οὕτω φησὶ δὲ οἱ ἐμοὶ, μαθηταὶ ὅπω γεγόνασιν ἰσχυροὶ ὥστε δύνασθαι φέρειν τὰ παλαιὰ παραγγέλματα· ἢ καὶ ὅτως· τοὺς τοῦ Χριστοῦ μαθητὰς καινοὺς ὄντας τοῖς παλαιοῖς ἔθεσι δουλεύειν οὐκ ἀξιοῖ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ ἄλλη χρεία παραβολῆ σημαίνων, ὅτι οὐ δεῖ τοῖς ἐπὶ παλαιοῖς δὲ μὴ ἀναγεννηθεῖσιν ἐξ ὕδατος δὲ πνεύματος, καινὰς καὶ Εὐαγγελι-

γελικὰς ἐντολὰς διδόναι, ἀλλ' ἐν Χριστῷ ἀνακαινισθεῖσιν. ἐὰν γὰρ ἐν ἱματίῳ παλαιῷ ἐσχισμένῳ ἐπίβλημα βάλλει τις ἀπὸ νεουργοῦς ἱματίου τὸ πλήρωμα τοῦ παλαιοῦ, τοῦτο τὸ πρὸς τὸ πέρας τοῦ σχίσματος λαμβάνει, καὶ οἷον ἀποσπᾷ καὶ ἀποτέμνει τὸ νεουργὲς, κατισχύσαντος τοῦ ἀσθενοῦς· οὐ γὰρ ἀντείχει τὸ παλαιὸν τὴν σύνοδον καὶ οἱονεὶ τὴν συῤῥαφὴν τοῦ νέου ἱματίου, καὶ πλεῖον γίνεται τὸ σχίσμα· ὁμοίως δὲ ἀσκοὶ παλαιοὶ οὐκ ἂν ἐνέγκοιεν τὸ πνεῦμα τοῦ νέου οἴνου τοῦ φύσει φυσώδους, ἀλλὰ ῥήγνυνται· οὕτως οὐδὲ ἄνθρωπος, πρὶν ἀνακαινισθῇ διὰ τοῦ τῆς παλιγγενεσίας λούτρου, οὐκ ἂν χωρήσῃ τὰ νέα καὶ τὰ εὐαγγελικὰ ἐπιτάγματα. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· πῶς οὖν οἱ μαθηταὶ τῶν Φαρισαίων ἐνήστευον; καὶ ταῦτα μὴ ἀνακαινισθέντες, ἀλλὰ παλαιοὶ ὄντες; ὅτι οὐ τὴν ἀληθῆ νηστείαν ἐνήστευον, βρωμάτων ἀπεχόμενοι. νηστεία γὰρ ἀληθὴς ἡ ἀποχὴ πάντων τῶν κακῶν, ἐξ ὧν ὁ παλαιὸς κέκραται ἄνθρωπος, περὶ ἧς νηστείας καὶ ἔλεγεν ὁ Κύριος· οὐ γὰρ τῆς νόθου λόγος ἦν αὐτῷ.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ὥσπερ, φησὶν, εἰ ῥάκος ἄκναφον ἐπιβληθῇ ἱματίῳ παλαιῷ, τῇ οἰκείᾳ στερρότητι κἀκεῖνο διαῤῥύγνυσιν· οἶνός τε νέος εἰς ἀσκοὺς ἐμβληθεὶς παλαιοὺς τῇ οἰκείᾳ θερμότητι τοὺς ἀσκοὺς διαῤῥύγνυσιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων. ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἀπόστολοι τῆς νέας διαθήκης κήρυκες τυγχάνουσιν, οὐ δυνατὸν αὐτοὺς τοῖς παλαιοῖς δουλεύειν νομίμοις. ὑμεῖς μὲν εἰκότως τοῖς παλαιοῖς ἀκολουθοῦντες ἔθεσι τὰς Μωσέος νηστείας φυλάττετε· οὗτοι δὲ οἱ τὰ καινὰ καὶ παράδοξα νόμιμα παραδιδόναι μέλλουσι τοῖς ἀνθρώποις, ταῦτα μὲν οὐδαμῶς ἀναγκάζονται φυλάττειν· κατὰ καιρὸν δὲ μετὰ τῆς λοιπῆς ἀρετῆς καὶ τὴν νηστείαν ἀποδείξονται, οὐκ ἀνάγκῃ καὶ νομίμοις τισὶ καὶ ἔθεσι παλαιοῖς δουλεύειν, ὥσπερ ὑμεῖς φυλάττοντες, ἀλλὰ γνώμῃ δι' ἀρετὴν, ὅπως ἂν βούλονται, νηστεύειν

consuetudinibus & ritibus addictos quasi servire.

ANONYMI. Et alia utitur parabola, significans nõ oportere veteribus adhuc, & nondum regeneratis ex aqua & Spiritu, nova & Evangelica mandata dare: quæ ijs reservantur, qui per Christum renovati sunt. Si enim pallio vetustate scisso assumentum adjungat quispiam ex rudi ac recenti panno, is sanè sibi assutam vestimenti veteris, quæ scissuræ proxima est, partem corripit, majoriq; vi comprehendens, facile aufert ac quasi avellit; contra sustinere non valente debilitate antiqui panni, quippe usu detriti ac senio obsiti. Itaque inde major scissura existit. Similiter neque utres veteres fumum ac spiritum ferent vini recentis natura turgidi, ac spumosi spiritosique: sed rumpentur. Similiter neque homo donec renovatus fuerit per lavacrum regenerationis, nova & Evangelica præcepta capiet. At dicet quispiã: Quomodo igitur Discipuli Pharisæorum jejunabant, tametsi non regenerati, sed in vetustate perseverantes sua? Nimirum quia non verum jejunium jejunabant, cibis dumtaxat abstinẽtes. Iejunium etenim verum est abstinere à malis omnibus, quorũ ex colluvie vetus homo concrevit. quo de jejunio loquebatur, cũ ista diceret Dominus. neque enim illam aliam omninò curat aut cogitat spuriam jejunij speciem.

VICTORIS. Quemadmodum inquit, si pannum rudem assueris pallio veteri, propria firmitate illud abrumpat; novumque vinum coniectum in utres veteres naturali suo ipsos æstu ac fervore frangit.

Sic

Sic & in his contingit, quoniam enim Apostoli novi testaméti præcones sunt, fieri non potest ut Legis antiquæ præscriptionibus serviant. quod vos quidem facere cõsentaneum est, vetustis adhuc moribus addictos Mosaicæ institutionis, juxta quam & jejunare vos cõvenit, non hos qui in id parantur ut novas mox & inusitatas leges hominibus promulgent. quare nõ debent cogi ut ista observent. Erit tempus quando & virtutum aliarum, & abstinentiæ èxempla edent. verùm ad id non sunt lege ac metu compellendi, ut vos, præstat enim permittere hoc totum arbitrio ipsorum, qui utique suæ virtutis judicio admoniti, cùm id fieri par erit, liberè ac libenter facient. Siquidem hæc jejunij Legalis & Evangelici differentia est, quòd illud servili necessitate, ac metu, hoc libera caritate suscipitur. Nam qucd quadragesimæ jejunjum imperatum est, ad commonitionem negligentiorum id factum. cum alioqui libero animi proposito ac prolixa potiùs voluntate illud obeamus.

μέλλοντες. καὶ γὰρ ἡ τῶν ἐν νόμῳ νηστεία τοῦτο διενήνοχε τῶν ἐν τῇ χαρίτι νηστευόντων. ὅτι οἱ μὲν ὡρισμένας ἔχοντες νηστείας, ἃς καὶ νηστεύειν αὐτοὺς πάντως ἐχρῆν καὶ μὴ βουλομένους· οἱ δὲ γνώμῃ μᾶλλον κατὰ τὸ δοκοῦν ἑαυτοῖς νηστεύουσιν ἀρετῆς αἱρέσει μετιόντες αὐτήν. εἰ δὲ καὶ ὡρίσθαι ὁ τῆς τεσσαρακοστῆς δοκεῖ καιρός, διὰ ὑπόμνησιν τῶν ῥαθύμων· ἀλλὰ καὶ ταύτην γνώμῃ μᾶλλον τὴν νηστείαν μέτιμεν.

23. Et factum est iterùm cũ Sab-
„ bathis ambularet per sata, & Di-
„ scipuli ejus cœperunt progredi,
„ & vellere spicas.
24. Pharisæi autem dicebant èi,
„ Ecce quid faciunt Sabbathis
„ quod non licet?

„ Καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν
„ ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ
„ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν
„ τίλλοντες τοὺς στάχυας.
„ Καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον αὐτῷ, ἴδε
„ τί ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάββασιν ὃ οὐκ
„ ἔξεστι;

EIVSDEM. Liberius se erga figuram gerunt veritatis præsentia freti Discipuli. Sic videlicet à Domino assuefacti, symbolicam quietem Sabbathi parvi pendere, exorto jam perpetuæ quietis à turbis sæculi propter Deum observandæ ritu. Securè porrò ad victum spicis vtuntur, quòd nihil haberent aliud vescum. Censores verò illorum figuris addicti, veritatis expertes, umbratiles pro umbris pugnas cient: & quid non liceat eum docent, absque concessione cujus nihil cuiquam licet. ignari autorem legis non subijci legi: nihilq;

ΑΥΤΟΥ. Ελευθεριάζουσι πρὸς τὸν τύπον, τῇ ἀληθείᾳ συνόντες οἱ μαθηταὶ, οὕτω δήπου καὶ πρὸς τοῦ κυρίου συνειθισμένοι, καὶ τὴν τοῦ σαββάτου τυπικὴν ἀργίαν ὀξευτελίζειν, ἐστιφανείσης τῆς διηνεκοῦς ἀργίας διὰ Θεὸν ἐπὶ τῶν κοσμικῶν. χρῶνται δὲ ἀδεῶς τοῖς στάχυσιν εἰς τροφὴν μηδὲν ἐπιφερόμενοι βρώσιμον. οἱ δὲ τῶν τύπων ἥττονες καὶ τῆς ἀληθείας ἄπειροι σκιομαχοῦσιν ὑπὲρ σκιᾶς, καὶ ὃ, οὐκ ἔξεστι, λέγουσι πρὸς τὸν ἅπασαν ὀξουσίαν καὶ τοῖς ἰδίοις παρέχοντα· οὐκ εἰδότες ὅτι νομοθέτου νόμος οὐ κρατεῖ, οὐδ' ἔστι τι καθάπαξ ὃ μὴ ἔξεστι βασιλεῖ. ὁ δὲ Κύριος πρᾳείαν τὴν ἀπολογίαν ποιεῖται, οὐκ ὀξουσίαν ἐπαναστάσει, ἀλλὰ παραδείγματι

δείγματι τῶν πάλαι ἁγίων, οἱ καὶ αὐτοὶ μεγαλοφρονέστερα τῆς σωματικῆς ἀργίας, καὶ τῶν τοιούτων τύπων ἐπενόουν.

esse quod Regi non liceat. Tamen Dominus molli responso defungitur. nec potestatis ostentatione suæ tuetur factum Discipulorum, sed Sanctorum ævi veteris exemplo; qui & ipsi sublimius aliquid corporea quiete, symbolisque ejusmodi cogitabant.

„ Καὶ αὐτὸς ἔλεγεν αὐτοῖς, οὐδέποτε
„ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβίδ, ὅτε χρεί-
„ αν ἔσχε, καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ
„ οἱ μετ' αὐτοῦ;
niales videri posse præ inexpiabili furore earum quæ Christum pro Deo agnitum violare nihilominus pergebant.

„ Ἔρχον δὲ οὖν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μή-
„ τηρ αὐτοῦ· καὶ ἔξω ἑστῶτες ἀπέστειλαν
„ πρὸς αὐτὸν φωνοῦντες αὐτόν.

„ Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν.
„ εἶπον δὲ αὐτῷ, ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ
„ οἱ ἀδελφοί σου καὶ αἱ ἀδελφαί σου
„ ἔξω ζητοῦσί σε.

„ Καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς λέγων, τίς
„ ἐστιν ἡ μήτηρ μου, ἢ οἱ ἀδελφοί μου;

„ Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς
„ περὶ αὐτὸν καθημένους, λέγει, ἴδε ἡ
„ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου.

„ Ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ
„ Θεοῦ, οὗτος ἀδελφός μου καὶ ἀδελ-
„ φή μου καὶ μήτηρ ἐστί.

31. Et veniunt mater ejus &
„ fratres: & foris stantes miserunt
„ ad eum vocantes eum.

32. Et sedebat circa eum tur-
„ ba, & dicunt ei, Ecce mater
„ tua, & fratres tui foris quærunt
„ te.

33. Et respondens eis ait: Quæ
„ est mater mea, & fratres mei?

34. Et circumspiciens eos qui
„ in circuitu ejus sedebãt, ait: Ecce
„ mater mea, & fratres mei.

35. Qui enim fecerit volunta-
„ tem Dei, hic frater meus & so-
„ ror mea, & mater est.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Δείκνυσιν ὅτι πάσης προτιμᾷ συγγενείας τοὺς κατὰ τὴν πίστιν οἰκείους. ταῦτα δὲ ἔφη οὐκ ἀποδοκιμάζων πάντως τὴν μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς· ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι πάσης σωματικῆς συγγενείας προτιμᾷ τῆς ψυχῆς τὴν οἰκειότητα. διὰ τούτου κἀκείνους στέργων εἰς ταύτην ἐπάγει· πρὸς γὰρ τὴν οἰόμενον ὡς ἐπισπουδαιότερον καλεῖν αὐτὸν τῶν οἰκείων τὴν ὁμιλίαν, ἀναγκαῖον ἦν τοῦτο εἰπεῖν, ὁμοῦ καὶ εἰς διδασκαλίαν τῶν παρόντων. ἄλλως δέ φησιν ὅτι μήπω τότε πεπιστεύκεισαν εἰς αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὡς μανθάνομεν παρὰ Ἰωάννου· παρὰ δὲ τοῦ Μάρκου, ὡς ὅτι καὶ ὡς ἐξεστηκότα κατέχειν ἐπείρουν· ἐπειδὴ γοῦν τοιαύτης ἦσαν διανοίας καὶ ὁ Κύριος αὐτῶν οὐχ ὡς οἰκείων ἐμνήσθη. μανθάνομεν δὲ ὅτι καὶ τοῦ Χριστοῦ κατὰ πατέρα συγγενεῖς καθιστάμεθα.

ΤΟΛΩΣ. Ἀκούσαντες οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου ὅτι δαιμόνιον ἔχει, καὶ ὅτι ἐξέστη, ἔδραμον πρὸς αὐτὸν κρατῆσαι αὐτὸν θέλοντες· τοῦτο μὲν ὡς φθονοῦντες· τοῦτο δὲ καὶ ὡς δεδιότες μήπως ἀποστῇ ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀναχωρήσῃ πρὸς ἑτέρους. ἀπο-

EIVSDEM. Ostendit se omni cognationi præferre fidei necessitudine conjunctos. Hæc autem ait, non quidem prorsus abdicans matrẽ & fratres: sed demonstrans, omni corporea consanguinitate pluris apud se esse conjunctionem animæ. quare ad hanc adducebat qui præsentes aderant, amans ipsos. nam ad existimantem, se vocare Christum ad magis ipsi caram consuetudinem, cum ad cognatos invitabat, necesse erat ita loqui: simul etiam ad eruditionem adstantium. Præsertim cum fratres ejus nondum in eum credidissent, ut discimus à Ioanne: à Marco verò: etiam eosdem conatos corripere ipsum tamquam mente excessisset. Iure igitur eorum qui sic de se sentirent, Dominus nec velut domesticorum meminit. Docemur autem: nos Christi ex Patre cognatos adoptione factos esse.

TOLOSANI. Cum audissent fratres Domini, arreptitium ipsum

ac phanaticum, deque mentis statu dejectum esse, accurrerunt ad eum, tenendi ejus & constringendi causa: partim invidia ad hoc cõsilium adducti, partim metu, ne abiret ab ipsis, & ad alios recederet. Respondet igitur Dominus dicens: inutile futurum parenti suæ matris nomen, nisi cæteris virtutibus esset omnibus instructa. Non igitur negat eam matrem Salvator. sed ostendit esse illam honore dignã, non solùm quia ipsum genuit, sed quia laudibus quoque alijs ac bonis fuit cumulata: quibus si caruisset, futurum fuerat ut honore necessitudinis ac cognationis meæ digniores alij viderentur.

κρίνεται οὖν ὁ Κύριος λέγων, ὡς ἀνόνητον ἔσται τῇ μητρί μου τὸ γενέσθαι μου μητέρα εἰ μὴ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετὴν ἔχει. οὐκ οὖν ἀρνεῖται τὴν μητέρα ὁ Σωτὴρ. ἀλλὰ δεικνύει ὅτι οὐ μόνον ὡς γεννήσασα τιμῆς ἐστὶν ἀξία· ἀλλ' ὅτι καὶ πάσας τὰς ἄλλας ἀρετὰς κέκτηται. ὡς εἴγε ταύτας μὴ ἔχοι, ἄλλοι ἔσονται προτιμητέοι εἰς τὴν ἐμὴν συγγένειαν.

CAPVT IV.

1. Et iterum cœpit docere ad mare: & congregata est ad eum turba multa, ita ut navim ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat.

2. Et docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

„ Καὶ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν, καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολὺς, ὥστε αὐτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν.

„ Καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν παραβολαῖς πολλὰ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.

TOLOS. Et si videbatur parũ attendisse quid mater vellet, tamẽ ejus gratia rursus ad mare divertit, ubi navi utens pro suggestu, concursũ multitudinis vitavit, collisuræ aut protrusuræ ipsum, nisi ex tuto loco adversos intuens, ipsorum & suo commodo doceret: cõcione vicissim tota commodum ejus habente prospectum; voce quoque docentis nullius non aures pertingente.

VICTORIS ANTIOCH. Sedet ad mare, angustias declinans, quas in sui medio coarctat undiq; cõstipata multitudo: nec sic tamen liberæ latitudinis spatio potitur, turbis ei assiduo concursu sese ad-

ΤΟΛΩΣ. Εἰ καὶ ἔδοξε τὴν μητέρα παρακοῦσαι· ἀλλ' ὅμως δι' ἐκείνην πάλιν ἐξέρχεται παρὰ τὴν θάλασσαν. καὶ ἐμβὰς εἰς πλοῖον κάθηται, κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ ἔχων τὸν ὄχλον. συνέθλιβον γὰρ αὐτὸν πανταχόθεν. καὶ πάντες ἔβλεπον αὐτὸν ἐξ ἑνὸς μέρους. καὶ οὐδεὶς ἦν τῆς ἐκείνου διδασκαλίας ἄμοιρος.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Κάθηται πρὸς τῆς θαλάσσης τῆς ἐν μέσοις ὄχλοις διατριβῆς ἀφιστάμενος. καὶ οὐδ' οὕτως εὐρυχωρία καταλείπεται διὰ τὴν τοῦ πλήθους συνδρομὴν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πλοῖον ἀναβαίνει. πρὸς γὰρ τὴν χρείαν ἡ πρᾶξις καλῶς ἔχει. διδάσκει τοίνυν ἐκ θαλάττης τοὺς ἐπὶ γῆς ἑστηκότας. συνήθως δὲ διὰ πλοίου, καὶ οὐκ αὐτῆς τῆς θαλάττης

της μεταβέβηκε, καίτοι δυνάμενος, ἵνα μήτε τῆς ἀκροάσεως ἐκβάλῃ διὰ τῆς ἐκπλήξεως, μήτε θαυματουργὸς μᾶλλον ἢ διδάσκαλος φαίνηται· ὃ γὰρ περιττὸν καὶ οὐ κατὰ φιλανθρωπίαν γινόμενον παράδοξον, ἄκαιρον εἶχε τὴν θαυματουργίαν. ἐπειδὴ τοίνυν σημεῖα πολλὰ ἐποίησε, πάλιν τὴν ἐκ τῆς διδασκαλίας ὠφέλειαν παρέχει· καὶ κάθηται ἐν τῷ πλοίῳ ἁλιεύων καὶ σαγηνεύων τοὺς ἐν τῇ γῇ. ἐκάθισε δὲ οὕτω. οὐ γὰρ ἁπλῶς αὐτὸ τέθηκεν ὁ εὐαγγελιστής. ἵνα μετ' ἀκριβείας συνθῇ ὃ θέατρον. καὶ μηδένα ἀφῆκε διὰ νώτου, ἀλλὰ πάντας ἀντιπροσώπους ἔχει. καθίσας δὲ ἐκεῖ διὰ παραβολῶν φθέγγεται· καὶ πᾶσαι παραβολαί, ἃς ἐφεξῆς ἐνταῦθα τίθησι, πρόῤῥησίς εἰσι τῶν ἀπὸ τοῦ κηρύγματος ἐκβησομένων. προλέγει τοίνυν καὶ τοῦ κηρύγματος τὴν ἐπίδοσιν, καὶ τῶν ἀπειθούντων τὴν φαυλότητα.

moventibus. quare in navem conscendit, occasione benignè se præbente ad aures sermonum avidas utiliter dicendi. Docet igitur è mari adstantes in terra. consuetudinem porrò secutus humanam, in navim transijt; non in ipso maris dorso, solidum se, si juberet, exhibituro, ut facilè poterat, loquens stetit; ne, vel inusitatæ rei stupore auditores ab attentione dicendis accomodanda revocaret; vel thaumaturgum se potius quàm Magistrum exhiberet. Alioqui minimè necessarium, neq; in malorum humanorum remedia impensum miraculum, nihil nisi tunc intempestivam jactationem habuisset. Postquam igitur signis abundè multis priùs editis fidem satis præstruxerat, vice jam congrua ostentationi superfluæ utilem doctrinæ salutaris substituit explicationem: & ad id sedet in navi, piscans & sagena trahens audientes à terra. Sedit autem ea causa (nam non frustra sessionem ejus hic Evangelista memoravit) sedit, inquam, ut se magis circum undique intuentibus spectabilem præberet; omniumque facies præ se haberet, nemini dorsum obvertens. Sic ergo compositus per parabolas disserit. quæ autem hic deinceps parabolæ referuntur, prædictionem continent eventuum prædicationis: siquidem & proventum inde extiturum multis salutaliter credentibus, & pertinaciter renuentium acquiescere, infelices exitus jam ante denunciat.

„ Ἀκούετε· ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων
„ τοῦ σπεῖραι.

„ Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν ὁ μὲν
„ ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ἦλθε τὰ πε-
„ τεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν
„ αὐτό.

„ Ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες,
„ ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλὴν, καὶ εὐ-
„ θέως ἐξανέτειλε διὰ τὸ μὴ ἔχειν βά-
„ θος γῆς.

„ Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος, ἐκαυ-
„ ματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν,
„ ἐξηράνθη.

3. Audite: ecce exijt seminans
„ ad seminandum.

4. Et dum seminat aliud ce-
„ cidit circa viam: & venerunt
„ volucres cœli, & comederunt
„ illud.

5. Aliud verò cecidit super pe-
„ trosa, ubi nõ habuit terrã multã,
„ & statim exortum est, quoniam
„ non habebat altitudinem terræ.

6. Et quando exortus est Sol,
„ exæstuavit, & eo quòd non ha-
„ bebat radicem, exaruit.

7. Et

7. Et aliud cecidit in ſpinas: & „ aſcenderunt ſpinæ,& ſuffocave- „ runt illud, & fructum non de- „ dit.

8. Et aliud cecidit in terram „ bonam:& dabat fructum aſcen- „ dentem & creſcentem, & affe- „ rebat unum triginta, unum ſe- „ xaginta, & unum centum.

„ Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὰς ἀκάνθας, „ καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, & συνέπ- „ νιξαν αὐτό, καὶ καρπὸν οὐκ ἔδω- „ κε.

„ Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὴν „ καλὴν, καὶ ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνον- „ τα καὶ αὐξάνοντα, ἔφερεν ἓν τριά- „ κοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκα- „ τόν.

TOLOSANI. Non exijt per localem diſtantiam qui ubiq; adeſt præſens & omnia implet Deus:ſed reſpectu noſtri & aſſumptione humanæ naturæ. Per incarnationem videlicet admotus eſt nobis. quoniam enim ingredi ad ipſum nos minimè poteramus, peccatis obſtantibus noſtris,& aditũ obſtruentibus, ipſe ad nos egreſſus eſt.quid autem ſeminaturus exijt? Profectò doctrinam ſacram. Semen igitur doctrinam vocat; arva autem, hominum animas. Ac ſementis quidem aliqua pars ſecus viam cecidit: alia ſupra petroſa: alia in ſpineta: alia denique in terram bonam. Ita quarta dũtaxat ejus pars ſucceſſum habuit:neq; id ex æquo. Hæc porrò dicit, ut ſignificet ſe facere indiſcretam & facilem paſſim omnibus copiam orationis ſuæ, atque colloquij: nulla differentia habita, ſubtilive diſtinctione auditorum facta, perfectiorum imperfectiorumve; ſed ſine diſcrimine jactare ſemen. Quale porrò iſtud eſt ſemen quod ſeminaturus Salvator exijt? non utique Moſis aut Prophetarum; ſed ſuum ipſius: hoc eſt, evangelicam doctrinam. Iam horum ſeminum aliud cecidit in animam à multis conculcatam & quaſi prætereuntium ultro citroq; continuò tranſitu tritam. In hoc

ΤΟΛΩΣ. Οὐκ ἐξῆλθε κατὰ τοπικὴν διάστασιν ὁ πανταχοῦ ὢν Θεὸς καὶ τὰ πάντα πληρῶν· ἀλλὰ σχέσει καὶ τῇ πρὸς ἡμᾶς οἰκονομίᾳ· ἐγγύτερον γὰρ ἡμῖν ἐγένετο διὰ τῆς σαρκώσεως· ἐπειδὴ γὰρ ἡμεῖς οὐκ ἠδυνάμεθα εἰσελθεῖν· τῶν ἁμαρτημάτων κωλυόντων ἡμᾶς, καὶ ἀποτειχιζόντων τὴν εἴσοδον· αὐτὸς ἦλθε πρὸς ἡμᾶς· τί δὲν ἐξῆλθε σπείρων; ἢ δῆλον ὅτι τῆς εὐσεβείας λόγον· καὶ σπόρον τὴν διδασκαλίαν λέγει· ἀρούρας δὲ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς. Καὶ ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, ὃ δὲ παρὰ τὴν πέτραν, ὃ δὲ ἐπὶ τὰς ἀκάνθας· ὃ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν, τέταρτον μέρος σωθέν· καὶ τοῦτο ἐπ' ἴσης. ταῦτα δὲ λέγει δηλῶν ὅτι μὴ ἀφθονίας ἅπασι παρατίθησι· καὶ διαιρῶν τοὺς ἀκροατὰς τελειοτέρους καὶ ἀτελεῖς· καθάπερ ὁ σπείρων δὲ τὴν ὑποκειμένην διαιρεῖ γῆν· ἀλλ' ἀδιακρίτως βάλλει τὸ σπέρμα· ποῖον δὲ σπόρον ἐξῆλθε σπείρων ὁ Σωτήρ; δῆλον Μωσέως δὲ ὢν τῶν προφητῶν· ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ, τουτέστι, τὸν εὐαγγελικὸν λόγον. τῶν δὲ σπερμάτων ὃ μὲν ἔπεσεν εἰς ψυχὴν κατατεπατημένην ὑπὸ πολλῶν· καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτό· τουτέστι δαίμονες ἐν τῷ ἀέρι διατρίβοντες. τοιοῦτοι γὰρ ἀνθρωπάρεσκοι, ὁδὸς κατατεπατημένη ὑπὸ πολλῶν. ὁ μὲν γὰρ σπείρων ὡς εἰς ἀγαθὴν γῆν ἔσπειρε τὸν σπόρον. ἐκείνη δὲ πονηρὰ οὖσα φθείρει αὐτόν, ἄλλο δὲ πίπτει ὅτι γῆν πέτρωδη. ὅτοι δὲ εἰσιν οἱ ῥαδίως

ῥαδίως δεχόμενοι τὸν λόγον εἶτα ἀποπτυοντες. καὶ ἄλλο εἰς ψυχὴν ἔμφροντιν. ἄκανθαι γὰρ αἱ φροντίδες εἰσί. τὸ δὲ τέταρτον εἰς γῆν ἀγαθήν. ὀλίγα γὰρ τὰ ἀγαθὰ, καὶ οἱ σωζόμενοι ὀλίγοι διὰ τοῦτο τὸ τέταρτον μέρος εὑρίσκεται διασωθέν. τοῖς οὖν μαθηταῖς ἐρωτήσασιν αὐτὸν κατ' ἰδίαν. φησὶ ὅτι τὰ πρὸς διδασκαλίαν συντείνοντα τοῦ κηρύγματος μαθήσεσθε καὶ τῶν παραβολῶν τὴν σαφήνειαν. πρὸς δὲ τούτους, τουτέστι τοὺς Ἰουδαίους, διὰ παραβολῶν κέχρημαι τῇ διδασκαλίᾳ, ἐπεὶ μηδὲ ἄξιοί εἰσι διὰ τὴν κακίαν τοῦ τρόπου· ἐτύφλωσε γὰρ αὐτοὺς ὁ Θεὸς· ἵνα μὴ πρὸς πλείονα κατάκρισιν αὐτῶν εἴη τὸ νοεῖν, μὴ πραττόντων τὰ δέοντα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἑρμηνεύεται τοῦ σπείροντος παραβολὴ παρὰ τῷ Ματθαίῳ καὶ παρὰ τῷ Λουκᾷ· ἀλλ' ὅπως μὴ δόξω παραλειμπάνειν ὡς ἐν βραχεῖ λεχθήσεται· ἐπεὶ ἦν ἐκεῖ παραπέμψαι τοὺς ἐντευξομένους. ἑρμηνευθήσεται δὲ ἐν τῇ τοῦ Κυρίου πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀποκρίσει περὶ αὐτῆς.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Πρώτην ταύτην παραβολὴν τίθησι ποιοῦσαν τὸν ἀκροατὴν προσεκτικώτερον. ἐπειδὴ γὰρ αἰνιγματωδῶς ἤμελλε διαλέγεσθαι διὰ τὸ εἶναι καὶ Γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους ἀναμεμιγμένους τῷ πλήθει, διανίστησι τὴν διάνοιαν τῶν ἀκουόντων πρῶτον διὰ τῆς παραβολῆς πρὸς τούτοις καὶ ἵνα ἐμφατικώτερον τὸν λόγον ποιήσῃ, ἐν παραβολαῖς φθέγγεται, καὶ ἵνα πλείονα τὴν μνήμην ἐνθῇ καὶ ὑπ' ὄψιν ἀγάγῃ τὰ πράγματα. οὕτως καὶ οἱ προφῆται ποιοῦσιν. ἀνοίγει οὖν ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνὴν, καί φησιν, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν. πόθεν ἐξῆλθεν ὁ πανταχοῦ παρὼν, ὁ πάντα πληρῶν; οὐ τόπῳ, ἀλλὰ σχέσει καὶ οἰκονομίᾳ τῇ πρὸς ἡμᾶς ἐγγύτερος ἡμῖν γενόμενος διὰ τῆς κατὰ τὴν σάρκα παραμονῆς. ἐπειδὴ γὰρ εἰσελθεῖν οὐκ ἠδυνάμεθα,

involarunt volucres cœli, & illud comederunt. Hæ volucres sunt dæmones in aëre commorantes. Animæ verò illæ vestigijs omniũ impressæ instar viæ militaris, sunt eorum qui supra modum student hominibus placere. At seminator quidem, quantum in ipso est, terram omnem bonam putat, & ex æquo in quamlibet sementem iacit: illa verò improba & pestilens susceptam corrumpit. Partim ea siquidem petrosa est. qua significantur ij qui facilè ac festinè credunt & nomen profitentur; facilè autem & postea fidem fallunt & sacra ejerant leviter suscepta. Aliquando sacra doctrina in animam sæculi sollicitudinibus obsitam incidit. hanc enim adumbrat spinosa terra. Quarta demum pars in bonum & optimum solum pervenit: rara enim semper bona sunt & pauci electi: cujus in signum rei quarta dumtaxat sementis portio frugem facit. Discipulis deinde seorsim percontantibus, quid sibi hæc vellent? ait: vos quidem quibus rectè, utpote dignis, committi possunt etiam intima, atque arcana doctrinæ sacræ, quæ ad ejus plenam cognitionem faciunt, qualem esse in prædicatoribus convenit, audietis à me parabolarum enarrationem. Iudæos autem per parabolas docebo. quoniam propter malitiam morum indigni sũt quibus loquar apertius. Excæcavit autem ipsos Deus, ne ad majorem condemnationem suam nova discerent, qui olim notis ad rectè agendum non uterentur.

ANONYMI. Interpretatio Parabolæ seminãtis apud Matthæum & Lucam extat. De illa tamen hic

quoque

quoque breviter dicetur, ne præterijsse videamur. alioqui licebat eò remittere Lectorem. Interpretabimur autem ubi Domini Discipulis respōdentis verba reddemus.

VICTORIS ANTIOCH. Primam hanc ponit Parabolam, attētiorem ad cætera reddituram Auditorem. quoniam enim ænigmaticè locuturus erat, propter Scribas & Pharisæos immistos concioni, excitat mentes audientium à principio, accomodata ad talem effectū parabola. Ad hæc ut significantiorem sermonem faciat, in parabolis loquitur, utque tenaciorem signis additis memoriam reddat: postremò ut sub aspectum res ipsas statuat. Sic & Prophetæ faciunt. Aperit igitur in parabolis os suum, iuxta verbum Psallentis: & ait: *Exijt qui seminat seminare.* unde exijt qui ubique præsens est, qui implet omnia? Non loco, sed habitu, & assumpta carne nobis propior factus, processit. quia enim ingredi nos ad eum nequibamus, peccatis aditum obstruentibus, ipse ad nos venit. Exijt igitur seminare doctrinam Religionis. semen enim hic doctrinam vocat. arvum autem animas hominum. *Et aliud quidem cecidit secus viam.* non dicit se projecisse, sed ipsum cecidisse. aliud supra petram, aliud in spinas, aliud in terram bonam. quarta igitur dumtaxat pars proficit. at neque hæc ex æquo fructificat. sed & hic multa est differentia. Hæc dixit, significans, abundanter omnia explicata. Sicut qui seminat non discernit subjectam terram: sed simpliciter & sine discrimine jacit semina. sic & ipse omnibus disseruit, suas implens partes, etsi previderet

τῶν ἁμαρτημάτων διατειχιζόντων ἡμῶν τὴν εἴσοδον, αὐτὸς ἔρχεται πρὸς ἡμᾶς. ἐξῆλθεν οὖν σπεῖραι τὴν τῆς εὐσεβείας λόγον. σπόρον γὰρ ἐνταῦθα τὴν διδασκαλίαν φησίν, ἀρούραν δὲ τῶν ἀνθρώπων τὰς ψυχάς. καὶ ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν. οὐκ εἶπεν ὅτι αὐτὸς ἔρριψεν, ἀλλ' ὅτι ἔπεσεν· ὃ δὲ παρὰ τὴν πέτραν· ὃ δὲ ἐπὶ τὰς ἀκάνθας· ὃ δὲ ἐπὶ γῆν τὴν καλήν. τέταρτον οὖν μέρος ἐσώθη· καὶ οὐδὲ τοῦτο ἐπίσης καρποφορεῖ. ἀλλὰ κἀνταῦθα πολλὴ ἡ διαφορά. ταῦτα δὲ ἔλεγε, δηλῶν ὅτι μετ' ἀφθονίας ἅπαντα διελέγετο. καθάπερ ὁ σπείρων οὐ διαιρεῖ τὴν ὑποκειμένην γῆν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ἀδιακρίτως βάλλει τὰ σπέρματα· οὕτω καὶ αὐτὸς ἅπασι διελέγετο, τὰ παρ' ἑαυτοῦ πληρῶν, καίτοι προειδὼς τὰ ἐσόμενα· ἵνα λέγῃ, τί ἐμὲ ἔδει ποιῆσαι καὶ οὐκ ἐποίησα; καὶ οἱ μὲν προφῆται ὡς περὶ ἀμπέλου διαλέγονται τῷ δήμῳ, οὗτος δὲ ὡς περὶ σπόρου, δηλῶν ὅτι ταχεῖα νῦν ἅπασιν ὑπακοὴ καὶ εὐκολωτέρα, καὶ εὐθέως ἐν καρπὸν δώσει. ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων σπεῖραι, μὴ ταυτολογίαν νομίσῃς. ἐξέρχεται γὰρ πολλάκις ὁ σπείρων, καὶ ἐφ' ἕτερον πρᾶγμα, ἢ ἀνανεῶσαι, ἢ τὰς πονηρὰς ἐκταμεῖν βοτάνας, ἢ ἄλλο τι ἐπιμελήσασθαι· αὐτὸς δὲ εἶπε, τοῦ σπείραι. πόθεν οὖν δὲ πλέον ἀπωλέσατο τοῦ σπόρου; οὐ παρὰ τὸν σπείροντα, ἀλλὰ τὴν ὑποδεχομένην γῆν, τοῦτ' ἔστι, παρὰ τὴν ἀκούουσαν ψυχήν. καὶ τί δήποτε οὐ προφανῶς φησι τοῦτο; ὅτι οὐ βούλεται αὐτῶν σφόδρα καθικέσθαι, ὥστε μὴ εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλλειν, ἀλλὰ καταλειμπάνει τῷ συνειδότι τῶν ἀκουόντων τὴν ἔλεγχον. ταύτην δὲ λέγει τὴν παραβολὴν τοὺς μαθητὰς ἀλείφων καὶ παιδεύων, κἂν πλείους τῶν δεχομένων λόγον οἱ ἀπολλύμενοι ὦσι, μὴ καταπίπτειν. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ δεσπότου σου τοῦτο γέγονε· καὶ ὁ πάντα προειδὼς ἐπιστάμενος ταῦτα ἔσεσθαι, οὐκ ἀπέστη τοῦ σπόρου· καὶ ὁ μὲν γεωργὸς εἰκό-

τως

τως ἂν ἐγκαλοῖτο ὅπου δήποτε ῥίπτων τὸν σπόρον. ὁ δὲ διδάσκαλος πολὺν σχοίη τὸν ἔπαινον. ὁ μὲν γὰρ γεωργὸς εἰκότως ἂν ἐγκαλοῖτο τοῦτο ποιῶν· οὐ γὰρ ἀγνοεῖ τὴν πέτραν, οὐδὲ τὴν ὁδὸν, οὐδὲ τὰς ἀκάνθας. ἐπὶ δὲ τῶν λογικῶν οὐχ οὕτως. δυνατὸν γὰρ τὴν πέτραν μεταβληθῆναι καὶ γίνεσθαι γῆν λιπαρὰν, καὶ τὴν ὁδὸν μηκέτι καταπατεῖσθαι μηδὲ προκεῖσθαι τοῖς περιοῦσιν ἅπασιν, ἀλλ' ὡς ἄρουραν πίονα γίνεσθαι, καὶ τὰς ἀκάνθας ἀφανισθῆναι καὶ πολλῆς ἀπολαύειν ἀδείας τὰ σπέρματα. εἰ γὰρ μὴ ἐξῆν, οὐκ ἂν ἔσπειρεν οὕτως. σὺ δέ μοι σκόπει, ὅτι οὐ μία τῆς ἀπωλείας ἡ ὁδὸς, ἀλλὰ διάφοροι· καὶ μὲν γὰρ τῇ ὁδῷ ἐοικότες καὶ ῥάθυμοι καὶ ὀλίγωροι· καὶ δὲ τῇ πέτρᾳ, ἀσθενέστεροι μονονουχὶ μηδενὸς ἐπηρεάσαντος τὴν διδασκαλίαν μαρανθῆναι, πόσῳ μᾶλλον καὶ πειρασμῶν ἐπικειμένων. οἱ δὲ τοῖς ἀκάνθαις, πολλῷ τούτων ἀσυγγνωστότεροι. ὑστέραν δὲ τίθησι τὴν καλῆν οὐκ ἀφιεὶς ἀπογνῶναι, ἀλλὰ διδοὺς ἐλπίδας. σκόπει δὲ πῶς ὁ μὲν γεωργὸς εἷς καὶ τὰ σπέρματα τὰ αὐτὰ, τοῖς δὲ παρὰ τὴν φύσιν ἡ διαφορὰ, τοῦτ' ἔστι παρὰ τὴν γνῶσιν· πολλὴ δὲ ἡ φιλανθρωπία τοῦ γεωργοῦ, ὅτι καὶ τοὺς πρώτους ἀποδέχεται, καὶ τοὺς δευτέρους οὐκ ἐκβάλλει, καὶ τοῖς τρίτοις δίδωσι χώραν.

quæ futura erant: ut verè diceret: *Quid me oportuit facere, & non feci?* Ac Prophetæ quidem de populo tamquam de vinea loquuntur, ipse verò tamquam de arvo. significans nunc celeriorem & expeditiorem quàm prius verbi per obedientiam proventum: & ut arvum citius messem ex semine accepto, quàm vinea plantata vindemiã reddit; ita maturiùs evangelicæ, quàm Propheticæ prædicationis edendos fructus. Porrò cùm audis: *Exijt qui seminat seminare*, ne supervacaneam repetitionem arbitreris: determinatur enim hac loquẽdi forma unus exitus è multis. Siquidem qui semel seminavit, idem sæpiùs exit alia de causa. ut renovet, ut malas exscindat herbas, ut aliud ejus generis utilitet procuret. Nunc verò cũ, ut ipse ait, seminãdi gratia exierit, qui factum est ut tã malè ipsi succederet quòd optabat, majori seminis parte corrupta? non culpa utique serentis, sed terræ vitio semen excipientis, hoc est animæ audientis verbum. quamobrem autem non hoc ipsũ clarè dicit? quia non vult ipsos vehementiùs pungere, ne in desperationem conjiciat, sed suæ cujusque conscientiæ sui convictionem admonitionemque permittit. Hanc porrò affert parabolam, Discipulos præmuniens & docens: haudquaquam despondere animum etsi plures in errore obstinati pereant, quàm verbum excipientes salvi fiant. quasi solatium hoc in tali casu cuique suggerat: & Domino tuo idem contigit. Et tamen is omnium præscius, non destitit seminare, quantumvis nosset ea sic eventura. Sanè Agricola quidem meritò argueretur eò temerè semen jaciens unde non sit frugem daturum. Doctor tamen ex hoc ipso laudem meretur non exiguam. cujus discriminis hæc est ratio: Agricola petram videt, & viam, & spinas. Prædicator autem minimè ista conspicit humanis oculis, quippè intus in animarum quas alloquitur intima conscientia, atque arbitrio latentia. quin si videret, non posset divinare utrum ea in posterum sic mansura essent. Potest enim petra mutari in terram pinguem. & via non amplius conculcari, aut jacere transeunti

cuivis expoſita. ſed non minus quàm arvum opima fieri: poſſunt quoque ſpinæ avelli abijcique; ac ſic ſeminibus in hæc tria infeſta loca lapſis, ſecura facilitas fructificandi dari. niſi enim id ſperare liceret, haudquaquam ita promiſcuè, indiſcreteque ſemen ſparſiſſet. Tu autem mihi conſidera non unum, ſed plures ac diverſos eſſe modos excidendi à ſalute. viæ comparantur deſides ac negligentes. ſemen verò in petram cadens, ſunt debiles in fide; adeò per ſeſe fluxi, ut penè ſine ulla cauſarum adverſantium impreſſione, germen doctrinæ jam in corde ipſorum natum & fruticans ſinant marceſcere. quantò autem magis id præfocabunt extirpabuntque funditus vehementiùs ingruentes perſecutiones? qui per ſemen in ſpinas incidens deſignantur, multò etiam ſunt illis ſuperioribus inexcuſabiliores. Mentio his ſubjuncta terræ eò pertinet, ut priores illos à deſperatione revocet, ſpe illis inſpiranda pœnitentiæ, qua reduci ad bonam frugem poſſunt. Illud quoque conſidera: unum eſſe Agricolam, unum idemque genus ſeminum omnium: differentiam penes fructificationem eſſe: hoc eſt penes fidem ac notitiam. Multa porrò eſt benignitas Agricolæ tres gradus profectuum in ſegete æqui bonique conſulentis: & ſic excipientis primos, ut ſecundos non repellat: quin & tertijs quoque locum relinquat.

9. Et dicebat, Qui habet aures
„ audiendi, audiat.

„ Καὶ ἔλεγεν, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν,
„ ἀκουέτω.

ANONYMI. Qui habet, inquit, aures tales, ut non ſolùm audiat, ſed & intelligat quæ dicuntur, hic audiat.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ ἔχων, φησὶν, ὦτα τοιαῦτα, ὥστε μὴ μόνῳ ἀκούειν, ἀλλὰ καὶ συνιέναι τὰ λεγόμενα, ὅτῳ ἀκουέτω.

10. Et cùm eſſet ſingularis, in-
„ terrogaverunt eum hi, qui cum
„ eo erant duodecim, parabolam.
11. Et dicebat eis, Vobis datũ
„ eſt noſſe myſterium regni Dei:
„ illis autem, qui foris ſunt, in pa-
„ rabolis omnia fiunt.

„ Ὅτε δὲ ἐγένετο κατὰ μόνας ἠρώ-
„ τησαν αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν, σὺν τοῖς
„ δώδεκα τὴν παραβολήν.
„ Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, ὑμῖν δέδοται
„ γνῶναι τὸ μυστήριον τῆς βασιλείας τοῦ
„ Θεοῦ, ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω ἐν παρα-
„ βολαῖς τὰ πάντα γίνεται.

VICTORIS ANTIOCH. Cũ dixiſſet ſuperiùs Evangeliſta: *Et dicebat illis in doctrina ſua*, propriũ hunc ipſi, & non alienum oſtendit eſſe ſermonem. ut jam eum tamquam rem ſuam communicare cui vult poſſit, & Diſcipulis dicere: quoniam vos digni eſtis omnia diſcere quæ ad doctrinam, quã præ-

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Εἰπὼν ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, ἴδιον αὐτοῦ τὸν λόγον ἐδείξε καὶ οὐκ ἀλλότριον. Ἵνα εἴπῃ, ὅτι ὑμεῖς ἄξιοι ὄντες ἅπαντα μαθεῖν τὰ πρὸς διδασκαλίαν συντείνοντα τοῦ κηρύγματος, μαθήσεσθε καὶ τὴν παραβολὴν τὴν σαφήνειαν· πρὸς δὲ τούτοις μὴ παραβολὴν κέχρηται τῇ διδασκα-

λίᾳ.

λίᾳ· ἐπειδὴ μηδὲ ἄξιοι μαθεῖν εἰσι, διὰ τὴν κακίαν τοῦ προσώπου· μὴ παρέχοντας γὰρ τοῦ νόμου, οὐ ἔλαβον, τὴν ὑπακοὴν, οὐ δίκαιον κρῖναι τοῦ καινοῦ λόγου μεταχεῖν, ἀλλ' ἑκατέρων ἀφαιρεθῆναι. ἦν μὲν γὰρ τῷ νέῳ καὶ ὁ παλαιός· ὅπου δὲ ὁ νέος οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ὁ παλαιὸς ἔτι χώραν ἔχειν δυνάται. δείκνυσιν οὖν τῷ παραδείγματι τῶν ὑπηκόων μαθητῶν ὅτι δι' ἀντιλογίαν ἀνάξιοι τῆς σαφοῦς διδασκαλίας οἱ λοιποί. Ὃ δὲ ὅλως λαλεῖν διὰ παραβολῶν, καὶ μὴ παντελῶς ἀποσιωπᾷν, ἐπιδείκνυσιν ὅτι τοῖς μὴ προσιοῦσι πλησίον τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ εἰ φανείη τὸ ἀγαθὸν δι' ἑαυτοῦ, ἀμυδρῶς μᾶλλον ἢ ἐναργῶς φαίνεται. ὥσπερ καὶ σωματοειδῶς τοῖς πόῤῥωθεν ἑστῶσι, σαφῶς οὐ καταλαμβάνεται.

dicare debetis spectant, audietis & parabolarum interpretationē. Ad hos autem docendos adhibebo parabolas; quoniam digni non sunt quibus clarè doctrina proponatur, propter improbitatem oris. sanè cùm Legi quam acceperunt, obedientiam non præstiterint, haud rectè judicetur esse ijs committendam Legem novam; sed potiùs utraque ipsos ex æquo privandos. In nova quippè Lege Lex quoque vetus est, quare unde nova excluditur, ibi ne veteri quidem locum esse posse putandum est. Ostendit igitur exemplo ac tacita comparatione obedientium Discipulorum, illos alios ob contradicendi contumaciam indignos esse quibus perspicuè sacra dogmata declarentur. quòd autem loquitur tamen per parabolas, nec omninò silet, ostendit: Eos qui bono non se admovent quā possunt proximè, etsi objectum oculis id verè habeant, tamen haud liquidam ipsis ejus speciem, sed turbidam confusamque apparere. ut corporis extra naturalem visus sphæram procul stantis, incerta minimeque distincta visio est.

„ Ἵνα βλέποντες βλέπωσι καὶ μὴ
„ ἴδωσι· καὶ ἀκούοντες ἀκούωσι καὶ μὴ
„ συνιῶσι. μήποτε ἐπιστρέψωσι καὶ ἀφε-
„ θῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα.

12. Vt videntes videant & nō
„ videant: & audientes audiant &
„ non intelligant: nequādo cōver-
„ tantur, & dimittātur eis peccata.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ ὁ σαφὴς καὶ δίχα ἐπικρύψεως λόγος οὐ μόνον οὐκ ὠφέλει ἀλλὰ καὶ ἠδίκει. ἐβλασφήμουν γὰρ τὰ λεγόμενα· λοιπὸν γέγονεν ἀναγκαῖος ὁ ἐν παραβολαῖς λόγος ἵνα βλέποντες μὴ ἴδωσι καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσιν, ὥσπερ τοῦτο ἐπιτηδεύοντος μήποτε ἐπιστρέψωσι καὶ ἀφεθήσεται αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν. ἐκ γὰρ τοῦ μετ' ἐπικρύψεως λόγου οἱ μὲν ἄπιστοι οὐκ ἐβλάπτοντο μὴ νοοῦντες τὰ λεγόμενα· οἱ δὲ πιστοὶ ἐρωτῶντες ἐμάνθανον.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Εἶτα καὶ τῇ ἐπαγωγῇ τῆς προφητικῆς φωνῆς τὴν

ANONYMI. Quandoquidem clara & extra omnem obscuritatis umbram in aperta luce proposita doctrina, non solùm ipsis non prodesset, sed etiam noceret (Inde enim occasionem blasphemādi, auditis adversando, sumerent) ideo necessarius fuit parabolis involutus sermo, ut videntes non viderent, & audientes non intelligerent. tamquam id ageret data opera, ne quando converterentur, & dimitterentur ipsis peccata sua. Sanè ex operto sermone neque in-

damnum accipiebant, cùm non intelligerent; nec fraudi credentibus ea res erat, quippè qui facili interrogatione veritatem à Magistro eliciebant.

VICTORIS ANTIOCHENI. Consequenter adductione propheticæ vocis malitiam ipsorum arguit, ut longè ante prædictam. *Videntes enim non vident* &c. Videre quidem ipsis inerat à gratia ejus, qui apparebat eis: non videre autem contingebat ipsis ex eo quod suos ipsi oculos clauderent, & dissimularent sè videre. Similiter & non audire inde erat, quòd nollent intelligere quæ dicebantur, non curando & contemnendo illa. unde continget ipsos nõ liberari à suis peccatis; sed abhorrere à propria salute.

κακίαν αὐτῶν ἐλέγχει, ὡς πόῤῥωθεν κηρυττομένην. βλέποντες γὰρ οὐ βλέπουσι, καὶ τὰ ἑξῆς. ὃ μὲν οὖν βλέψαι ὑπῆρχεν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ ὀφθέντος· ὃ δὲ μὴ ἰδεῖν συμβέβηκεν ἀπὸ τοῦ αὐτοὺς μῦσαι τοὺς ἑαυτῶν ὀφθαλμοὺς, καὶ προσποιηθῆναι μὴ βλέπειν· ὁμοίως δὲ καὶ ὃ μὴ ἀκοῦσαι ἀπὸ τοῦ μὴ βούλεσθαι συνιέναι τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ καταφρονεῖν τῶν λεγομένων. καὶ οὕτως συμβήσεται αὐτοῖς ὃ μὴ ἀπαλλαγῆναι τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, ἀλλ' ἀντιπαθῶς ἔχειν πρὸς ἑαυτῶν σωτηρίαν.

13. Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis.

„ Καὶ λέγει αὐτοῖς, οὐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην, καὶ πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθαι.

ANONYMI. Si hanc, inquit parabolã intellectu facilẽ ignoratis, quomodo intelligetis reliquas?

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰ ταύτην, φησὶ, παραβολὴν τὴν εὐσύνοπτον ἀγνοεῖτε, πῶς ἂν ἴδοιτε τὰς λοιπάς;

14. Qui seminat, verbum seminat.

„ Ὁ σπείρων, τὸν λόγον σπείρει.

EIVSDEM. Seminat quidem verbum Dominus & doctrinam in animas hominum: seminat autem & quæ supra legem sunt Evangelica oracula.

ΑΥΤΟΥ Σπείρει μὲν τὸν λόγον ὁ Κύριος τὴν διδασκαλίαν εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων· σπείρει δὲ τὰ ὑπὲρ τὸν νόμον εὐαγγελικὰ θεσπίσματα.

15. Hi autem sunt qui circa viam: ubi seminatur verbum, & cùm audierint, confestim venit Satanas & aufert verbum quod seminatũ est in cordibus eorũ.

„ Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν, ὅπου σπείρεται ὁ λόγος, καὶ ὅταν ἀκούσωσιν, εὐθέως ἔρχεται ὁ σατανᾶς, καὶ αἴρει τὸν λόγον τὸν ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίαις αὐτῶν.

EIVSDEM. Qui secus viã sunt duri corde, quasi dixeris inarati, nec excipientes intra sese divinam doctrinam. Tales sunt viæ duræ, quod ab omnibus conculcentur.

ΑΥΤΟΥ. Οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν εἰσιν οἱ σκληροὶ τὴν καρδίαν καὶ οἷον ἀνήροτοι καὶ οὐ παραδεχόμενοι τὴν θείαν διδασκαλίαν· τοιαῦται γὰρ αἱ ὁδοὶ σκληραὶ διὰ τὸ ὑπὸ πάντων πατεῖσθαι. ἀνάγκη οὖν τὰ ἐν

τὰ ἐν αὐταῖς βαλλόμενα σπέρματα, διὰ τὸ μένειν ἀκάλυπτα, διαρπάζεσθαι διὰ τῶν σπερμολόγων ὀρνέων, τῶν δὲ σκληρῶν ἀνθρώπων, ὑπὸ τῶν δαιμόνων.

Necesse igitur quæ in eas jaciũtur semina, quòd maneant inoperta, diripiantur ab avibus granivoris, sic verbum in duros homines cadens à dæmonibus rapitur.

„ Καὶ οὗτοί εἰσιν ὁμοίως οἱ ἐπὶ τὰ „ πετρώδη σπειρόμενοι, οἱ ὅταν ἀκούσωσι τὸν λόγον, εὐθέως μετὰ χαρᾶς „ λαμβάνουσιν.

16. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur: qui cũ audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud.

„ Καὶ οὐκ ἔχουσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς, „ ἀλλὰ πρόσκαιροί εἰσιν· εἶτα γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν „ λόγον, εὐθὺς σκανδαλίζονται.

17. Et non habent radicẽ in se, sed tẽporales sunt, deinde orta tribulatione & persecutione propter verbũ, confestim scandalizantur.

ΑΥΤΟΥ. Οἱ πετρώδεις ἄνθρωποι καὶ οὗτοι σκληροί τινές εἰσι καὶ ὀλιγόπιστοι, μικρὰν γῆν οἷον πίστεως ἔχοντες ἐπικειμένην αὐτοῖς. δέχονται οὖν ἐπιπολαίως τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἐν βάθει ψυχῆς· πειρασμοῦ δὲ καταλαμβάνοντος προδιδόασιν ἣν εἶχον ἐπιπόλαιον πίστιν.

EIVSDEM. Et hi lapidosi homines de genere durorũ sunt, modicæ fidei, haud multam terrã, hoc est fidem sibi superpositã habẽtes. Excipiunt autem verbũ superficie tenus, nec demittunt in profundũ animæ, unde tẽtatione superveniẽte produnt, absque abdicant quã habebant superficiariam fidem.

„ Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας „ σπειρόμενοι· οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες.

18. Et alii sunt qui in spinis seminantur: hi sunt qui verbum audiunt;

„ Καὶ αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου, „ καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, καὶ αἱ „ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰσπορευόμεναι συμπνίγουσι τὸν λόγον, καὶ „ ἄκαρπος γίνεται.

19. Et ærumnæ sæculi, & deceptio divitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur.

ΑΥΤΟΥ. Δικαίως ἀκάνθαις παρεικάζει τὰς τοῦ κόσμου μερίμνας. νύττουσι γὰρ τὴν ψυχὴν καὶ πρὸς ἑαυτὰς ἐπισπῶνται, καὶ ἔχειν ἐν αὐτῇ τὸν νοῦν παρασκευάζουσι, καὶ μηδὲν θεῖον μεριμνᾷν.

EIVSDEM. Meritò spinis cõparat sæculi curas: pungunt enim animam, & ad seipsas attrahunt; & ut mens ipsis defixa hæreat, nec quidquam divinum cogitet, efficiunt.

„ Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν „ καλὴν σπαρέντες, οἵτινες ἀκούουσι „ τὸν λόγον καὶ παραδέχονται καὶ „ καρποφοροῦσιν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν „ ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.

20. Et hi sunt qui super terrã bonã seminati sunt, qui audiunt verbum, & suscipiunt, & fructificant, unum triginta, unum sexaginta, & unum centum.

EIVS-

EIVSDEM. Verè arcta & anguſta eſt via ducens ad vitam: lata verò qua itur ad interitum. en etenim tres ordines aberrantium à ſcopo; & una dumtaxat claſſis ſalutem aſſequentium, & hæc trifariam diviſa. In ea qui tricenarium fructum ferunt hi ſunt, ut Gregorio videtur, qui metu ſupplicij virtuti ſtudent. qui ſexagies ſemen multiplicant, propter mercedem operantes. denique qui pro uno centum rependunt, ij qui virtutem amore virtutis exercent, non autem metu pœnæ aut ſpe remunerationis. Primi ſervis flagellari ſolitis ſimiles ſunt; ſecundi mercenarijs liberis: tertij filiis, nec metu nec pretio inductis ad agenda quæ Patri placét; ſed ſola caritate.

ΑΥΤΟΥ. Ἀληθῶς ὅτι στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαγοῦσα εἰς τὴν ζωὴν, πλατεῖα δὲ εἰς τὴν ἀπώλειαν. ἐν γὰρ τρισὶ τοῖς ἀποτυγχάνουσι τοῦ σκοποῦ· μία δὲ τῶν σῳζομένων· καὶ αὕτη διαιρεῖται· καὶ ὁ μὲ τὰ τριάκοντα ἐστὶν, ὡς Γρηγορίῳ δοκεῖ· οἱ διὰ κολάσεως ὑποπεδεύοντες τὴν ἀρετὴν· οἱ δὲ τὰ ἑξήκοντα, οἱ διὰ μισθὸν τοῦτο ποιοῦντες· ὁ δὲ τὰ ἑκατὸν, οἱ τοσοῦτοι τὴν ἀρετὴν ἀσπαζόμενοι· καὶ ὅτι διὰ φόβου ὅτι διὰ μισθὸν, ἀλλοις μὲν πολλοῖς ἔοικασιν οἱ τρόπῳ, μισθίοις δὲ ἐλευθέροις οἱ δεύτεροι, υἱοῖς δὲ οἱ τρίτοι, οἱ ὑπὲρ διὰ μισθὸν τὰ τῷ πατρὶ ἀρέσκοντα ποιοῦσιν, ἀλλὰ διὰ μόνην ἀγάπην.

TOLOSANI. Non una eſt ad interitum via: ſed multæ ac variæ. uti neque ad ſalutem quæ ducat, unica eſt. quòd ſi numero complecti ipſas velis, tres ferè omnes ſunt, tàm hæc, quàm illæ: tres inquam ad perniciem ferentes ad felicitatem totidem. Ex priori ordine primam terunt qui vitæ comparantur, pigri, incurioſi, ſupini, ac parùm attenti. Secundæ inſiſtunt per petram deſignati, infirmiores illi quidem quàm erat neceſſe, ſed tamen meliores paulò prioribus ſomnolentis illis & remiſſis. Tertiam qui ſequuntur ſpinarum indicati ſymbolo, multo inexcuſabiliores utriſque, molles ſunt & voluptarij, delicijs captandis intenti ſemper. Excipientium quoque ac ſervantium ſemen, tres item ordines sũt. Agit enim poſtea Salvator de bona terra, mutationis & pœnitentiæ ſpem dans peccantibus. innuenſque ipſis, fieri poſſe,

ΤΟΛΩΣΑΝΟΥ. Οὐκ ἔστι μία πάντων ἀπωλείας ἡ ὁδὸς· ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διαφοραὶ ὥσπερ ἄγαν καὶ τῆς σωτηρίας. εἰ δὲ βούλει καὶ ἀριθμῷ περιλαβεῖν αὐτὰς, τρεῖς εἰσὶν αἱ πᾶσαι τοιαῦται πορεῖαι. ὧν μὲν δὴ τῇ ἀρχῇ ἐοικότες, ῥᾳθυμοί τε εἰσι καὶ ὀλίγωροι καὶ ἀπροσέκτοι. οἱ δὲ τῇ πέτρᾳ· ἀνδρειότεροι μὲν, χρείττους δὲ τοῦ ῥαθύμειν· οἱ δὲ τῇ τῶν ἀκανθῶν τρίτοι πολλῷ τῶν ἄνω ἀσυγγνωστότεροι· ὑπνῳ δὲ εἰσιν αἱ τρυφηταὶ καὶ ταῖς σαρκικαῖς ἡδοναῖς ἀεὶ προσανέχοντες. τοῦ δὲ παραδεξαμένου καὶ διασωσαίσης ἀπορῶ ἕτεραι πάλιν πύξεις εἰσὶ τρεῖς· πίπτει γὰρ ὁ Σωτὴρ ὕστερον πάλιν παλαιὰ μὲν ἐλπίδα μετανοίας διδοὺς τοῖς ἁμαρτάνουσι· καὶ ὅτι δυνατὸν ἐστὶ μεταβάλλειν εἰς ταὐτὸν ἐκ τοῦ προειρημένου κακοῦ· τούτων δὲ τῶν ἐν τῇ καλῇ γῇ σπαρέντων ὁ μὲν ἔφερεν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα. ὁ μὲν φέρων ἑκατὸν τέλειος· καὶ ἀκέραιος δεξάμενος τὸν σπόρον· ὁ δὲ ἑξήκοντα μέσως πως ἔχων ἔχει· ὁ δὲ τριάκοντα μικρὸς μὲν ὅμως, πλὴν ὃ μὴ δυνάμενον ἐκφέρειν. Νοεῖται δὲ κἀ ὅπως· τούτων τοῦ εἰρημένου οἱ μὲν παρθένοι τυγχάνουσιν ὄντες ἐρημικοί· οἱ δὲ ἐν κοινοβίῳ· οἱ δὲ λαϊκοὶ καὶ γάμῳ συνεζευγμένοι. καὶ

πάντας

πάντας τοὺς τοιούτους ὡς καρποφοροῦντας δέχεται ὁ Θεός.

ut in hanc terræ bonæ ac fertilis qualitatem, ex priùs memoratis vitiis transferantur. Horum igitur in terram bonam missorum seminum unum quidem centum, alterum triginta, aliud sexaginta tulit. qui centum tulit, intelligendus homo est, qui ex audito verbo ad perfectionem absolutam profecit, & in omni officii ac virtutis genere summum gradum attigit. qui sexaginta, in mediocritate laudabili consistit. qui triginta, parvus quidem est: sed tamen juxta virtutem propriam contulit. Intelligitur & hoc modo: Horum qui commemorati sunt, Alii sunt Virgines & Solitarii: Alteri communem in cœnobiis vitam degunt: Tertii Laici connubio juncti, Quos omnes pro suo quemque modo fructum ferentes, Deus excipit.

„ Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην; οὐχ ἵνα ἐπὶ τὴν λυχνίαν ἐστιτεθῇ;

21. Et dicebat illis, numquid „ venit lucerna ut sub modio po- „ natur, aut sub lecto? nonne ut „ super candelabrum ponatur?

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ο βουλόμενος τὴν λύχνον ἐφαρμόζειν τοῖς τελειοτάτοις τοῦ Ιησοῦ μαθητῶν, δυσωπήσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν περὶ τοῦ Ιωάννου λελεγμένων· ὅτι ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων. ἀλλὰ καὶ τὸ, ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμὸς, ἀναφερόμενον ἐπὶ τῶν ἑκάστων οὖν πᾶσιν ἀνθρώποις. ἀλλ' ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι. καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι, πρὸς πάντας εἴρηται τοὺς μαθητὰς Ιησοῦ. φήσει τις οὖν ἐπὶ τὴν ἐνεστηκυῖαν ζωὴν ἀναφέρεσθαι τὸ εἰρημένον περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὴν ἀναφέντα λύχνον ἐν τῇ ψυχῇ λογικὸν κρύπτειν αὐτὸν, ἀλλ' ἐπιτιθέναι λυχνίᾳ· ἧς σύμβολον Μωσῆς ἐν τῇ σκήνῃ ἀπέθετο τοῦ μαρτυρίου. χρὴ οὖν τὴν λύχνον μὴ ὑπὸ τὴν μόδιον ὡς τοῦ σιτομετρίου· βλεπέτωσαν δὲ τὰς αὐγὰς τοῦ λύχνου ἐπικειμένου τῇ λυχνίᾳ καὶ εἰς φανερὸν τοῦ λόγου προαγομένου οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ πάντες τῆς ἐκκλησίας. ἀλλ' οὐδὲ ὑπὸ τὴν κλίνην τιθέασι τὴν λύχνον, ἔνθα τις ἀναπαύεται, οὐδὲ ἄλλου τινὸς σκεύους ὑποκάτω. τοῦτο γὰρ ὁ ποιῶν οὐ προνοεῖται τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὴν οἰκείαν, οἷς δεῖ προστίθεσθαι τὴν λύχνον. οἱ γὰρ

VICTORIS ANTIOCH. Qui voluerit lucernæ similitudinē quasi propriam adaptare perfectissimis Christi Discipulorum, vereor ut id nobis persuadeat, propter ea quæ de Ioanne dicta sunt: fuisse nempe illum *Lucernam ardentem, & lucentem*. Sed & illud: *Lucerna corporis tui est oculus* ad omnes homines, & singillatim ad unumquemque ipsorum refertur. Verùm illud: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes* &c. ad omnes dictum est Discipulos Iesu. Dicat igitur aliquis ad vitam in futurum informandam referri quod dictum est; de non abscondenda lucerna, hoc est rationis lumine, intra mentis intimæ secretum: sed proferenda in opus & exemplum; ac quasi attollenda in locum conspicuum, symbolicè designatū candelabro, quod Moses posuit in Tabernaculo testimonii. Oportet igitur lucernam non condi sub modium quasi demensi menstrui. Videant autem splen-

Ioa. v. 35

Luc. xi. 34.

Luc. xii 35.

ſplendores lucernæ impoſitæ candelabro univerſi qui in domo Eccleſiæ ſunt. Sed neque ſub lectum reponunt lucernam, ubi aliquis quieſcit, neque ſub alio quopiam vaſe. Id enim qui agat haud ſatis proſpicit ingredientibus domum, quibus apponere lucernam opus eſt. Nam qui lucernam accendunt & ponunt ſuper candelabrum ut luceat omnibus qui in domo ſunt; excitabunt domi degentes aſpectu ipſo ſplendentis luminis ad accendēdam pro ſe quemque propriam lucernam. Hæc igitur ſententia eſt eius, quod hic dicit Chriſtus: Ego quidem accendi lumen, ut autem illud ardere perſeveret, veſtri eſto ſtudii, non propter vos ipſos ſolùm; ſed propter eos quoque, qui ad huius ſplendoris participandam uſuram acceſſuri ſunt, & ad veritatem manuducendi. Si enim vos exacta diſciplina, ſancteque vixeritis, non poterunt maledicæ criminationes obumbrare vobis lampadem.

καίοντες τ λύχνον ⸂ πρὸς τ τ λυχνίαν ἵνα λάμπῃ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκείᾳ, προτρέψονται καὶ τοὺς ἐν τῇ οἰκείᾳ βλέποντας τ τοῦ λυχνὸς λαμπρότητα ⸂ αὐτοὺς καίειν τὸν ἑαυτῶν λυχνίαν. δυνάμει οὖν τοῦτό φησιν, ἐγὼ μὲν ἦψα τὸ φῶς, ὃ δὲ μείναι καὶ μένειν τ ὑμετέρας ἔστω σπουδῆς, οὐ δι' ἡμᾶς αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς μέλλοντας τ ἀληθείας χειραγωγεῖσθαι. ἐὰν γὰρ ὑμεῖς ἦτε μετ' ἀκριβείας ζῶντες, οὐ δυνήσονται αἱ κατηγορίαι συσκιάσαι ὑμῖν τὸν λαμπάδα.

21. Non eſt enim aliquid abſ-
„ conditum, quod non manifeſte-
„ tur: nec factum eſt occultum, ſed
„ ut in palàm veniat.

Οὐ γὰρ ἔστι τὸ κρυπτὸν, ὃ ἐὰν μὴ „ φανερωθῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, „ ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ.

EIVSDEM. Vbi nunc ſunt qui Chriſti virtuti diffidunt? Audiant hæc: & oraculi vim admirati, poteſtatem ejus adorent. Propter hoc enim attentiores faciens Auditores, ſubdit:

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ποῦ νῦν οἱ τῇ δυνάμει τοῦ Χριστοῦ ἀπιστοῦντες; ἀκουέτωσαν ταῦτα καὶ τ προφητείας τ δύναμιν ἐκπλαγήτωσαν προσκυνείτωσαν αὐτοῦ τ ἰσχύν. διὰ τοῦτο γὰρ ⸂ προσεκτικωτέρους ποιῶν τοὺς ἀκούοντας, ἐπιφέρει.

22. Si quis habet aures audien-
„ di audiat.

„ Εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέ- „ τω.

EIVSDEM. Reputa enim quãta promiſerit iis, qui ne in patria quidē regione noti erant, venturos eos in notitiam terræ ac maris; & uſq; ad fines Orbis progreſſuros, nõ fama ſolùm, ſed & beneficiorum cõferendorum efficacia.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐννόησον γὰρ ἡλίκα ὑπέσχετο τοῖς οὐδὲ ἐν τῇ χώρᾳ γνωρίμοις ὄσι τῇ αὐτῶν, ὅτι γῆ ⸂ θάλασσα αὐτοὺς εἴσεσθαι, ⸂ πρὸς τὰ πέρατα τ οἰκουμένης ἥξουσιν οὐ φήμη μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐνεργείας ἐνεργείᾳ.

24. Et dicebat illis, Videte
„ quid audiatis: In qua menſura

„ Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Βλέπετε τί „ ἀκούετε. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, με- τρηθήσεται

„ τρηθήσεται ὑμῖν, καὶ προστεθήσεται
„ ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν.
„ Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ,
„ καὶ ὃς οὐκ ἔχει καὶ ὃ ἔχει ἀρθή-
„ σεται ἀπ' αὐτοῦ.

ΑΥΤΟΥ. Βλέπετε τι ἀκούετε. νή-
φετε. πρὸς ὃ μέτρῳ τῆς ὑπακοῆς καὶ ἡ
γνώσις δοθήσεται, καὶ ὅσον ἂν βούλοισθε
τῆς σοφίας, ἐπισπάσασθε τῇ προθυμίᾳ.
ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε τοῖς ἀνθρώποις ἢ
χρηστὸν ἢ φαῦλον, μετρηθήσεται ὑ-
μῖν.

ΤΟΛΩΣ. Μετὰ τοὺς πόνους ἐν οἷς ὁ
μὲν ποιεῖ τριάκοντα ὁ δὲ ἑξήκοντα ὁ δὲ
ἑκατὸν· καὶ ἔτι μετὰ τὴν ἐρώτησιν τῶν
μαθητῶν καὶ διασάφησιν τῆς παρα-
βολῆς, καλῶς ἐπάγει λέγων· μή τι ἔρ-
χεται ὁ λύχνος ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον
τεθῇ, καὶ τὸ· οὐ γὰρ ἐστί τι κρυπτὸν ὃ οὐ μὴ
φανερωθῇ· οὕτω γὰρ ἡ παραβολὴ ἐλέχ-
θη· οὐχ ἵνα ἀσαφὴς μείνῃ, οὐδ' ἵνα κε-
κρυμμένη ᾖ, ὡς ὑπὸ μόδιον, ἀλλ' ἵνα
τοῖς ἀξίοις φανερωθῇ. βούλεται δὲ καὶ
τοὺς ἀποστόλους λαμπροὺς εἶναι κατὰ τὴν
ἑαυτῶν πολιτείαν· ὥσπερ γὰρ ὁ λύχνος
φησὶν εἰς τὸ λάμπειν τίθεται· οὕτως ἔσται
καὶ ὁ ὑμέτερος βίος πᾶσι περίβλεπτος.
οὐ γὰρ ἐν γωνίᾳ κάθησθε· ἀλλὰ λύχνος
ἐστέ· ὁ δὲ λύχνος οὐχ ὑπὸ κλίνην κρύπ-
τεται, ἀλλ' ἐν τῇ λυχνίᾳ τίθεται. ἵνα
φαίνῃ· οὐ γὰρ ἐστί κρυπτὸν ὃ οὐ μὴ φανερω-
θῇ. ἕκαστος γὰρ ἡμῶν ὅπερ ἂν πρά-
ξειε λεληθότως, φανερωθήσεται ἐνταῦθα,
καὶ πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ μέλλοντι.
εἶτα καὶ πρὸς νηφαλιότητα διεγείρων
τοὺς μαθητὰς, λέγει πρὸς αὐτούς. βλέ-
πετε τί ἀκούετε· μηδὲν ὑμᾶς διακρινέ-
τω. ἡλίκῳ γὰρ μέτρῳ προσοχῆς εἰσφέ-
ρετε, τηλικοῦτον δοθήσεται ὑμῖν καὶ τὸ
ὄφελος. καὶ γὰρ ὁ μὴ ἔχων προθυμίαν
καὶ σπουδήν, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσε-
ται ἀπ' αὐτοῦ· κἂν γὰρ μικρὸν σπινθῆρα
ἔχε τις ἢ γνώσεως ἢ ἀρρετῆς· ῥαθυμή-

„ mensi fueritis, remetietur vobis,
„ & adjicietur vobis qui auditis.
25. Qui enim habet, dabitur
„ illi: & qui non habet etiam
„ quod habet auferetur ab eo.

EIVSDEM. Videte quid audiatis: attendite: ad mensuram obedientiæ, notitia dabitur. & quantum sapientiæ volueritis, tantùm ad vos attrahite pari contentione prompti animi: qua enim mensura mensi fueritis hominibus bonum aut malum, remetietur idem & vobis.

TOLOSANI. Post labores in quibus unus triginta, alter sexaginta, alius centum efficit; præterea post interrogationem Discipulorum, & enarrationem Parabolæ, benè adjungit, dicens: *Numquid venit lucerna, vt sub modio ponatur?* Et illud: *non est enim aliquid absconditum quod non manifestetur*. Hunc enim ad modum propterea prodita expositaque parabola est, non ut ignota indeclarataque maneat, neque ut abscondita lateat, tamquam sub modio: sed ut ijs qui eius cognitione digni sunt, manifestetur. Vult autem Discipulos vita ac conversatione splendidos esse. ut enim lucerna, inquit, ad lucendum ponitur. sic extet oportet vita vestra latè omnibus conspicua. Etenim non in angulo sedetis; sed lucerna estis. Lucerna porrò non sub lecto absconditur, sed super candelabrum altè exponitur, ut luceat: *non enim est absconditum quod non manifestetur*. quidquid enim quivis nostrũ clam fecerit, id sanè palàm erit jam in hac vita, multò autem ma-

gis in futura. Deinde ad vigiliam attẽtã Discipulos excitãs, ait. *videte quid audiatis* nihil vos distrahat, animũve revocet. quantã enim mensurã attentionis afferetis, tantus vobis rependetur utilitatis modus. Etenim qui studium & diligentiam non adhibet, ab eo sanè etiam id quod habere videbatur, auferetur. Si, inquam, exiguam aliquis scintillam cognitionis aut virtutis nactus sit, desidiæ verò se dederit ac somnolentiæ, etiam illud ipsum minimum perdit.

Cῃ δ, ἀπόλλυσι καὶ αὐτόν.

26. E dicebat, Sic est regnum „ Dei, quemadmodum si homo „ iaciat sementem in terram.

27. Et dormiat, & exurgat „ nocte & die, & semen germi- „ net, & increscat dum nescit „ ille.

38. Vltro enim terra fructifi- „ cat, primũ herbam, deinde spicã, „ deinde plenũ frumentũ in spica.

29. Et cùm se produxerit fru- „ ctus, statim mittit falcem, quo- „ niam adest messis.

„ Καὶ ἔλεγεν, οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία „ τοῦ Θεοῦ· ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ „ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς.

„ Καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται νύκ- „ τα καὶ ἡμέραν, καὶ ὁ σπόρος „ βλαστάνῃ καὶ μηκύνηται ὡς οὐκ οἶ- „ δεν αὐτός.

„ Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ, „ πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα „ πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ.

„ Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς, εὐ- „ θέως ἀποστέλλει τὸν δρέπανον, ὅτι παρέστηκεν ὁ θερισμός,

TOLOSANI. Regnum Dei intellige providentiam ejus in nos, præsertim quam in Incarnatione monstravit; aut fidem in eum nostram. Homo quidem: ipse Deus est; propter nos videlicet homo factus. sementem verò jecit in terram, prædicationem Evangelii. videtur autem dormire, & expectare dum fruges ferant, qui exceperunt sementem; hoc est, salutarem sermonem. Exurgit autem nocte & die, ijs quas sua ipsi Providẽtia suggerit rationibus & modis excitans nos ad ferendum fructum. Nam quantumvis dormire videatur Deus, stat tamen, atque invigilat. exurgitque, tum nocte: quando scilicet tentationibus ad suam ipsius vigiliam nos excitat: tum etiam die: quando nimirum per consolationem pacemque, ac

ΤΟΛΩΣ. Βασιλείαν νόει μοι τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ ἡμᾶς οἰκονομίαν αὐτοῦ. ἢ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν. ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἐστιν αὐτὸς Θεὸς δι' ἡμᾶς τοῦτο γενόμενος. σπόρον δὲ ἔβαλεν ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα. Φαίνεται δὲ ὡς καθεύδων καὶ ἀναμένων τοὺς δεξαμένους τὸν σπόρον, τουτέστι τὸν σωτήριον λόγον. ἐγείρεται δὲ νύκτα καὶ ἡμέραν τοῖς τῆς προνοίας λόγοις διεγείρων ἡμᾶς πρὸς καρποφορίαν· εἰ γὰρ καὶ καθεύδειν δοκεῖ ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐγείρεται νύκτα μὲν, ὅταν διὰ τῶν πειρασμῶν εἰς τὴν αὐτοῦ ἐγρήγορσιν ἡμᾶς ἀνιστᾷ· ἡμέραν δὲ ὅτ' ἂν δι' εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς· διὰ τούτων γὰρ ὁ σπόρος βλαστάνει τε καὶ μηκύνεται· αὔξει δὲ ὁ σπόρος ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. καὶ γὰρ αὐτεξούσιοι ἐσμὲν καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τὸν τῶν σπόρον αὔξεσθαι ἢ μὴ· οὐ γὰρ κατὰ ἀνάγκην καρποφοροῦμεν. ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῶν πρῶτον χόρτον ἀνθοῦντες καὶ ὥσπερ ἀρχήν τινα ἐπιδεικνύντες τῶν

ἀγα-

ἀγαθῶν ἔργων καὶ οὔπω εἰς μέτρον ἐλθόντες τῆς κατὰ Χριστὸν ἡλικίας· ὅταν δὲ καὶ πρὸς πειρασμοὺς δυνώμεθα ἵστασθαι, στάχυν γεωργοῦμεν· ὁ γὰρ στάχυς καὶ γόνασι διαζώννυται καὶ ὄρθιος ἵσταται. εἶτα καὶ τέλειον σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ, ὅταν τέλειον ἔργον καρποφορῇ τίς. ὅταν δὲ παραδῶ τὸ θέρος· τότε τὸ δρέπανον συνάγει καὶ καρπόν· νόει μοι δὲ δρέπανον καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ, θερισμὸν δὲ καὶ τῆς συντελείας καιρόν.

gaudium animi, nos visitat. His enim quasi irrigationibus semen germinat & crescit. Increscit autem dum non sentit; seges inquam adolescit ipso non sentiente agricola. Etenim liberi sumus: & in nobis situm est, augeri ne velimus segetem; an non. non enim ex necessitate fructificamus. sed ex nobis velut primam herbam producentes; ac quasi initium quoddam edentes bonorum operum, at nondum in mensuram provecti staturæ, quæ secundùm Christum est, quando autem erecti stare adversus tentationes potuerimus, spicam jam formamus. Spica enim & geniculis stringitur, & erecta stat: Perfectum deinde triticum intra spicam absolvimus, quando perfectum opus reipsa quis exhibet. Cùm verò æstas opportunum messis tempus retulerit, tunc falx fruges demetit, & congregat. Falcem porrò intellige Dei verbum. Messem verò, consummationis sæculi momentum.

SCHOL. Verba illa: *velut primam herbam* &c. cautè legenda; & sic intelligenda, ut nihil revera sine gratiæ supernaturalis auxilio natura & liberum arbitrium possit producere bonum, & salutis æternæ meritum ullum habens.

ΘΕΟΔΟΡΟΥ ΜΟΨΟΥΕΣΤΙΑΣ. Βουλήματι ἡμετέρῳ ἐπιπρέπων ἐνταῦθα ὁ Σωτὴρ τὴν ἐργασίαν. ἵνα μὴ τὸ πᾶν αὐτὸς κατεργαζόμενος φαίνηται καὶ ἡμῶν ἀκούσιον ἔσται τὸ ἀγαθὸν· καὶ μὴ κατὰ προαίρεσιν ἡμετέραν· διὰ τοῦτο ἐπάγει· αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ· ἀλλ' οὐκ ἀνάγκης τρόπῳ· καρποφορεῖ δὲ ἡ γῆ πρῶτον χόρτον νόμῳ φύσεως· εἶτα στάχυν· ὅταν δὲ παραδῶ ὁ καρπὸς καὶ αἱ χῶραι λευκανθῶσι πρὸς θερισμὸν, ἐκτείνει τὸ δρέπανον ὁ καλὸς γεωργός, ἵνα συνάξῃ καὶ καρπὸν εἰς τὰς ἀποθήκας.

THEODORI MOPSVESTIÆ. Voluntati nostræ permittens hic Salvator operationem, ne totum ipse efficere videatur, nobisque involũtarium sit bonum, aliena vi obtrusum, non arbitrio & electione susceptum nostra propria; idcirco addit: *vltrò enim terra fructificat* ultrò, non quasi necessitate ac vi. *fructificat* autem *primùm herbam* lege naturæ; *deinde spicam*, Cùm autem provenerit fructus, & regiones albæ fuerint jam ad messem, extendit falcem bonus agricola, ut congreget fruges in horrea.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ μὲν βαλὼν καὶ σπόρον ἄνθρωπος ὁ Κύριός ἐστιν ὁ σπείρας τὸν λόγον ἐν τῇ γῇ· τί δὲ τὸ καθεύδειν βούλεται; ὁ καθεύδων ἐν ἡσυχίᾳ ἐστὶ, καὶ ἑαυτὸν δέ φησιν ἡσυχάζειν εἰς τὸ μὴ σωματικῶς μηδὲ αἰσθητῶς συνεῖναι ἢ συναναστρέφεσθαι ἡμῖν μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον· ἥξεται δὲ αὖθις· ὁ γὰρ κοιμώμενος καὶ ἀνίσταται καὶ ἐγείρεται νύκτα

ANONYMI. Qui jecit sementem homo, Dominus est qui seminavit verbum in terra. quid autẽ sibi vult quod additur de dormitione seminatoris? qui dormit, quiescit & cessat. sese igitur ait quiescere, per hoc significans se

nec corporaliter, nec sensibiliter præsentem adesse, ac conversari nobiscum, post reditum in Cœlos. Veniet autē rursus homo qui dormit, expergiscitur, *& exurgit nocte & die*. quod significat invigilare, atque imminere solicitè nobis, & semini suo in nos jacto Dominum, ut illud augeatur & multiplicetur. *Et semen germinet & increscat dum nescit ille. ultrò siquidē terra fructificat*. Illa verba: *dum nescit ipse*: conveniunt quidem homini ex quo parabola ducitur, prout ad literam sonant; Domino verò nonnisi spirituali intelligentia; in hunc sensum efferēda: Deus adeo quietè tranquilleque auget & promovet jactum in cor hominis semen, ut ejus incrementum omnes lateat. quandoquidem homines concepto semel penitùs in sese verbi Dei semine, in augmentū fidei proficiunt nemine cogente.

καὶ ἡμέραν. Ὃ ἐγείρεται νύκτα καὶ ἡμέραν δηλοῖ. Ὃ εἰ ὄντως ἡμῖν ἔφορον τὸν Κύριον καὶ εἰς τὸν ἑαυτοῦ σπόρον, ἵνα αὔξῃ καὶ πληθύνηται. καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ καὶ μηκύνηται ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ. Ὃ, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτὸς, ἐπὶ μὲν τῆς παραβολῆς καὶ τοῦ σπείραντος ἀνθρώπου ἁρμόζει· ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου οὕτως αὐτὸ νοήσεις. Ὃ οἷον ἡσυχῇ καὶ ἀταράχως αὔξειν καὶ προβαίνειν, ὡς λανθάνειν τὴν αὔξησιν ἅπαντας. ἐπειδὴ καὶ ἄνθρωποι ἅπαξ τὸν σπόρον τοῦ λόγου λαβόντες ἐφ' ἑαυτῶν εἰς τὴν ἐπίδοσιν προσκόπτουσι τῆς πίστεως, μηδενὸς ἀναγκάζοντος. πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, τὴν κατὰ μέρος τῆς πίστεως προκοπὴν τῷ ἀπὸ μικροῦ ἐπὶ τοῦ τελεῖν διὰ τοῦτο δηλοῖ. θερισμὸς δὲ ἡ συντέλεια τοῦ παρόντος αἰῶνος· δρέπανος, καὶ εἰς τοῦτο συστελλόμενοι ἄγγελοι. τότε δέ φησι γίνεσθαι τὸν θερισμὸν, ἤτοι τὴν συντέλειαν, ὅταν εἰς πάντας ἡ Χριστοῦ πίστις αὐξηθῇ καὶ πνευματικὸν ἐνέγκῃ καρπόν.

Primùm herbam, deinde spicam. fidei profectum, qui per partes fit, à parvo incipientem in perfectum desinentem, per hoc significat. Messis porrò est consummatio præsentis sæculi. Falx, qui ad hoc mittendi sunt Angeli. Tunc verò ajo futuram messem; hoc est, consummationem, quando in omnes Christi fideles aucta fuerit, & spiritualē fructū tulerit

SCHOL. In Græco pro τοῦ τελεῖν lego τὸ τελέιον.

VICTORIS ANTIOCH. Regnum Dei fidem in eum vocat, & persuasionem perpetrati jam adventus ejus in mundum per Incarnationem. Iuxta illud: *Appropinquavit Regnum cœlorum*. & *Regnū Dei intra vos est*, Discipulis dictum. Ita porrò est hoc Dei Regnum, *quemadmodum si homo jaciat sementem in terram*. & homo enim erat; & quis cognoscet illum? Cùm enim Deus & Dei Filius ante sæcula esset, homo, citra sui mutationem, factus propter nos, semen

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Βασιλείαν Θεοῦ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν καλεῖ καὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας αὐτοῦ κατὰ τὴν οἰκονομίαν· κατὰ δὲ, ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ, ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστι, τοῖς μαθητῶν εἰρημένων. αὕτη οὖν ὡς ἔοικεν, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἄνθρωπος γὰρ ἦν καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; Θεὸς γὰρ ὢν καὶ υἱὸς Θεοῦ πρὸ αἰώνων ὑπάρχων, ἄνθρωπος ἀτρέπτως γέγονε δι' ἡμᾶς, σπείρας τὴν γῆν καὶ τὸν ἅπαντα κόσμον φωτίσας τῆς θεογνωσίας λόγῳ, καὶ οἱονεὶ καθεύδει ἀναληφθεὶς, ἢ ὡς ἀλλαχοῦ

λαχὼ φησιν, ἀπεδήμησεν, ἀναμένων δηλ. τ μακροθυμίας καὶ ἀνεξικακίας καρποφορήσαν δεξαμένης καὶ ὁσημέραι δεχομένης τ Cπόρον καὶ σωτήριον λόγον. ἐγείρ Cη δὲ νύκτα καὶ ἡμέραν χ̃ ὁ εἰρημένος, ἀξιεγέρτως, ἵνα τί ὑπνοῖς κύριε; ἀνάστηθι καὶ μὴ ἀποβλ Cη εἰς τέλος, τοῖς τ προθυμίας λόγοις διεγείρων ἡμᾶς ὑπ̃ καρποφορίαν, δηλ. τ̃ δεξιῶν ὅπλων τ δικαιοσύνης καὶ χρησοτέρων, τῶν τε διωγμῶν καὶ τ̃ς παιδίας. δηλ. τοῦτο γάρ ὁ Cπόρος βλαστάνει τε καὶ μὴ κωλύ Cη. ὃ ἴσ, ὡς ἂν οἶδεν αὐτὸς, ἵνα εἴπῃ τῷ αὐτεξουσίῳ τῶν δεχομένων τ λόγον βουλήματι ὑπεξέρπειν τ ἐργασίαν, καὶ μὴ ὃ πᾶν αὐτὸς καταβλασφημῇ· ἵνα μὴ ἀκουσίων ἡμῶν ἡ ὃ ἀγαθόν. ὅθεν ἐπάγει, αὐτομάτως γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ, οὐκ ἀνάγκης ὃ αὐτεξουσίου διαζομένης ὑ προαιρέσεως ἄστρων καὶ τύχης ἢ εἱμαρμένης, χ̃ τ̃ ἐμπλήκτων λόγων, ἀλλὰ προαιρέσεως προϊούσης εἰς τοῦτο, καρποφορεῖ ὃ πρωτον χόρτον νόμῳ φύσεως, καὶ τ κατὰ μικρὸν ἀναβάσεσι προϊοῦσα εἰς πλείωσιν· ἐπειδὴ καὶ ὡς νήπια γάλα ποτίζον Cι νεοσὶ τὸν λόγον μετέχοντες, καὶ ἐὰν πίπτωσιν ὅτε τ χόρτον, οἱ ὡς ἀθεμίτους ἐσθίσι λαχανα C τ ἀληθωτέρας προφ̃ς ἀπολαύσει τ̃ χριθινῶν ἄρτων. εἶτα φέρει καὶ στάχυν τ προσαγόμενον τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Κυρίου εἰς δράγμα γινόμενον τ̃ν ἐρχομένων ἐν ἀγαλλιάσει καὶ αἰρόντων τὰ δράγματα αὐτῶν. ὅταν δὲ τὸ ἁδρὸν ὁ καρπὸς καὶ αἱ χῶραι λευκανθῶσι πρὸς θερισμὸν, ἐκλείνει τ δρέπανον ὁ καλὸς γεωργὸς, ἵνα Cωναγάγῃ τ σῖτον εἰς τὰς ἀποθήκας. ἐδὲ γὰρ ἀρχὴ πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν ὃ ἀνθῆσαι μόνον, ὡς χόρτος, δηλ. τ ὑπακοῆς, ἀλλὰ καὶ ἀνδρείας ἵνα ὡς καλάμη σῖτος ἐσώμεθα τ̃ν πνεόντων ἀνέμων πρεφρονοῦντες, τουτέστι πειρασμῶν, καὶ ὡς στάχυς ὠδυνήσωμεν τὸν καρπὸν, τ̃ς ἀρετ̃ δηλονότι, καὶ τῷ θερίσοντι χ̃ρα πληρώσωμεν. θερισ-

sparsit in terram, & mundum universum illustravit cognitionis divinæ doctrina. Tumque velut obdormivit assumptus in Cœlum. & ut alibi ait, *peregrè profectus est*, expectans longanimiter & patienter dum fructum ferant, ij qui vel jam exceperunt, vel quotidie, excipiunt semen doctrinæ salutaris. Exurgit autem nocte & die, juxta illud: *Exurge quare obdormis Domine, exurge & ne repellas in finem*, excitans nos ad fructum ferendum per dextera benignioraque iustitiæ arma; perque persecutiones, aç correptionem. Per hæc enim semen germinat & impedimenta eluctatum surgit. quod addit; *dum nescit ille*: significare vult; libero arbitrio excipientium verbum permitti operationem. neque enim se perfecturũ quidquid in bono est, ne illud nobis invitis innasci videatur, unde adjungit: *ultrò enim terra fructificat* non necessitate arbitrio vim inferente, non circuitu Astrorum, non fortuna, non fato, ut insani quidam garriunt, sed electione liberè prodeũte in id, quod vult. Fructificat autem primùm herbam more naturæ & modicis paulatim incrementis proficiens ad perfectionem. quandoquidem & ut infantes lacte potantur, qui recens sacræ doctrinæ initiati sunt: ac si cadant, fœno innoxiè excipiuntur; qui ut infirmi olus comedunt, & crassiori juvantur alimento panum hordeaceorũ. Deinde fert & spicam offerendam altari Domini pleno manipulo veniẽtium in exultatione, & portantium manipulos suos. Cùm autem jam in maturitatem seges processerit; & regiones albæ factæ fuerint, ad

Ps xlviii 23.

messem

messem extendit falcem bonus Agricola ut congreget frumentum in horrea. Non enim sufficit ad salutem nobis florere solùm, ut fœnum, per obedientiam, verùm & fortitudine opus est, quæ culmos corroboret ac firmet, ne flatibus ventorum, hoc est, tentationibus excutiantur: sed frugem usque ad maturam fructus, hoc est, virtutis editionem servent, qua metentis manus impleatur. Messis porrò fuerit hora consummationis sæculi. Falx Dei sermo penetrabilior omni gladio ancipiti. Hic enim falx non ultionem aut noxam quãdam designat, ut in Propheta Zacharia. Etenim hæc nunc in manu messoris ponitur, ne quid pereat ex tritico. In parabola verò zizaniorum Angelos mittit ut colligant ex regno ipsius omnia scandala, & operantes iniquitatem, ut jaciant ea in caminum ignis. Hæc igitur nostra Parabola de solis justis agit. Prior verò illa quatuor distinguit ordines, quorum tres variis de causis reprobantur; unicus in salutem proficit juxta proportionem fidei & operationis. nam & probati ordinis tres differentias ponit. Hic verò nullo discrimine tres Boni classes in unum coegit. Hoc intuens unum, si cunctæ frumentum ferant: & si non omnes mensura pari.

μὸς δ' ἂν εἴη ὁ τῆς συντελείας καιρός. δρέπανον ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. ἐνταῦθα δὲ δρέπανον οὐ τιμωρίαν τινὰ καὶ ἀρὰν δηλοῖ, ὡς ἐν τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ, καὶ γὰρ ἡ δρεπάνη αὐτὴ εἰς χεῖρας τίθησι τοῦ θερίσοντος ἵνα μὴ ἀπόληταί τι τοῦ σίτου· ἐν δὲ τῇ παραβολῇ τῶν ζιζανίων τοὺς ἀγγέλους ἀποστέλλει συναγαγεῖν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, ἵνα βάλωσιν αὐτὰ εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός. αὕτη τοίνυν ἡ παραβολὴ περὶ τῶν δικαίων εἴρηται μόνων. ἡ δὲ πρώτη τέσσαρα τίθησι τάγματα, τριῶν διαφόρων ἐκκεκλειμένων, καὶ ἑνὸς σωζομένου κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐργασίας. τρεῖς γὰρ καὶ τούτου εἴρηκε διαφορὰς. ἐνταῦθα δὲ μίαν μόνην τέθηκε διαφορὰν, τὰς τρεῖς εἰς μίαν συνάγων. ἅπασαι γὰρ φέρουσι σῖτον, κἂν μὴ ὁμοίως ἀλλήλαις.

30. Et dicebat, Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud?

31. Sicut granum sinapis: quod cùm seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus, quæ sunt in terra.

32. Et cùm seminatum fuerit, ascendit, & fit majus omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra ejus aves cœli habitare.

33. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire.

„ Καὶ ἔλεγε, τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν;

„ Ὡς κόκκῳ σινάπεως, ὃς ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς, μικρότερος πάντων τῶν σπερμάτων ἐστὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

„ Καὶ ὅταν σπαρῇ, ἀναβαίνει, καὶ γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μείζων, καὶ ποιεῖ κλάδους μεγάλους, ὥστε δύνασθαι ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῦν.

„ Καὶ τοιαύταις παραβολαῖς πολλαῖς ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον, καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν.

Χωρίς

„ Χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει
„ αὐτοῖς. κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μαθητ̃ αὐ-
„ τοῦ ἐπέλυε πάντα.

ΤΟΛΩΣ. Σμικρότατος ὁ λόγος τῆς πίστεως τῷ φαινομένῳ. εἰ γὰρ τις πιστεύει εἰς Χριστὸν, σωθήσεται πάντως· τῇ δὲ ἀληθείᾳ πλατυνόμενός τε καὶ νοούμενος, παντὸς λόγου μείζων ἐστὶ καὶ πάσης σοφίας ἐπέκεινα. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ αἰνίττεται ὁ Χριστὸς ἐνταῦθα διὰ τῆς παραβολῆς. σπαρέν γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν κήρυγμα ηὐξήθη διαφερόντως καὶ ἐπλατύνθη· ὥστε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι τοὺς μετεώρους τῇ σοφίᾳ καὶ ὑψηλοὺς τῇ γνώσει, κατασκηνοῦν ἐπ' αὐτῷ. ἕλληνες γὰρ οἱ πάντων ἐθνῶν σοφώτεροι, χαίρειν ἀφέντες τὴν ἑαυτῶν φιλοσοφίαν, ἐπὶ τῷ κηρύγματι ἀνεπαύθησαν· κλάδους δέ φησι, μεγάλους ἐποίησε· τοὺς ἀποστόλους ἐνταῦθα λέγων· τούτων γὰρ ὁ μὲν εἰς Ρώμην ἀπεστάλη· ὁ δὲ εἰς Αχαΐαν· Καὶ ἄλλος μέρος τῆς γῆς καταλαβὼν, ὥσπερ κλάδοι ὤφθησαν μεγάλοι. ἐκ μικρᾶς βάσεως, τουτέστι τοῦ σινάπεως, διαιρεθέντες· καὶ σαγηνεύσαντες πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Βραχὺς ὁ τῆς πίστεως λόγος καὶ ἐν βραχυτάτοις ἐπαγγελλόμενος ῥήμασι. τοῦτο δὲ γέγονε διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀτέλειαν· ἡ δὲ ἐν τοῖς τελείοις λαλουμένη σοφία πλατυνεῖ τὸν λόγον ὑπὲρ πᾶσαν ἔννοιαν· ἅτε δὴ μόνη λαλουμένη ἐν ἀληθείᾳ· μείζων δὲ τῆς ἀληθείας οὐδέν ἐστιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ γὰρ ἠδύναντο τὸν σαφῆ καὶ ἀπαρακάλυπτον λόγον αὐτοῦ δίχα βλάβης ἀκούειν, διὰ πολλὴν ἀνοσιότητα βλασφημοῦντες τὰ λεγόμενα· τοὺς δὲ σπουδαίους ὠφέλουν· ἐρωτῶπες γὰρ ἐμάνθανον τὴν δύναμιν αὐτοῦ. διόφησι, κατ' ἰδίαν τοῖς μαθητ̃ αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Αρίστου ἐστὶ διδασκάλου πρὸς τὴν ἕξιν τῶν ἀκουόν-

34. Sine parabola autem non
„ loquebatur eis. seorsum autem
„ discipulis suis disserebat omnia.

TOLOSANI. Specie quidem exiguissimus est sermo fidei. si enim crediderit quis in Christum salvus omninò fiet, verè autem & reipsa, si nimirum in latitudinem ei congruam explicetur, & intelligatur, ut par est, omni sermone ac doctrina major est, ultraque omnem sapientiam. Et hoc est quod innuit hic Christus per hanc parabolam. Seminata enim, & sparsa super terram evangelica doctrina per prædicationem, aucta est variè & dilatata usque adeo ut volatilia cœli, hoc est præcellentes sapientia & rerum excelsarum notitia sublimes, habitent in ea. Græci enim omnium Gentium sapientissimi, sua ipsorum Philosophia valere jussa, in fidei doctrina acquieverunt. *Fecit autem*, inquit, *ramos magnos*. Apostolos nimirum intelligentes. Horum enim alius Romã missus est, alius in Achaiã; & aliam alius terræ occupans partem, quasi rami magni visi sunt, ex caule modico divisi, & universũ tamen orbem comprehendentes.

CYRILLI. Brevis est Fdei sermo, & brevissimis explicabilis verbis, quòd ut ita esset ptovidit Deus ipse vulgi hominum imperfectioni se se accomodans. At quæ in perfectis loquitur sapientia breviter auditum verbum dilatat super omnem cogitationem: utpote quę sola in veritate loquatur. Majus autem veritate nihil est.

ANONYMI. Non enim poterant clarum & apertum illius sermonem citra noxam propriam audire,

dire, ob magnam impietatem blasphemandi occasionem ex verbis auditis capientes. At boni ex plana ac diserta doctrinæ propositione proficiebant. Interrogantes enim discebant virtutem ejus. propterea ait. *Seorsum autem Discipulis suis disserebat omnia.*

των ποιεῖσθαι τοὺς λόγους καὶ μήτε ῥίπτειν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων τοὺς μαργαρίτας· μήτε διὰ τῆς σαφηνείας τῶν ἀποῤῥήτων εἰς καταφρόνησιν ἄγειν τὰ ὕστερον μεγάλα. κατ' ἰδίαν οὖν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα, ὡς τὸ παραβολικὸν τοῦ σπόρου καὶ τὸ τῶν ζιζανίων. τὰς γὰρ λοιπὰς ἀφῆκεν ἀνερμηνεύτους, εἰπὼν πρὸς αὐτούς, Συνήκατε ταῦτα πάντα; οἱ δὲ εἶπον, ναὶ κύριε. Συνέσεων γὰρ ὄντως παρὰ τῶν ἀκουόντων ὁ Κύριος μάθημα γὰρ κατέχεται ὁ νοούμενος. ὃ δὲ μὴ νοηθὲν ἁρπάζεται, καθάπερ ἤδη προεῖπεν ἐν ταῖς παραβολαῖς.

VICTORIS ANTIOCH. Optimi Magistri est accommodare orationem ad captum & dispositionem audientium; ac nec jacere margaritas ante porcos, nec intempestiva declaratione arcanorum, exponere contemptui res tam magnas. *seorsum* igitur Discipulis differebat omnia. ut, Parabolam sementis, & zizaniorum, Alias enim reliquit inexplicatas; inde cùm dixisset ipsis: *intellexistis hæc omnia?* Responderunt, Etiam Domine. Intelligentiã enim requirit ab audientibus Dominus. intellecta quippe doctrina, retinetur; quæ verò intellecta non est, abripitur. sicut jam priùs dixit in parabolis.

35. Et ait illis in die illa cùm
„ serò esset factum, Transeamus
„ contra.

„ Καὶ λέγει αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ
„ ἡμέρᾳ, ὀψίας γενομένης, διέλθωμεν
„ εἰς τὸ πέραν.

36. Et dimittentes turbam, af-
„ sumunt eum ita ut erat in navi:
„ & aliæ naves erant cum illo.

„ Καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον παραλαμ-
„ βάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ· καὶ
„ ἄλλα δὲ πλοιάρια ἦν μετ' αὐτοῦ.

37. Et facta est procella magna
„ venti. & fluctus mittebat in na-
„ vim, ita ut impleretur navis.

„ Καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγά-
„ λη· τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ
„ πλοῖον, ὥστε ἤδη γεμίζεσθαι.

38. Et erat ipse in puppi super
„ cervical dormiens: & exsuscitant
„ eum, & dicunt illi, Magister, non
„ ad te pertinet quia perimus?

„ Καὶ ἦν αὐτὸς ἐπὶ τῇ πρύμνῃ ἐπὶ
„ τὸ προσκεφάλαιον καθεύδων· καὶ
„ διεγείρουσιν αὐτὸν καὶ λέγουσιν αὐτῷ,
„ διδάσκαλε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολ-
„ λύμεθα;

39. Et exurgens cõminatus est
„ vento, & dixit mari, Tace, ob-
„ mutesce. Et cessavit ventus, &
„ facta est tranquillitas magna.

„ Καὶ διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ
„ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ, σιώ-
„ πα, πεφίμωσο. καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνε-
„ μος, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.

40. Et ait illis, Quid timidi
„ estis? necdum habetis fidem?

„ Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, τί δειλοί ἐστε οὕ-
„ τω; καὶ πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;

41. Et timuerunt timore ma-
„ gno, & dicebant ad alterutrum,
„ Quis, putas, est iste, quia & vẽtus
„ & mare obediunt ei?

„ Καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, καὶ
„ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, τίς ἄρα οὗτός
„ ἐστιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ἡ θά-
„ λασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ;

ΑΥΤΟΥ.

ΑΥΤΟΥ: Ο μὲν Μαρκος ἀπαλλαγὴν ἑαυτῷ ὃ ἀπωμπθλιῶσαν τῷ χρόνων τὴν τάξιν, ὕτως εἶπεν, ὁμοίως καὶ ὁ Λυκας. ὁ δὲ Ματθαῖος οὐχ ὕτως· ἀλλὰ καὶ ἀκολυθίαν ἐνταῦθα ἅπαντες. οὐδὲ γὰρ ὕτως πάντα ἐγραφον. ταῦτα δὲ εἴρηται ἵνα μὴ τὸ παραλειψιν ἀφωνίαν τις εἶναι νομίζῃ. τοὺς μὲν οὖν μαθητὰς μεθ' ἑαυτοῦ ἔλαβεν, τοὺς ἄλλους ἀφεὶς, ἤγουν ἀπεπέμψας. παρέλαβε δὲ οὐ μάτην οὐδὲ εἰκῆ· ἀλλ' ὥστε ποιῆσαι θεατὰς τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι θαύματος, καὶ ἵνα μὴ μεγαφρονήσωσιν, ὅτι τοὺς ἄλλους πέμψας, αὐτοὺς κατέσχεν. ἀφίησι κλυδωνιωθῆναι· τοῦτο τε, κατορθῶν καὶ πειρασμὸς φέρειν γυμνάζων. ὁ μὲν οὖν Ματθαῖός φησιν ὅτι ἐκάθευδεν· ὁ δὲ Μαρκος καὶ πῶς ἐκάθευδεν εἶπεν, ὅτι ἐν πρόσκεφαλαίῳ, ἁπλῶς δεικνὺς τὸ ἄπνοον, καὶ πολλῷ ἐντεῦθεν ἡμᾶς παιδεύων φιλοσοφίαν. τοῦ κλυδωνίου πόνων διεγερθέντος διεγείρουσιν αὐτὸν λέγοντες, διδάσκαλε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα; ὁ δὲ Ιησοῦς διεγερθεὶς, τῇ θαλάσσῃ ἐπετίμησε καὶ τοῖς μαθηταῖς, δείξας ἐνταῦθεν, ὅτι θαρρεῖν χρὴ, κἂν μεγάλα διεγείρωνται τὰ κύματα, καὶ ὅτι πάντα συμφερόντως οἰκονομεῖ. καὶ γὰρ τὸ θορυβηθῆναι συμφερόντως ἐγένετο, ὥστε μᾶλλον φανῆναι τὸ θαῦμα. ἐκ δὲ τοῦ συμβάντος τὴν μνήμην, διὰ τοῦτο καὶ καθεύδει. εἰ γὰρ ἐγηγερμένου ἐγένετο, ἢ οὐκ ἂν ἐφοβήθησαν, ἢ οὐκ ἂν παρεκάλεσαν, ἢ οὐδὲν ἐνόμισαν αὐτὸ δυνασθαι ποιεῖν τι ποιεῖν. διὰ τοῦτο καθεύδει, διδοὺς καιρὸν τῇ δειλίᾳ, καὶ πρανοτέρων αὐτοῖς ποιῶν τὴν αἴσθησιν τῶν ἀνομημάτων. ἐπεὶ οὖν πάντας εἶδεν ἐνεργητικοὺς, αὐτὸς δὲ οὐδενὸς ἀπολελαυκότας, ὑπῆρχον ἦσαν· ἔδει δὲ αὐτὸς διὰ τὴν οἰκείας αἰσθήσεως ἀπολαῦσαι τῷ ἐνεργεσίῳ, ζωοχωρεῖ τὸ χείμωνα, ἵνα διὰ τῆς ἀπαλλαγῆς παφεσίαν λάβωσιν αἴσθησιν τὴν ἐνεργεσίας. διὰ τοῦτο δὲ οὐδὲ παρόντων ἄλλων τοῦτο ποιεῖ, ὥστε μὴ

EIVSDEM. Marcus quidem non habita ratione ordinis temporum, ſic dixit: ſimiliter & Lucas. At Matthæus non ſic. ſed & ſucceſſionem geſtarum rerum hic obſervat. non enim ex ordine omnes omnia ſcripſerunt. quod admonendum fuit, ne quis prætermiſſionem diſcordiam interpretetur. Diſcipulos igitur ſecum ſumpſit, aliis dimiſſis, aut præmiſſis. ſumpſit autem non temerè, ac ſine cauſa: ſed ut faceret illos ſpectatores miraculi patrandi. ne autem ſuperbirent, quòd miſſis aliis, ipſos retinuiſſet, permiſit tempeſtate jactari; id præterea agens, ut adverſa fortiter ferre cõdiſcerent. Iam Matthæus quidem tantũ ait obdormiſſe illum: Marcus ſomni modum expreſſit, dormiſſe ajens *ſuper cervical* ſimpliciter, declarans quàm ſine faſtu neceſſaria corporis cura defungeretur; plurimumque nos inde ad ſimilem affectandum mollis aut ſplendidi apparatus contemptum erudiens. Procella igitur ſæviente excitant ipsũ dicentes: *Domine non ad te pertinet quia perimus?* At Ieſus exurgens, & mare pariter, & Diſcipulos increpavit: hinc oſtendens fidenti ſemper animo ſtandum, quanticumq; ſe tollant adverſi fluctus. tum ſe quoque omnia ad ſuorum utilitatem providere. nam & iſta turbatio utilis ipſis fuit; quòd ea factum eſt, ut majus appareret miraculum: & ut perpetua ipſorum animis inhæreret memoria liberationis à malo, quod multùm timuiſſent: quæ & ipſa ei fuerat dormiendi cauſa. Si enim ipſo vigilante tempeſtas excitata eſſet, aut non timuiſſent, aut non invocaſſent, aut

non existimassent posse ipsũ quidquam operari tale. Propterea obdormit, dans locum consternationi, ex qua ipsis evidentior penitùs imbueret animum miri sensus beneficii. Prius quippè cum alios, quos magno numero curabat; beneficiis ab eo affici cernerent, parùm movebantur; quòd ejus vis benefica non pertingeret ad ipsos. oportebat ergo eos in propria necessitate adjutricem ejus experiri manum. In hunc usum procellam permisit. cujus liberatione manifestum ipsi quoque experimẽtum caperent benignissimæ illius potẽtiæ. Ea verò de causa noluit hoc facere præsentibus aliis: ne ignava timiditas, & modica fides Discipulorum, plurium conscientia & vituperatione traduceretur. Seductos igitur eos tali eventu curavit erudire sine arbitris, existimationi consulens ipsorum, atque autoritati detrimentum inde apud populum passuræ. Cæterùm ne sic quidem planè percuratum vulnus erat incredulitatis ipsorum. credebant enim illi quidem, experientia convicti, posse illum vigilantẽ mare tumultuans compescere: non item idem ipsum posse etiam dormientem. quocirca ipsos alias sæpius de animi cœcitate increpat: ut cum dicit: *adhuc & vos sine intellectu estis?* Ne igitur mireris si Discipulis tam imperfectè sentientibus, multitudo nihil de eo magnũ cogitaret. Fatenus enim tantùm ejus admiratio processit, ut dicerent: qualis est homo hic cui venti & mare obediunt? Christus autem non reprehendit, quòd se solummodo hominem vocarent; sed expectavit dum magnitudine pro-

καταγνωθῆναι αὐτῶν ὀλιγοπιστίαν, ἀλλ' αὐτὸς μόνος λαβὼν διορθοῦται. οὐδὲ γὰρ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν εἶχον, ἀλλ' ὅτι μὲν δύναται διεγερθεὶς ἐπιτιμᾶν ἥδεσαν, ὅτι δὲ καὶ καθεύδων, οὐδέποτε. διὸ καὶ ἐπιτιμᾶται πολλάκις, ὡς ὅταν λέγῃ, ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; μή τοίνυν θαυμάσῃς, εἰ τῶν μαθητῶν ἀτελέστερον διακειμένων, οἱ ὄχλοι οὐδὲν μέγα ἐφαντάζοντο. ἐθαύμαζον γὰρ λέγοντες, ποταπός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὅτι οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ; ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐπετίμησεν ὅτι ἄνθρωπον αὐτὸν ἐκάλουν· ἀλλ' ἀνέμενε διὰ τῶν σημείων αὐτοὺς διδάσκειν ὅτι πεπλανημένη ἦν αὕτη ἡ ὑπόληψις. πόθεν δὲ ἄνθρωπον αὐτὸν ἐνόμιζον; ἀπότε τῆς ὄψεως, ἀπότε τοῦ ὕπνου, καὶ τοῦ τῷ πλοίῳ κεχρῆσθαι. διὰ δὴ τοῦτο εἰς ἀμηχανίαν ἐξέπιπτον λέγοντες, ποταπός ἐστιν; ὁ μὲν γὰρ ὕπνος καὶ τὸ φαινόμενον ἄνθρωπον ἐδείκνυ· ἡ δὲ θάλασσα καὶ ἡ γαλήνη θεὸν ἐνέφηνε. μόνῳ γὰρ ἐπιτάγματι πᾶσαν εὐθὺς τὴν ζάλην διέλυσεν. οὐκ ἔχιν δὲ θεὶς, οὐ ῥαβδὸν ὡς Μωσῆς ἐπανατεινάμενος, ἀλλ' ὡς δεσπότης περιτάττων θεραπαινίδι, καὶ ὡς δημιουργὸς κτίσματι. ἐπειδὴ δὲ ἀπέβη τῆς θαλάσσης, διαδέχεται θαῦμα ἕτερον φοβερώτερον.

ΤΟΛΩΣ. Αλλως μὲν ταῦτα διηγήσατο ὁ Ματθαῖος· ἄλλως δὲ ὁ Μάρκος· ὁ μὲν οὖν Ματθαῖος, φησὶ ὅτι ἐκάθευδε μόνον· ὁ δὲ Μάρκος καὶ πῶς ἐκάθευδεν, ὅτι ἐν προσκεφαλαίῳ ἁπλῶς· ξυλινὸν δὲ ἦν τοῦτο πάντως· δείκνυς τὸ ἄτυφον· καὶ ἡμᾶς παιδεύων οὕτω φρονεῖν. καθεύδει δὲ διὰ τοῦτο, διδοὺς τῇ δειλίᾳ καιρόν· καὶ μείζω ποιησάμενος αὐτοῖς τὴν τῶν φοβερῶν αἴσθησιν· εἰ γὰρ ἐγρηγορότος αὐτοῦ ἐγένετο ὁ κλύδων, ἢ οὐκ ἂν ἐφοβήθησαν, ἢ οὐκ ἂν παρεκάλεσαν. ἢ οὐδ' ἂν ἐνόμισαν αὐτὸν δύνασθέ τι τοιοῦτον ποιεῖν. διὰ ταῦτα οὖν συγχωρεῖ

ὢν χειμῶνα γενέσθαι· ὡς ἂν διὰ τῆς ἀπαλλαγῆς σαφεστέραν αὐτοῖς ποιήσῃ τὴν τῆς εὐεργεσίας αἴσθησιν. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ παρόντων ἄλλων τοῦτο ποιεῖ. ὡς ἂν μὴ καταγνωσθεῖεν ὑπ' αὐτῶν εἰς ὀλιγωρίαν τε καὶ ὀλιγοπιστίαν. διυπνισθεὶς δὲ ἐπιτιμᾷ πρότερον τῷ ἀνέμῳ. οὗτος γὰρ ἦν ὁ τὴν θάλασσαν ἀγριαίνων· εἶτα καὶ τῇ θαλάσσῃ· καὶ τοῖς μαθηταῖς ὡσαύτως· ὡς ὀλιγοπίστοις, ὅτι καὶ καθεύδων δύναται ἀβλαβεῖς αὐτοὺς διατηρῆσαι ἠπίστουν. ὅθεν καὶ θαυμάσαντες ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους. τίς ἄρα ἐστὶν οὗτος; καὶ ὡς μὲν τὴν θάλασσαν ἔπαυσε τῆς ταραχῆς, Θεὸς αὐτοῖς ἔδοξεν· ὡς δὲ ἐκάθευδεν, ἄνθρωπος πάλιν αὐτοῖς ἐφαίνετο.

digiorum hãc ipsis inferiorem vero de se opinionem extorqueret. unde porrò hominem ipsum merum opinabantur? utique è specie, è somno, ex eo quod navi ad tranfretandum uteretur. Atque inde in æstum animi ac dubitationem inciderunt his verbis expressam: *qualis est hic?* quasi dicerent: somnus quidem hominem probat; mare verò compressum, & tranquillitas verbo reddita, Deum ostendit. quis enim alius uno jussu vehementem subitò procellam tranquillet? neque enim viperam excutiens, *ut Paulus*, neque virgam ut Moyses extendens: sed ut Dominus famulæ creaturæ imperat: quod planè Creatoris autoritatem ac numen præfert. Porrò post ejus à mari abscessum sequitur prodigium aliud terribilius.

TOLOSANI. Aliter hæc narravit Matthæus, aliter Marcus. Matthæus hoc solum memorat, dormisse Dominum. Marcus modum expressit, dum recubuisse *super cervical* simpliciter dicit, id cujusmodi fuerit tacens. Fuit autem omninò ligneum. Indicant hæc verò planè populare ac fastus expers conversationis genus, quo Christus est usus: ad cujus exemplum ut sensus actusque nostros accomodemus, admonemur hic obiter. Dormit porrò ut somni ejus occasione timiditas illa existeret, quam emendaturus erat. & ut remoto quo fidebant præsidio, paratæ ad omnem auxilii usum ac vigilantis præsentiæ suæ, formidinis aculeis altiùs pungerentur. Nam si vigilante ipso tempestas existeret, vel non timuissent, vel certè non compellassent ac provocassent ipsum: Aut etiam fortasse existimassent, nihil posse illum in ventos ac mare, cujus sensum ac nutum illa nihil verita, etiam in ipsius videntis periculum commoverentur. En cur dormierit. cur procellam excitari permiserit reddendum est. Nempe id fecit, ut liberatione mirabili ex periculo ingenti urgentique, sensum illis admoveret tam opportunæ beneficentiæ. Propterea verò non alios à Discipulis hujus rei testes esse voluit (dimissa enim turba, solus cum suis navem ascenderat) ne nota populo ignavia atque exiguitas fidei Discipulorum, contemptibiles eos apud vulgus faceret. Experrectus autem increpavit priùs ventum, hic enim mare concitaverat. deinde mare ipsum. denique ipsos quoque Discipulos, quod modicã fidem haberent: nec sibi persuasissent, potuisse se etiã dormientem tutos ipsos illęsosq; servare. unde & mirantes *dicebant ad alterutrũ: quis putas est iste?* nam qui verbo sedasset commotum mare, utiq; ipsis Deus videbatur. qui autem dormiret, hominem se se probabat.

CAPVT V.

1. Et venerunt trans fretum „ maris in regionem Gadareno- „ rum.

VICTORIS ANTIOCHENI. Neque *Gadarenorum*, neque *Gerasenorum*, emendatiora habent exemplaria: sed *Gergesenorum*. Gadara quippe Civitas est Iudææ, circa quam sunt Thermæ celebres. Lacus autem aut mare præcipitio prætentum in ejus finibus non est. Gerasa similiter Arabiæ urbs neque mare, neque lacũ vicinum habet. neque tam patens & convinci facile mendacium excidisset umquam Discipulis, viris utique Iudęæ regiones ac loca exactè scientibus. Gergesa igitur est, à qua Gergeseni, Civitas antiqua prope urbem, quæ nunc vocatur Tiberias. ad quam est declivitas præceps in lacum vergens, unde apparet porcos à dæmonibus dejectos. Sonat autem ex originibus reddita vox Gergesa *habitatio eorum qui ejecerunt*, ut propheticè videatur ipso antiquo loci nomine designatum quid facturi Christo essent ejus Incolæ; qui videlicet eũ rogarunt, ut exiret de finibus eorum, Hæc ait Origenes sexto volumine Expositionum in Evangelium Ioannis.

2. Et exeunti ei de navi, sta- „ tim occurrit de monumentis „ homo in spiritu immundo.

3. Qui domicilium habebat in „ monumentis.

ANONYMI. Dæmones ut pote immundi delectantur immũ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε.

„ ΚΑΙ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θα- „ λάσσης, εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδα- „ ρηνῶν.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Οὔτε Γαδαρηνῶν οὔτε Γερασενῶν τὰ ἀκριβῆ ἔχει τῶν ἀντιγράφων, ἀλλὰ Γεργεσηνῶν. Γάδαρα γὰρ πόλις ἐστὶ τῆς Ἰουδαίας περὶ ἣν τὰ διαβόητα θερμὰ τυγχάνει· λίμνη δὲ κρημνοῖς παρακειμένη οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῇ, ἢ θάλασσα. καὶ Γέρασα δὲ τῆς Ἀραβίας ἐστὶ πόλις, οὔτε θάλασσαν οὔτε λίμνην πλησίον ἔχουσα. καὶ οὐκ ἂν οὕτω προφανὲς ψεῦδος καὶ εὐέλεγκτον οἱ μαθηταὶ εἰρήκεισαν, ἄνδρες ἐπιμελῶς γινώσκοντες τὰ περὶ τῆς Ἰουδαίας. Γέργεσα τοίνυν ἐστὶν ἀφ' ἧς οἱ Γεργεσηνοί, πόλις ἀρχαία περὶ τὴν νῦν καλουμένην Τυβεριάδα πόλιν, περὶ ἣν κρημνὸς τῇ λίμνῃ ἀφ' ἧς δείκνυται τοὺς χοίρους ὑπὸ τῶν δαιμόνων καταβεβλῆσθαι ἑρμηνεύεται δὲ ἡ Γέργεσα, παροικία ἐκβεβληκότων, ἐπώνυμος οὖσα τάχα προφητικῶς, ἀφ' οὗ περὶ τὸν σωτῆρα πεποιήκασι, παρακαλέσαντες αὐτὸν, μεταβῆναι ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν οἱ τῆς χώρας, πολῖται. καὶ ταῦτα Ὠριγένης φησὶν ἐν τῷ ἑκτῷ τόμῳ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον ἐξηγητικῶν.

„ Καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ πλοίου, „ εὐθέως ἀπήντησεν αὐτῷ ἐκ τῶν „ μνημείων ἄνθρωπος ἐν πνεύματι „ ἀκαθάρτῳ.

„ Ὃς τὴν κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς „ μνήμασι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ ἀκάθαρτοι οἱ δαίμονες καὶ ἀκαθάρτοις χαίρουσι

ρουσι πάποις· τοῖς ὁμοίοις γὰρ ἕκαστος ἥδεται. φησὶ δὲ ὁ Κύριος περὶ τῶν μνημείων, γέμειν αὐτὰ ὀστέα καὶ πᾶσαν ἀκαθαρσίαν.

dis locis. similis enim simili gaudet. Porrò Christus de sepulchris dixit: esse illa plena ossibus, & omni spurcitia.

„ Καὶ οὔτε ἁλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο „ αὐτὸν δῆσαι.

„ Διὰ δὲ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ „ ἁλύσεσι δεδέσθαι, καὶ διεσπᾶσθαι „ ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὰς „ πέδας συντετρίφθαι· καὶ οὐδεὶς αὐ„ τὸν ἴσχυε δαμάσαι.

„ Καὶ διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέ„ ρας ἐν τοῖς μνήμασιν καὶ ἐν τοῖς ὄρε„ σιν ἦν κράζων καὶ κατακόπτων ἑαυ„ τὸν λίθοις.

Et neque catenis jam quisquã „ poterat eum ligare.

4. Quoniam sæpè compedi„ bus, & catenis vinctus, dirupis„ set catenas & compedes com„ minuisset, & nemo poterat eum „ domare.

5. Et semper die ac nocte in „ monumentis, & in montibus „ erat; clamans & concidens se „ lapidibus.

ΒΙΚΤΟΡΩΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ἰστέον δὲ ὡς Μάρκος μὲν καὶ Λουκᾶς ἕνα φασιν εἶναι τὸν δαιμονιζόμενον, Ματθαῖος δὲ δύο· τοῦτο δὲ οὐ διαφωνεῖς ἐμφαίνει. εἰ μὲν γὰρ εἶπον ὅτι εἷς μόνος ἦν, ἐδόκουν ἀμφιβάλλειν τῷ Ματθαίῳ. εἰ μὲν δὲ ὡς μὲν περὶ τοῦ ἑνὸς, ὁ μὲν περὶ τῶν δύο διελέχθη, οὐ μάχης δὲ εἰρημένον, ἀλλὰ διαφόρου διηγήσεως. καὶ γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ τὸν χαλεπώτερον τούτων ἐπιλεξάμενοι εἰρηκέναι. διὸ καὶ τραγικώτερον ἀπαγγέλλουσι τὴν συμφορὰν· οἷον ὅτι τὰ δεσμὰ καὶ τὰς ἁλύσεις διαῤῥήξας ἐπλανᾶτο κατὰ τὴν ἔρημον. ὁ δὲ Μάρκος, καὶ τοῖς λίθοις ἔκοπτεν ἑαυτόν φησι. συνέβαινε δὲ καὶ ἀμφοτέρων ὁμοίως ὄντων χαλεπῶν, ἁπλῶς εἰπεῖν ὅτι δαιμονιζόμενος, μὴ ἀκριβολογησάμενοι περὶ τὸν ἀρριθμὸν, ἐπεὶ μηδὲ συντελεῖν τοῦτο ἐνόμιζον εἰς δὲ μείζονα τοῦ ποιήσαντος φανῆναι τὴν δύναμιν. ὁ γὰρ τὸν ἕνα θεραπεύσας τοιοῦτον ὄντα, οὐδὲ δύο οὐδὲ πλείονας ὁμοίως διακειμένους θεραπεύειν ἀδύνατος ἦν.

VICTORIS ANTIOCHENI. Sciendum, Marcum quidẽ & Lucam unius hic meminisse Energumeni: cum Matthæus duos ponat. Hæc autem non sunt invicem cõtraria. Tunc dumtaxat Matthæo adversarentur, si unum solũ fuisse affirmarent. quod autem unius illi, hic duorum meminerit, non cõtradictio est, sed unius rei diversa narratio. Mihi videntur Evangelistæ duo, sæviorem è duobus præcipuè memorãdum delegisse. nam & calamitatem ejus miserabiliùs edisserunt; referentes illum, vincutis catenisque disruptis, vagum errasse per loca deserta. quin & lapidibus se ipsum cædebat, ait Marcus. Quòd si amborũ par & æqualis erat furor: tamen, quoniam mali duplicis una erat causa, malorum dæmonum insessio, non magnoperè curarunt Evangelistæ distinctiùs numerum exprimere, parum id referre arbitrati ad gloriam Christi: cui si vis adfuit sanandi unum tam immaniter furentem, utique duos & plures similiter affectos sanare potuerit.

BIBLIOTECA PROVINCIAL LERIDA

6. Videns

Digitized by Google

6. Videns autē Iesum à longe, „ cucurrit & adoravit eum.

„ Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν ἀπομακρόθεν, „ ἔδραμε καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ.

TOLOSANI. Emendatissimi quique codices, Gergesenorū hic regionem memorant. Matthæus duos agnoscit dæmoniacos. Marcus unum itemque Lucas memorant: sæviore scilicet ac furiosiore duorum electo, cujus & res insigniores ad narrandum erant. Venit igitur dæmone insessus homo Filium Dei confitens ipsum esse. Erant autem in navi dubitantes quidam de divinitate Christi: qui audita voce dæmonum, Filium eū Dei prædicantium, minimè jam dubitabant. hostium enim testimonia minus suspecta, ideoque fide digniora quam aliorum sunt. Dæmones autem palàm erat capitales esse Christi hostes. Habitabat verò in sepulcris, dæmonū impulsu coactuq; id quod illi eo consilio machinabātur, ut persuaderent nobis, humanas animas post mortem dæmonas fieri. quod non solùm falsum, sed etiam planè impiū est.

Τὰ ἀκριβέστερα τῶν ἀντιγράφων εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν ἔχει· καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος δύο λέγει τοὺς δαιμονιζομένους. ἕνα δὲ ὁ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς. ὧν γὰρ καλεπώτερον ἐπιλεξάμενοι πλεῖστα περὶ αὐτοῦ διηγοῦνται· ἔρχεται οὖν ὁ δαιμονιζόμενος, υἱὸν Θεοῦ ὁμολογῶν αὐτὸν εἶναι· ἦσαν δὲ καὶ ἐν τῷ πλοίῳ ἀμφιβάλλοντες περὶ τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἀκούσαντες τῶν δαιμόνων λεγόντων ὅτι υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ· οὐκ ἔτι ἠμφισβήτουν. τῶν γὰρ ἐχθρῶν αἱ μαρτυρίαι πιστότεραι τῶν ἄλλων εἰσί· λέγω δὴ τῶν δαιμόνων. κατῴκει δὲ ἐν τοῖς τάφοις, ὑπὸ τῶν δαιμόνων τοῦτο ποιεῖν βιαζόμενος. ὡς ἂν πείθωσιν ἡμᾶς, ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων μετὰ θανάτου δαίμονες γίνονται· ὅπερ οὐ μόνον ψευδές ἐστιν ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀσεβές.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸν χαλεπώτερον τῶν δαιμονιζομένων ἐστιλεξάμενοι καὶ Εὐαγγελισταὶ, περὶ αὐτοῦ πλεῖστα διηγοῦνται· διὸ καὶ οἰκτρότερον ὁ Λουκᾶς ἀπαγγέλλει τὴν συμφορὰν· οἷον ὅτι τὰ δεσμὰ καὶ τὰς ἀλύσεις διαῤῥήσσων ἐπλανᾶτο κατὰ τὴν ἔρημον· ὁ δὲ Μάρκος καὶ, τοῖς λίθοις ἔκοπτεν ἑαυτόν φησι. συνέβαινε δὲ, καὶ ἀμφοτέρων ὁμοίως ὄντων χαλεπῶν, ἁπλῶς εἰπεῖν· ὅτι δαιμονιζόμενος. καὶ μὴ ἀκριβολογεῖν περὶ τοῦ ἀριθμοῦ.

ATHANASII. Sæviorem alterum dæmoniacorum duorum eligentes Evangelistæ duo Marcus & Lucas, de eo uno pleraque narrant. Miserabilius etiam Lucas calamitatem exprimit, catenas & cōpedes memorans, quibus furiosus disruptis, per desertum vagabatur. Addit Marcus, concidisse sese ipsum miserum lapidibus. Fortè autem & uterque similiter indomitus & æquè ferus, una dæmoniaci singulari mentione designatus est, cùm inconditorum motuum una utrique causa dæmon esset. ut minimè in numero cavillari sit necesse.

Luc. viij. 29.

7. Et clamans voce magna dixit, Quid mihi & tibi Iesu Fili „ Dei altissimi? adjuro te per „ Deum ne me torqueas.

„ Καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ, εἶπε, „ τί ἐμοὶ καί σοι, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ „ τοῦ ὑψιστοῦ; ὁρκίζω σε τὸν Θεὸν μή „ με βασανίσῃς.

ΑΝΩ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Φησί τις τῶν ἁγίων Εὐαγγελιστῶν, ὅτι οὐχ ἑκουσίως οἱ δαίμονες κηρύσσοντες τὸν κύριον Ἰησοῦν, ἀλλὰ φόβῳ ἄκοντες ὡμολόγουν. σὲ τὸν Θεὸν ὁρκίζω κατὰ σαυτοῦ.

„ Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ, ἔξελθε τὸ πνεῦμα
„ τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ἐπειδὴ ἄνθρωπον αὐτὸν ὡμολόγησαν, ἦλθον οἱ δαίμονες τὸν θεότητα ἀνακηρύττοντες. καὶ οἱ τῆς θαλάσσης κυμαινούσης καὶ πάλιν ἡσυχαζούσης οὐκ ἀκούσαντες, ἤκουσαν τῶν δαιμόνων ταῦτα βοώντων, ἅπερ ἐκείνη διὰ τῆς γαλήνης ἔκραξεν. εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ κολακείας ὁ πρᾶγμα εἶναι, ἀπὸ τῆς πείρας τῶν πραγμάτων βοῶσι, λέγοντες, ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. διὰ δὴ ὁ πρότερον ὁμολογεῖται ἡ ἔχθρα, ἵνα μὴ ὑποπτῶν αὐτῶν ἡ ἱκετηρία γένηται. καὶ γὰρ ἐμαστίζοντο ἀοράτως πιμπρόμενοι καὶ τὰ ἀνήκεστα πάσχοντες ἀπὸ τῆς παρουσίας ἐκείνου. νομίσαντες δὴ ἤδη τὴν κόλασιν αὐτοῖς ἐφεστάναι καὶ ἔδεισαν ὡς ἤδη εἰς τιμωρίαν ἐμπεσούμενοι. διὸ καὶ ἀξιοῦσι μὴ πρὸ καιροῦ δοῦναι τὴν δίκην. ἐπειδὴ γὰρ κατέλαβεν αὐτοὺς τὰ δεινὰ καὶ παράνομα ἐκεῖνα ἐργαζομένους, καὶ ἐνόμιζον αὐτὸν δι' ὑπερβολὴν τῶν γενομένων οὐκ ἀναμενεῖν τὸν καιρὸν τῆς κολάσεως, διὰ τοῦτο παρεκάλουν καὶ ἐδέοντο. καὶ οἱ μηδὲ δεσμῶν ἀνεχόμενοι σιδηρῶν, ἔρχονται δεδεμένοι· καὶ οἱ τὰ ὄρη κατατρέχοντες, εἰς τὰ πεδία ἐξήεσαν. τί δήποτε τοῖς τάφοις ἐμφιλοχωροῦσιν οἱ δαίμονες; ὀλέθριον δόγμα τοῖς πολλοῖς ἐνθῆναι βουλόμενοι, οἷον ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν ἀπελθόντων δαίμονες γίνονται· ὃ μηδέποτε γένοιτο μηδὲ μέχρις ἐννοίας λαβεῖν. ἄλλως δέ φησιν εἰκὴ ἄγαν εἰσὶ μοχθηροὶ τὸν τρόπον οἱ δαίμονες, ἀλλ' οὖν γε ἴσασιν ὅτι πάντως αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων μένει τις κόλασις ὕστερον.

ANONYMI. Ait aliquis Sanctorũ Evangelistarum nõ libenter dęmones prędicasse Dominũ Iesũ: sed ab invitis eã confessionẽ metu expressam. Tę Deum adjuro contra temetipsum.

8. Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab homine.

VICTORIS ANTIOCHENI. Quoniam homines Christum nihil nisi hominem fateri voluerunt: adsunt divinitatjs ejus præcones dæmones. Et qui mare fluctuans, mox rursus tranquillatum non audierant, audiunt dæmones eadem clamantes quæ miraculo illo subitæ serenitatis vociferatum priùs quodammodo mare fuerat. deinde ne id testimonium gratiæ dare, ac quasi benefactori adulari viderentur, flagellorum sibi ab eo inflictorum acrem tunc cum maximè sensum indicant, clamore illo querulo: *Venisti huc ante tempus torquere nos*. Priùs ergo præcedit inimicitiarum confessio, ne sit supplex veneratio suspecta. Etenim invisibiliter flagellabantur, usti penitus, & atrocia patientes ab Adventu ejus. Arbitrati porrò supplicium extremum ipsis imminere, sic sunt territi quasi mox se detrudendos in infernum scirent, quare orant ne pœna ipsis olim subeũda repræsentetur. quoniam quasi deprehensos se videbant in flagrãti scelere; in illa scilicet tam dira vexatione miserorum hominum: existimarunt illum, ut Iudices faciunt, citiùs quàm constituerat decrevisse illos extremo exitio perimere, hac eorum truculentia offensum. Propterea ad preces versi supplicant rogantque. Et quos ne ferreæ

quidem

quidem catenæ tenuerant, ultrò veniunt, arcanis attracti vinculis. & qui montes concursabant, nunc in campos exeunt. Quamobrem autem sepulchris immorantur libenter dæmones? ut perniciosum dogma quàm possũt plurimis persuadeant, animas morientium dæmonas fieri. quòd absit ut vel cogitatione prima tenus admittatur à nobis. Cæterùm utcumque protervi ac scelerati sunt dæmones: sciunt tamen omninò ac planè persuasum habent, congruam criminibus eorum pœnam ipsis certo post tempore luendam. non longe autẽ abesse id tempus facili conjectura suspicabantur, quod jam, etsi torqueri nondum incipiebant, tamen discedere jubebantur ab hominibus, & antiqua possessione pellebantur. quòd videbatur initium pœnæ. etsi enim jam extrudebat eos solùm à corporibus, tamen nescio quid majus hoc ipso inchoare videbatur. Ajente igitur illo: *Exi spiritus immunde ab homine*, consternati metu, ne licentia qua gaudebant liberè versandi inter homines jam nunc privarentur, sic clamant ad Dominum quasi præoccupet horam supplicii decretam; & vim ipsis injuriamque faciat, debitum ante diem exigens.

ὅτι δὲ οὐχ ὁ καιρὸς ἀπέστη τῆς κολάσεως, ῥᾳδίως ἠδύναντο γνῶναι, ἐξ ὧν οὐ τιμωρίαν παρεδίδοντο νῦν, ἀλλ' ὥς τε ἀναχωρῆσαι μόνων τῶν ἀνθρώπων συνώθει μόνον αὐτοὺς. ἔλεγε γὰρ, ἐξέλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου. ὡς οὖν καιρὸν ἔχοντες ἃ βούλονται ποιεῖν ἐν τῷ μέσῳ περὶ τοὺς ἀνθρώπους, οὕτω κατεβόων τοῦ Κυρίου ὡς ἂν πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ μάτην αὐτοὺς βιαζομένου καὶ τιμωρίαις ἐπάγοντος.

9. Et interrogabat eum, Quod „ tibi nomen est? Et dicit ei, Legio „ mihi nomen est: quia multi su„ mus.

„ Καὶ ἐπηρώτα αὐτὸν, Τί σοι ὄνο„ μα; καὶ ἀπεκρίθη λέγων λεγεὼν „ ὄνομά μοι· ὅτι πολλοί ἐσμεν.

ANONYMI. Legio positum pro Chiliade. Illa est quippe latina vox ex usu militiæ translata & nomenclatione castrensium ordinũ. Interrogat porrò nõ ignorans, sed audire adstantes dæmonum ipsorum confessione volens, quã multos illorum prævalentium spirituũ solo verbo coerceat ac domet.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀντὶ τοῦ χιλίας. ῥωμαϊκὴ γὰρ ἡ λέξις τὸ λεγεὼν, πλήθους δ' ἐστὶ σημαντικὴ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν στρατιωτικῶν ταγμάτων. οὐκ ἀγνοῶν δὲ ἠρώτα, ἀλλὰ τοὺς παρόντας ἀκοῦσαι θέλων πόσων δαιμόνων λόγῳ κρατεῖ.

VICTORIS ANTIOCH. Interrogat verò ipsum: *Quod nomen tibi est?* quoniam enim Dominus sciebat quanta esset multitudo insidentium illi corpori dæmonum: spectatores porrò unum hominem videbant, unam vocem prolatam audiebant, ait: dic quod nomen

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ἐπηρώτα δὲ αὐτὸν, τί ὄνομά σοι; ἐπειδὴ γὰρ ὁ Κύριος ᾔδει τὸ πλῆθος τῶν ἐνοικούντων δαιμόνων, οἱ δὲ ὁρῶντες ἕνα μὲν ἄνδρα ἔβλεπον, μιᾶς δὲ φωνῆς προσφερομένης ἤκουον, λέγει, εἰπὲ τί ὄνομά σοι; ἵνα μὴ αὐτὸς εἴπῃ ὅτι πολλοί εἰσιν, ἀλλ' αὐτοὶ ὁμολογήσωσιν. ἀποκρίνεται δὲ, λέγων ὅτι ὄνομά μοι λεγεών. καὶ οὐδὲ λέγει τὴν ἀριθμὸν, ἀλλ' ἁπλῶς σημαίνει τὸ πλῆ-

ὁ πλῆθος. οὐδὲ γὰρ ὠφελεῖ εἰς γνῶσιν ἡ ἀκριβεια.

tibi est? ut non ipse diceret multos esse illos: sed ipsi faterentur. Respondet autem dicens: *nomen mihi legio*. nec distinctè numerum exprimit: sed confusè indicat multitudinem. neque enim prodest in talibus ad minutum exacta notitia.

„ Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, ἵνα „ μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώ„ ρας.

10. Et deprecabatur eum mul„ tùm, ne se expelleret extra re„ gionem.

ΤΟΛΩΣ. Τὸ ἐξελθεῖν τοὺς δαίμονας ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, βάσανος αὐτοῖς ἐνομίζετο· διὰ τοῦτο ἔλεγον· μὴ βασανίσαι ἡμᾶς· ἐνόμιζον δὲ καὶ τοῦτο· ὅτι διὰ τὴν ἄγαν κακίαν αὐτῶν οὐκ ἀνέξεται ἔτι ὁ Σωτὴρ· ἀλλὰ παραδώσει αὐτοὺς ἐντεῦθεν τῇ κολάσει. ἐρωτᾷ δὲ αὐτὸν ὁ Κύριος· οὐχ ἵνα μάθῃ· ᾔδει γὰρ· ἀλλ' ἵνα οἱ παρόντες μάθωσι τὸ πλῆθος τῶν ἐνοχλούντων αὐτῷ δαιμόνων. καὶ ἐξ οἵων συμφορῶν ἠλευθέρωσε τὸν ἄνθρωπον.

ΦΩΤΙΟΥ. Εἰ καὶ ἄγαν μοχθηροί εἰσιν οἱ δαίμονες, ἀλλ' οὖν ἐγίνωσκον ὅτι ἐς ὕστερον κολασθήσονται ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων· διὸ καὶ νομίσαντες ἤδη ἐφεστάναι αὐτοῖς τὴν κόλασιν, ἐφοβήθησαν, ὡς εἰς τιμωρίαν ἥκοντες, καὶ παρεκάλουν μὴ πρὸ καιροῦ ὑποστῆναι τὴν δίκην.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἦν γὰρ αὐτοῖς ποθητὴ, διὰ τὸ εἶναι ἁμαρτωλῶν οἰκητήριον.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Παρεκάλει ἵνα μὴ ἀποστείλῃ αὐτοὺς ἔξω τῆς χώρας, ἢ εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν, ὥς φησιν ὁ Λουκᾶς. (ἡ γὰρ ἄβυσσος ἀναχώρησίς ἐστι τοῦ κόσμου.) ἀξιοῦσι τοίνυν οἱ δαίμονες μὴ πεμφθῆναι ἔξω τῆς γῆς, μηδὲ ὅπου οὐκ ἄνθρωπος, εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. ὥστε ὁ Κύριος ἠδύνατο μετάξαι αὐτοὺς. Συνεχώρησε δὲ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ὥσπερ οὖν ἐν τῷ διαβόλῳ, ἵνα μὴ ἀντιπάλου τῇ ἀπου-

TOLOS. Exire dæmonas ex homine in tormenti parte ipsi numerant, infensi nobis supra modũ spiritus. propterea hoc clamant, *ne torqueas nos*. Sed & illud suspectabãt, ne propter improbissimam malitiam eorum, non jam eos amplius Salvator toleraret; sed hinc exturbatos suppliciis addiceret. Interrogat porrò ipsum Dominus, non ut ipse discat, sciebat enim jam. sed ut qui præsentes circum aderant cognoscerent multitudinem infestantium hunc miserum malorum spirituum: intelligerentque ex qualibus calamitatibus liberasset hominem Salvator.

PHOTII. Quamvis supra modum improbi ac contumaces dæmones, agnoscunt & fatentur tamen se se aliquãdo scelerum suorum luituros graves pœnas. Quare suspicati repræsentari jam nunc ipsis expectatum olim supplicium, correpta spatia queruntur, & sustineri in constitutam diem cruciatus suos postulant.

ANONYMI. Expelli è regione nolunt ipsis cara & jucunda, quòd à peccatoribus habitaretur.

VICTORIS ANTIOCH. *Deprecabatur ne se expelleret extra regionem*, aut ne irent in abyssum, ut ait Lucas. nam abyssus recessio est à mundo. orant igitur dæmo-

nes ne amandentur extra terram, in locum ubi nemo sit; in tenebras exteriores præparatas Diabolo & Angelis ejus, quare apparebat in potestate Christi esse transferre ipsos quò vellet; nec nisi ejus permissu in illa constitisse regione. ut & in terris cæteris versari Diabolum tolerat: ne adversarii absentia genus humanum corona victoriæ defraudet.

σία ζημιώσῃ τὴν ἀνθρωποτητα τῦ σεφάνυ τ νίκης.

11. Erat autem ibi circa montẽ
„ grex porcorũ magnus, pascens.
12. Et deprecabantur eum spi-
„ ritus dicentes: Mitte nos in por-
„ cos, ut in eos introeamus.
13. Et concessit eis statim Ie-
„ sus. Et exeuntes spiritus immũ-
„ di, introierunt in porcos: & ma-
„ gno impetu grex præcipitatus
„ est in mare, ad duo millia, &
„ suffocati sunt in mari.

„ Ην δὲ ἐκεῖ πρὸς τῷ ὄρει ἀγέλη
„ χοίρων μεγάλη βοσκομένη.
„ Καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν πάντες ⓐ
„ δαίμονες, λέγοντες, πέμψον ἡμᾶς εἰς
„ τοὺς χοίρους, ἵνα εἰς αὐτοὺς εἰσέλθωμεν.
„ Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως ὁ
„ Ιησῦς, καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύματα
„ τὰ ἀκάθαρτα εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους·
„ καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ
„ εἰς τ θάλασσαν. ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι. καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ.

ANONYMI. Permisit, hoc ostendens, ne in porcos quidem, nedum in homines, audere aut posse quidquã dæmonas citra Dei permissionẽ. Multi hic opponunt: quid attinuit curationem Energumeni imputari tam luculenta, tãq; damnosa jactura Dominis porcorum? neque enim fas, ut alteri benè sit, alterum malè mulctari. Ad hoc dicimus: utiliter id à Domino provisum; ut manifesta fides fieret testimonii de Christi divinitate à dæmonibus prolati. qui enim audierant Energumeni ore profitentes dæmones de Domino: esse illum Dei filium, suspicari potuissent fabulam esse ex composito adornatam in homine, qui se dæmone infessum fingeret: cum ars illa & fraus adulantis, non vera calamitas esset. Talis suspicionis calumniam evidenti experimento refellebat porcorum impetus in præceps, aliena utique impressus

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Επέτρεψε, τῦτο δεικνὺς, ὅτι οὐδὲ χοίρων, ἄνευ συγχωρήσεως Θεῦ, κατατολμῶσιν ἢ ἁρπάζειν, μήτιγε ἀνθρώπων, ⓐ δαίμονες. πολλοὶ ἀνιῶνται ἐνταῦθα, ὅτι οὐκ ἐδύ φασι δίκαιον ἰαθῆναι τ δαιμονιζόμενον, τοσαύτην ζημίαν βλαβῆναι τοῖς Κυρίοις τῶν χοίρων. ὁ γὰρ ἵνα ἄλλῳ εὐπαθήσῃ ἄλλος ἐδύ τοιαῦτα κακῶς, καὶ φαμὲν πρὸς τῦτο μῦ, ὅτι οἰκονομικῶς λέγονε ὅ λεγόμενος. ἐπιφθὰς προσκεκινήσθαι τε τ Κύριον ἡμῶν τὸν Θεὸν ὁμολόγησαν ἁπλῶς, ὅπως μὴ δόξῃ προσποιητὸς εἶναι ὁ δαιμονιζόμενος, οἱ χοῖροι παρέσχον ἀληθῆ εἶναι πάντα τάυτα. ἔτι καὶ εἰκὸς ἦν ἡμᾶς τοὺς δεσπότας τῶν χοίρων ἀξίους εἶναι θλίψεως ἡμῖν ζημίας, διά τινας ἁμαρτίας. πρὸς τοῦτο γὰρ ἆρα, ὅτι ἡμῖν ἐπνίγοντο οἱ χοῖροι, ἀλλ' ἐπνίγοντο· εἰκὸς ἦ τοὺς πονηροὺς σωθῆναι. γινώσκων ὁ πάντων δεσπότης τὰς ἐνθυμήσεις ἑκάστυ, μᾶλλον ἦ τῦ πανοπτοῦ δαίμονος, διαλογισαμένυ προσφάσει τῆς τῶν χοίρων ἀπωλείας ἐξελθόντας τοὺς τύτων δεσπότας καταλεῦσαι τ Κύριον ἡμῶν

ἐπέτρε

ἐπέτρεψεν αὐτοῖς τὴν ἔφοδον· παραστήσας ἅμα τὴν οἰκείαν δεσποτείαν πάντων κατισχύουσαν, καὶ τὴν ἐκείνην ἐνθύμησιν ἀπρακτῶν γεγενημένην.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Εἰς τοὺς χοίρους ἐπέτρεψεν εἰσελθεῖν, ἅπαντες δὲ ὑπὸ τῶν δαιμόνων ἐλασθέντες κατὰ τοῦ κρημνοῦ ῥίψαντες ἑαυτοὺς εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέβαλον, ὡς τοὺς βόσκοντας ὁμῶς πεφοβηθῆναι καὶ θαυμάσαι τὸ γινόμενον, καὶ εἰσελθόντας ἀπαγγεῖλαι τοῖς ἐν τῇ πόλει ἅπαντα τὰ γινόμενα. ἐφ' οἷς εἰκότως ἐκπλαγέντες ἐκεῖνοι ἐξῆλθον πρὸς τὴν Ἰησοῦν. καὶ εὗρον καθήμενον τὴν ἄνθρωπον ἀφ' οὗ τὰ δαιμόνια ἐξεληλύθει, ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα, καὶ παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ καθήμενον, καὶ τὸν εὐεργέτην ἐπιγινώσκοντα, ἐξεπλάγησαν ἐπὶ τῷ γενομένῳ· καὶ τὴν προσήκουσαν ἀποδόντες ἐν τῇ συναντήσει τιμὴν, παρεκάλεσαν ἐφ' ἑτέρους μεταβῆναι τόπους, ὡς οὐκ ἄξιοι ὄντες τοσοῦτον ἀγαθὸν ἐπὶ τῆς οἰκείας χώρας ἔχειν, δήσαντες μήπου τι καὶ μεῖζον πάθωσιν ἀπὸ τῆς τοῦ παρόντος δυνάμεως τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ἕνεκεν.

ΤΟΛΩΣ. Ἀξιοῦσιν οἱ δαίμονες τὸν Χριστὸν ὅπως μὴ ἀποστείλῃ αὐτοὺς ἐξωτῆς χώρας· ἀλλ' ἀπολύσῃ εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων· τοῦτο δὲ συγχωρεῖ αὐτοῖς γενέσθαι ὁ Σωτὴρ ἵνα παλαίοντες ἡμῖν δοκιμωτέρους ἡμᾶς ποιήσωσιν. εἰς δὲ τοὺς χοίρους συνεχώρησεν αὐτοὺς εἰσελθεῖν ἵνα δείξῃ· ὅτι ὥσπερ τῶν χοίρων οὐκ ἐφείσαντο, οὕτως οὐδὲ ἀνθρώπου ἐκείνου, εἰ μὴ θεία τις ἦν δύναμις ἡ τηροῦσα αὐτόν.

ΦΩΤΙΟΥ. Ἐπέτρεψε τοῖς δαίμοσιν ὁ Σωτὴρ εἰσελθεῖν εἰς τοὺς χοίρους ἵνα δείξῃ τὴν καθ' ἡμῶν μανίαν τῶν δαιμόνων ὁπόσητίς ἐστι· καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν· καὶ ὅτι οἱ τοσούτους χοίρους συντόμως ἀφανίσαντες, οὐκ ἂν ἀδύνατοι ἦσαν οὕτω διαθεῖναι καὶ τοὺς ἀνθρώπους. ὥστε διὰ πάντων τούτων φανερὰν εἶναι τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, κωλύοντος αὐτοὺς

vi: quomodo enim brutum pecus simularet, exitio præsertim suo? sed ne injusta videatur mulcta, pronũ est intelligere, dominos porcorum ob propria peccata damnum istud meritos. Ad hæc non dixit *suffocati sunt*, sed *suffocabantur*. ut verisimiliter credi possit, aliquos aut plerosque ex suffocatione quam pati ceperant, servatos, atque ita non planè dominis perijsse. Sciens præterea Dominus omnium arcana cujusque cogitata, mali etiam dæmonis astutum consilium penetraverat. sic nimirum ille ratiocinatus secum fuerat, percallidè, ut ipsi videbatur. si permittente Domino porci perierint, irritati damno gregis domini concurrent, & autorem mali lapidabunt. Hanc illorum argutiam ut eventu redargueret, indulsit quod volebant: & potestatem ostendit suam, impediens effectum, & iram nocere cupientium frænans, fraudemque dæmonum effectu cassam reddens.

VICTORIS ANTIOCHENI. In porcos permisit ingredj. qui omnes à dæmonibus abacti per præceps iactantes se ipsos in mare irruerunt. adeo ut pastores immũdi gregis, metu simul, & admiratione talis eventus attoniti, regrediẽtes in urbem nunciarent cuncta, quæ contigerant. quibus meritò stupefacti illi exierunt ad Iesum, & invenerunt sedentem hominem, ex quo dæmonia egressa fuerant vestitum, & sanæ mentis, humilique sessione ad pedes Iesu, benefactorem illum suum agnoscentem. Et obstupuerunt eo quod acciderat. ac convenientem occursu honorifico exhibentes venerationem Domino, rogabant ut in alia loca

transiret : nequaquam se dignos arbitrati, qui tantum boni apud se haberent. veriti etiam ne fortè graviùs aliquid præterea paterentur ob sua peccata, à tanta Præsentis potestate.

ποιῆσαι εἰς τοὺς ἀνθρώπους ὅσα καὶ βούλονται.

TOLOSANI. Petunt dæmones à Christo ne ipsos extra regionem amandet: sed ire permittat in gregem porcorum. Manere autem ipsos indulget Salvator, ut illi nobis mixti, nosque quotidianis certaminibus exercentes, fortiores nos & palma digniores reddant. Concessit quoque ut in porcos irent; eosque perderent, documento id fore confidens spectatoribus ad intelligendum, qui porcos necaverint, nec homini illi misero unde expellebantur fuisse parcituros: nisi prohibuisset vis quædam major, ipsum curans, ipsique consulens.

PHOTII. Permisit dæmonibus Salvator ingredi in porcos, ut ostenderet eorum furorem in nos, quantus sit, & quanta armatus nocendi vi. Sanè qui tot porcos momento perdiderant, facilè intelligebantur, non carere viribus ad homines consimiliter perdendos. ut ex his omnibus manifestum sit, Dei potentiam impedire ipsos quominùs adversus homines faciant quæcumque vellent.

14. Qui autem pascebant eos, „ fugerunt, & nunciaverunt in ci- „ vitatem & in agros, & egressi „ sunt videre quid esset factum.

„ Οἱ δὲ βόσκοντες τοὺς χοίρους ἔφυγον, καὶ ἀνήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. καὶ ἐξῆλθον ἰδεῖν τί ἐστι τὸ γεγονός.

15. Et veniunt ad Iesum, & vi- „ dent illum qui à dæmonio ve- „ xabatur, sedentem, vestitum, & „ sanæ mentis: & timuerunt.

„ Καὶ ἔρχονται πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον καὶ ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα τὸν ἐσχηκότα τὴν λεγεῶνα· καὶ ἐφοβήθησαν.

16. Et narraverunt illis, qui vi- „ derant, qualiter factum esset ei, „ qui dæmonium habuerat: & de „ porcis.

„ Διηγήσαντο δὲ αὐτοῖς οἱ ἰδόντες, πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ καὶ περὶ τῶν χοίρων.

17. Et rogare cæperunt eum „ ut discederet de finibus eorum.

„ Καὶ ἤρξαντο παρακαλεῖν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

18. Cumq; ascenderet navim, „ cæpit illum deprecari qui à dæ- „ monio vexatus fuerat, ut esset „ cum illo.

„ Καὶ ἐμβάντος αὐτοῦ εἰς τὸ πλοῖον, παρεκάλει αὐτὸν ὁ δαιμονισθεὶς ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ.

TOLOSANI. Civitatis illius & regionis incolæ, ubi de prodigio quod acciderat cognoverunt, perculsi vehementius sunt, & Iesum rogabant, ut excederet è finibus eorum. Corripuerat enim eos metus quidam ne majus in eos malũ

ΤΟΛΩΣ. Μαθόντες οἱ τῆς πόλεως ἐκείνης περὶ τοῦ γεγονότος θαύματος ἐξεπλάγησαν σφόδρα. καὶ ὡς Ἰησοῦν παρεκάλουν ἐκ τῆς χώρας αὐτῶν ἐξελθεῖν. ἐδεδοίκεισαν γὰρ μή τι καὶ μεῖζον αὐτοῖς γένηται· λυπηθέντες γὰρ ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν χοίρων, παρῃτοῦντο καὶ

τὴν

τὴν τοῦ σωτῆρος παρουσίαν. ὁ δὲ ἰαθεὶς παρεκάλει συνεῖναι αὐτῷ καὶ μηδαμῶς χορίζεσθαι αὐτοῦ. δεδιὼς μήποτε μόνον αὐτὸν εὑρόντες οἱ δαίμονες ἐνοχλήσωσιν αὐτῷ. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπολύει αὐτὸν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἀπελθεῖν. δεικνύων· ὅτι κἂν πορρῶ ᾖ ἀπ' αὐτοῦ· ἀλλά γε ἡ δύναμις αὐτοῦ φυλάξει αὐτόν.

ΣΕΥΗΡΟΥ. Οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὅτι ἀπάγγειλον ὅσα σοι πεποίηκα ἐγώ· ἀλλ' ὅσα σοι πεποίηκεν ὁ Κύριος, διδάσκων ἡμᾶς, ἵνα ὅταν τι ἀγαθὸν ποιήσωμεν, μὴ ἐπαιρώμεθα ἐπ' αὐτῷ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΩΤΟΥ. Τί δήποτε ὁ Σωτὴρ ὁ ἁπανταχοῦ καὶ πᾶσι τοῖς θεραπευομένοις παραγγέλλων μηδενὶ εἰπεῖν, νῦν πάλιν φανερῶσαι αὐτὸν βούλεται καὶ ἀπαγγέλλειν πρὸς ἅπαντας ὅσα πεποίηκεν αὐτῷ ὁ Θεός. ἔστιν οὖν εἰπεῖν πρὸς τοῦτο· ὅτι ἁρμοδίως πεποίηκεν ὁ Κύριος· πᾶσα γὰρ ἡ χώρα ἐκείνη ἄθεος ἦν· καὶ δεισιδαιμονίᾳ ἐκρατεῖτο. διὰ τοῦτο παραγγέλλει αὐτῷ κηρῦξαι τὸ θαῦμα· ἵνα ἀκούσαντες τε καὶ ἑωρακότες, ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸν βίον ἑαυτῶν μεταθήσωσιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἡγοῦμαι ὅτι διὰ τοῦτο ἤθελεν εἶναι μετ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ὅποτε δαιμονῶν, δέει τοῦ μὴ παραληφῆναι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐν τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ Κυρίου. εἰ γὰρ ὡς μαθητὴς ὢν ἐζήτει εἶναι μετ' αὐτοῦ, οὐκ ἂν ἐκώλυσεν αὐτὸν, οὐδὲ γὰρ τὴν Μαρίαν ἐκώλυσε συνεῖναι αὐτῷ, ἀφ' ἧς ἑπτὰ δαιμόνια ἐβεβλήκει. μᾶλλον διὰ τοῦτο εἴασεν ὁ Κύριος, δι' ἃ ἤμελλεν ποιεῖν, τουτέστι κηρύττειν τὸν Κύριον εἰς ὠφέλειαν τῶν ἀκούντων.

quoddam inde ingrueret. Itaque clade porcorum & jactura perciti, præsentiam Salvatoris infelices aversantur & recusant. Non ita qui curatus à Christo fuerat. Is enim voto planè contrario petebat à Iesu, sibi ut per eum liceret adherere ipsi comitem individuum. Verebatur scilicet ne solum ipsum invenientes dæmones, iterùm infestarent. At abire ipsum domum suam jubet Iesus: significans se quantumvis absentem, & lato spatio remotum, præsenti tamen ubique virtute, posse ac velle ipsum servare ac protegere.

SEVERI. Non dixit ipsi: Annúncia quanta tibi ego fecerim; sed, quanta tibi fecerit Dominus. docens nos, cùm bonum aliquid fecerimus, non eo tamen efferri, nobisque gloriam tribuere.

THEODORI HERACLEOTÆ. Cur tandem Salvator, cum aliàs passim soleat edicere iis quos curavit, ne cuiquam dicant: nunc è contrariò jubet hunc nunciare omnibus quanta ipsi fecerit Deus? Dicendum: peculiarem hic fuisse Christo causam ita se gerẽdi. quoniam universa ista ubi hæc gesta sunt regio Deũ ignorabat, superstitionis obvoluta tenebris. Propterea nũciari prodigium voluit ab eo ipso in quo id gestũ erat. ut & nuncii ipsius mutatio, hominis priùs noti, & rei nunciatæ admirabilitas, vel illis ipsis Atheis aliquam opinionem ingeneraret divinitatis in eo negotio versatæ: cogitationemque inderet vitæ in melius vertendæ.

ANONYMI. Existimo idcirco voluisse esse cum Domino illum, qui possessus à dæmone fuerat, quòd metueret ne denuò invaderetur à malo Genio, in absentia Domini. nam si in Discipulorum numerum adscribi postulasset, non, opinor, fuisset rejectus. neque enim Mariam Christus prohibuit sequi se, à qua septem dæmonia ejecerat. nisi potiùs propte-

propterea istum reliquit ibi Dominus, ut faceret quod facturum sciebat: videlicet prædicare Dominum in utilitatem audientium.

19. Et Iesus non admisit eum, „ sed ait illi, Vade in domum tuã „ ad tuos, & annuncia illis quan- „ ta tibi Dominus fecerit, & mi- „ sertus sit tui.

„ Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν, „ ἀλλὰ λέγει αὐτῷ, ὕπαγε εἰς τὸν οἶκον „ σου πρὸς τοὺς σοὺς, καὶ ἀνάγγειλον „ αὐτοῖς ὅσασοι ὁ Κύριος ἐποίησε, καὶ „ ἠλέησέ σε.

EIVSDEM. Vides autoritatem loquendi Deo dignam. Ipse se Dominum & misericordem vocat.

ΑΥΤΟΥ. Ὁρᾷς ἐξουσίαν θεοπρεπῆ· αὐτὸς ἑαυτὸν Κύριον καὶ ἐλεήμονα καλεῖ.

30. Et abiit, & cæpit prædicare „ in Decapoli quanta sibi fecisset „ Iesus: & omnes mirabantur.

„ Καὶ ἀπῆλθε καὶ ἤρξατο κηρύσ- „ σειν ἐν τῇ δεκαπόλει ὅσα ἐποίησεν „ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· καὶ πάντες ἐθαύμαζον.

VICTORIS ANTIOCH. Dominus ne videretur sua solũ præsentia custodire ipsum ab incursu dæmonis, dimisit ipsum: neminẽ, inquiens, verearis. Præsentia siquidem minueret miraculum: absentia declaratura magis est potestatem. Revertere in domum tuã, habens à me pignus salutis: & narra aliis miraculum, ut confirmes gratiam. quod & fecit. quæritur quam ob causam Dominus dæmonas hoc poscentes iussit ingredi in porcos? Magna mala dæmones inferebant hominibus. Inde multi, ut fit, quæritabant inter se cur illa permitteret Deus? volens igitur Dominus cunctis ostẽdere, & quanta sit ira dæmonum in homines, & quantò pauciora, & minora quam vellent eis inferant damna, frænante maleficam illorum vim divina potentia, in homines quidem experimentum ipsos edere suæ væsaniæ non est passus. indulsit autem ut porcos invaderent, ut ex eo & rabies & vis appareret dæmonum, ac ex eo

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ὁ Κύριος ἵνα μὴ δόξῃ διὰ τῆς παρουσίας φυλάττειν μόνον, ἀπέλυσεν αὐτόν· μηδένα, φησὶν, εὐλαβήθητι. ἡ γὰρ παρουσία ἐλάττοι τὸ θαῦμα, ἡ δὲ ἀπουσία σημαίνει μειζόνως τὴν ἐνέργειαν. ὑπόστρεφε εἰς τὸν οἶκόν σου ἔχων παρ' ἐμοῦ τὸ ἐνέχυρον τῆς σωτηρίας, καὶ διηγοῦ τοῖς ἄλλοις τὸ θαῦμα, ἵνα βεβαιώσῃς τὴν χάριν. ὃ δὴ καὶ ποιῶν διετέλει. ζητεῖται τίνος ἕνεκεν ὁ Κύριος τοῖς δαίμοσι εἰσελθεῖν ἐπιτάττει εἰς τοὺς χοίρους οὕτως αἰτήσασι; μέγιστα κακὰ διετίθεσαν τοὺς ἀνθρώπους οἱ δαίμονες. ἐντεῦθεν δὲ πολλοὶ, ὡς εἰκὸς, συνεξέταζον πρὸς ἀλλήλους, τίνος ἕνεκεν ταῦτα ποιεῖν ἀνέχεται ὁ Θεός; βουληθεὶς οὖν ὁ Κύριος ἅπασι δεῖξαι, καὶ ἥντινα τὴν ὀργὴν κατὰ τῶν ἀνθρώπων οἱ δαίμονες ἔχουσι, καὶ ὅτι πολὺ ἐλάττονα, ἢ βούλονται καὶ δύνανται, τοὺς ἀνθρώπους ἐργάζονται κακά, τῇ τοῦ Θεοῦ κωλυόμενοι δυνάμει· ἐπὶ μὲν ἀνθρώπων ταύτην οὐ παρείχετο ἀπόδειξιν· ἐπέτρεψε δὲ αὐτοὺς εἰς τοὺς χοίρους εἰσελθεῖν, ὥστε ἀπ' ἐκείνων τὴν τε ὀργὴν τῶν δαιμόνων καὶ τὴν δύναμιν νοεῖν, καὶ ὅτι οἱ τοσούτους χοίρους συντόμως ἀφανίσαντες, οὐκ ἀδύνατοι τὰ αὐτὰ

διὰ τὰς ἀνθρώπους καθεζήκασιν, ὡς διὰ πάντων φανερὰν εἶ τῷ Θεῷ τὴν δύναμιν κωλύοντος αὐτοὺς ἅπαντα πράττειν εἰς τοὺς ἀνθρώπους, ὅσα μὴ βούλονται.

quod tã multos porcos momento perdidiſſent, intelligeretur ſimilia ipſos in homines poſſe. Sicq; palã fieret divina illos teneri potentia, ne quęcumque volunt in homines faciant.

» Καὶ διαπεράσαντος τοῦ Ἰησοῦ » ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ πέραν, » συνήχθη ὄχλος πολὺς ἐπ' αὐτὸν, » καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν.

21. Et cùm tranſcendiſſet Ie- » ſus in navi rurſum transfretum, » convenit turba multa ad eum; » & erat circa mare.

» Καὶ ἰδοὺ ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυνα- » γώγων ὀνόματι Ἰάειρος, καὶ ἰδὼν » αὐτὸν πίπτει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ.

22. Et ecce venit quidã de Ar- » chiſynagogis nomine Iairus; & » vidēs eũ, procidit ad pedes ejus.

» Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, λέ- » γων, ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως » ἔχει· ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς » χεῖρας, ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται.

23. Et deprecabatur eum mul- » tùm, dicens: Quoniam filia mea » in extremis eſt: Veni, impone » manus ſuper eam, ut ſalva ſit, & » vivat.

» Καὶ ἀπῆλθε μετ' αὐτοῦ, καὶ ἠκο- » λούθει αὐτῷ ὄχλος πολὺς, καὶ συνέθ- » λιβον αὐτόν.

24. Et abiit cum illo, & ſeque- » batur eum turba multa, & com- » primebant eum.

ΑΥΤΟΥ. Θαῦμα δὲ πάλιν ἕτερον διαδέχεται. ἔρχων γὰρ τῆς συναγωγῆς ἀπαντᾷ πρὸς τὸν Κύριον, καὶ προλαμβάνων ἐυγνωμοσύνην τῷ πάθει, ἀλλ' ἀναγκαζόμενος ὑπὸ νόσου τῆς θυγατρός. ὄνομα δὲ αὐτῷ Ἰάειρος. ὃ ὄνομα χρῆν διὰ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς εἰδότας ὃ γεγονὸς, ἵνα γένηται ὄνομα ὑποδείξις τοῦ θαύματος. παρεκάλει δὲ τὸν Ἰησοῦν ὑπὲρ ἰδίας θυγατρός, ἣν Ματθαῖος μὲν τετελευτηκέναι φησὶ, Μάρκος δὲ τότε μὲν ἀρρώστειν δεινῶς, ὕστερον δὲ ἐλθόντος τινὸς τῶν τοῦ ἀρχισυναγώγου, ἐν οἷς ἀπέναι ὁ Κύριος ἤμελλεν, ἀπαγγεῖλαι ὅτι τετελεύτηκε, καὶ περιττὸν αὐτὸν τοῦ σκύλλειν τὸν διδάσκαλον. ἐπειδὴ γὰρ ὡς διδάσκαλον ἐνόμιζον αὐτὸν καλεῖσθαι ἵνα ἐλθὼν ἐπεύξηται τῇ παιδίσκῃ, ἐσήμαινον μηκέτι αὐτοῦ χρείαν εἶναι διὰ τὸ τεθνηκέναι αὐτήν. ἀλλὰ εἰδότες ὅτι δυνατὸν ἐστὶ καὶ ἀποθανοῦσαν ἀναστῆσαι. τοῦτο μὲν ἴσως ἔχει. Ματθαῖος δὲ τοῦτο τὸ θαῦμα μείζονα εἰπὼν

EIVSDEM. Miraculum rurſus aliud ſequitur. Princeps enim Synagogæ procedit obviam Domino, non cauſa venerationis, aut fidei inſtinctu, ſed coactus morbo filiæ. nomen illi erat, Iairus. Exprimitur nomen propter Iudæos, qui norant factum, ut eſſet nomen demonſtratio miraculi. Orat autem Dominum pro ſua filia, quam Matthæus quidem jam obiiſſe ait; Marcus autē, tunc ęgrotaſſe graviter; poſtea verò à quodã domeſtico Archiſynagogi, cùm jam Dominus iturus ad illam erat, mortem ejus nunciatam, addito fruſtra vexari Magiſtrum, re non amplius integra. quoniam enim ut Magiſtrum putabant illum vocari, ut veniens oraret ſuper puellam, arbitrabantur nihil iam eo eſſe opus, defuncta utique virgine. neſcientes poſſe ipſum & mortuam vitæ

redde-

reddere. Hoc quidem sic habet. Matthæus autem id, in quo verè miraculum situm est narrare festinans, neglexit subtiliùs distinguere momenta verbaque amborum, Principis videlicet, & famuli, quasi uterque idem dixerit, quod non ita est: nec affirmare voluit. at tanti non putavit minutè discernere quæ parum ad rei summam intererant. Promittit Dominus iturum se, ac revocaturum puellam ad vitam, sequuntur ipsum & Discipuli.

γενομένου ὡς ἢ δι' ἑκατέρου ὁμοίως ἐκείνου σημαινομένου ὅτι δὴ νεκρὰν ἔγειρεν, συντόμως εἶπεν ὅτι τετελεύτηκε, παρεὶς τὴν ἀκρίβειαν. ὑποχνεῖται ὁ Κύριος ἀπελεύσεσθαι καὶ ἀναστήσειν αὐτῷ τὴν παῖδα. ἕπονται δὲ αὐτῷ καὶ οἱ μαθηταί.

25. Et mulier quædã, quæ erat
„ in profluvio sanguinis annis
„ duodecim.

„ Καὶ γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵ-
„ ματος ἔτη δώδεκα.

29. Et fuerat multa perpessa à
„ compluribus medicis, & eroga-
„ verat omnia sua, nec quicquam
„ profecerat, sed magis deterius
„ habebat.

„ Καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολ-
„ λῶν ἰατρῶν, καὶ δαπανήσασα τὰ
„ παρ' ἑαυτῆς πάντα, καὶ μηδὲν ὠφε-
„ ληθεῖσα, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ χεί-
„ ρον ἐλθοῦσα.

27. Cùm audisset de Iesu, venit
„ in turba retrò, & tetigit vesti-
„ mentum ejus.

„ Ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐλθοῦ-
„ σα ἐν τῷ ὄχλῳ ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ
„ ἱματίου αὐτοῦ.

28. Dicebat enim, Quia si vel
„ vestimentum ejus tetigero, sal-
„ va ero.

„ Ἔλεγε γὰρ ὅτι κἂν τῶν ἱματίων
„ αὐτοῦ ἅψωμαι, σωθήσομαι.

29. Et cõfestim siccatus est fons
„ sanguinis ejus: & sensit corpore,
„ quia sanata esset à plaga.

„ Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ
„ αἵματος αὐτῆς, καὶ ἔγνω τῷ σώμα-
„ τι ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος.

TOLOSANI. Modò perpetrato miraculo, aliud brevi intervallo continuat Dominus. cùm Filiam Archisynagogi mortuam vitæ restituit. Credebat hic Archisynagogus, at ex dimidia tantùm parte. sanè quatenus ad Christi pedes procidit, fidelis esse videtur. quatenus verò rogat ut domũ suam veniat, quasi non credens posse Christum verbo absentem quodcumque vellet effectum reddere, non planè fidelem se præstabat. Obiter interim & Hæmorroissam sanat: haud paulò robustiori fide præditam, ut pote quæ

ΤΟΛΩΣ. Μετὰ τὸ πρότερον γεγονὸς θαῦμα καὶ ἕτερον ἐργάζεται ὁ Κύριος. τὴν γὰρ θυγατέρα τοῦ ἀρχισυναγώγου ἀνέστησε. πιστὸς γὰρ ἦν ὁ ἀρχισυνάγωγος. ἐξ ἡμισείας μέντοι. καὶ ὡς μὲν πίπτων παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, πιστὸς εἶναι δοκεῖ. ὡς δὲ παρακαλῶν αὐτὸν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐλθεῖν, καὶ μὴ πιστεύων ὅτι καὶ λόγῳ δύναται τοῦτο ποιῆσαι. οὐκ ἔτι τελέως πιστός. ὡς γὰρ ἐν παρέργῳ ἀπερχομένου τοῦ Σωτῆρος θεραπεύεται καὶ ἡ αἱμόῤῥους δι' ἣν εἶχε τελείαν πίστιν. Καὶ γὰρ ἐκ μόνης τῆς τῶν ἱματίων αὐτοῦ προσψαύσεως ἰαθῆναι ἐπίστευσε. διὸ καὶ τυγχάνει τῆς ἰάσεως. οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, πιστεύοντες

εἰς

εἰς τὸν Κύριον· καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ θανάτου γεγονότες μέτοχοι, ἰάσιν τῶν πλημμελημάτων δεχόμεθα.

Τὸ ὄνομα κεῖται τοῦ ἀρχισυναγώγου διὰ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς εἰδότας τὸ γεγονός. ὅπως τὸ τοιοῦτον τῆς τοῦ θαύματος τελειότητος ἀπόδειξις γένηται. τὴν δὲ τούτου θυγατέρα ὁ μὲν Ματθαῖος τετελευτηκέναι φησίν· ὁ δὲ Μάρκος, πρῶτον μὲν ἀῤῥωστεῖν δεινῶς, εἶτα μετὰ τοῦτο ἀποθανεῖν.

solo vestis vel furtivo contactu curandã se crederet. quare ipsi quod speraverat contigit. Ita & nobis accidit. credentes enim in Dominum, & carnis ejus ac mortis facti participes, curationem peccatorum accipimus.

Nomen quoque Archisynagogi scripto proditum est, propter Iudæos rem scientes quæ gesta ferebatur, sed fortassè propter ejus admirabilitatem, prestigiarum eam suspectam habituros. cui dubitationi occursura erat personæ talis mentio: qui pro sua prudentia & religione illudi sibi non sivisset. unde ejus nominis interpositio, demonstratio quædam erat veritatis miraculi. Hujus porrò filiam Matthæus obijsse prius dicit: Marcus verò, primùm quidem ægrotasse graviter, deinde & esse mortuam.

„ Καὶ εὐθέως ὁ Ἰησοῦς ἐπιγνοὺς ἐν
„ ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦ-
„ σαν, ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, ἔλε-
„ γε, τίς μου ἥψατο τῶν ἱματίων;
„ Καὶ ἔλεγον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐ-
„ τοῦ, βλέπεις τὸν ὄχλον συνθλίβον-
„ τά σε, καὶ λέγεις, τίς μου ἥψατο;
„ Καὶ περιεβλέπετο ἰδεῖν τὴν τοῦτο
„ ποιήσασαν.
„ Ἡ δὲ γυνὴ φοβηθεῖσα καὶ τρέμου-
„ σα, εἰδυῖα ὃ γέγονεν ἐπ' αὐτῇ, ἦλθε
„ καὶ προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ εἶπεν
„ αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.
„ Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, θύγατερ ἡ πί-
„ στις σου σέσωκέ σε, ὕπαγε εἰς εἰρήνην
„ καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου.

30. Et statim Iesus in semetipso
„ cognoscens virtutẽ, quæ exierat
„ de illo, cõversus ad turbã ajebat,
„ Quis tetigit vestimenta mea?
31. Et dicebãt ei Discipuli sui,
„ Vides turbam comprimentẽ te;
„ & dicis, Quis me tetigit?
32. Et circumspiciebat videre
„ eam quæ hoc fecerat.
33. Mulier verò timens, & tre-
„ mens, sciens quod factum esset
„ in se, venit & procidit ante eũ,
„ & dixit ei omnem veritatem.
34. Ille autem dixit ei, Filia, fi-
„ des tua te salvam fecit: vade in
„ pace, & esto sana à plaga tua.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ὁ δὲ Ματθαῖος ὁμοίως κἂν τούτῳ τῷ θαύματι εἰπεῖν τὴν ἀκρίβειαν καταλέλιπεν. ὁ γάρτοι Μάρκος προστίθησιν ὅτι ὁ Κύριος ἐπιστραφεὶς ἠρώτα τὴν ἁψάμενον. ἡ δὲ ὑπὸ τοῦ φόβου κατήγειλεν ἑαυτὴν, καὶ οὕτως εἶπεν πρὸς αὐτὴν τὸ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. ὁ πιστεύων εἰς τὸν σωτῆρα ἅπτεται αὐτοῦ· ὁ δὲ ἀπιστῶν θλίβει αὐτὸν ἐκλυπεῖ. ὁ δὲ ἀπτόμενος αὐτοῦ ἕλκει καὶ

VICTORIS ANTIOCHENI. Matthæus in hujus quoque miraculi narratione minutias neglexit. nam Marcus addit, conversũ Dominum quæsisse: quis se tetigisset? Illa verò conscia præ metu prodidit se ipsam: & sic audivit à Domino: *fides tua te salvam fecit.* qui credit, tangit Salvatorem suum. qui verò non credit, premit illum

& vexat. qui verò illum tangit, trahit & rapit ad clementiam. negabant omnes se tetigisse ipsum; non enim credebant. sed contigui solùm ipsi erant. E vestimẽtis porro suis processisse mulieri salutis causam, docuit dum dixit: *fides tua te salvam fecit*: sic non locus, non sermo, non quidquam eorum quæ extra sunt salutem affert; sed sua unicuique fides. Filia autem Iesu est, curata à fluxu spiritualiter, & à vitio mundata: necesse est & hoc adjungere. cur ait de Hæmorrhoissa Saluator, *quis me tetigit*? ut intelligeret se à volente curatam, & non ab invito. Sciverat enim quænam ipsum tetigisset. Interrogat autem, ut quasi deprehenderet ac convinceret ipsam, furto velut facto, recedentem; & videlicet publicaret fidem ejus: efficeretque ne lateret mira operatio patrata. Virtutes Christi ex ipso communicantur aliis, non localiter aut corporaliter, quasi ab ipso recedant. Sed incorporeæ cùm sint, & in alios effunduntur, & ab ipso non separantur. ut scientiæ & apud Magistrum manent, & à discẽtibus participantur. sic fide tangentibus Christum, virtutes ejus, ejus voluntate ac judicio dãtur Rectè autem dixit: non, *sensi*, sed *cognovi*. non enim sensibiles ejus virtutes sunt, sed incorporeę. *Tetigit me quædam*, ait: allocuta est mente, affata est fide. accedens accepit à me curationem. non me tetigerunt qui circum constipati trudunt. non enim mẽte ac cogitatione assident. Fatebitur igitur qui tetigit virtutem quam est expertus, ut plus inde juvetur, & abiens sciat se non solùm curatum, sed nec latuisse

ἐπιστῆσαι εἰς φιλανθρωπίαν. ἠρνοῦντο δὲ πάντες ἧφθαι αὐτοῦ, οὐ γὰρ ἐπίστευον, ἀλλὰ συνεῖχον αὐτόν. ὅτι δὲ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἔσωσεν αὐτὴν, ἐδίδαξεν εἰπών, ἡ πίστις σου σέσωκέσε. οὕτως οὔτε τόπος, οὔτε λόγος, οὔτε τι τῶν ἔξωθεν σώζει, ἀλλ' ἕκαστον ἡ πίστις ἑαυτοῦ. θυγάτηρ δὲ χρηκατίζει τοῦ Ιησοῦ ἡ ἰαθεῖσα τῆς ῥύσεως ψυχικῶς καὶ καθαρισθεῖσα τοῦ πάθους. ἀναγκαῖον δὲ προσθῆναι καὶ εἰπεῖν. τίνος χάριν φησὶν ὁ σωτὴρ περὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης, τίς μου ἥψατο; ἵνα νοήσῃ ὅτι παρ' ἑκόντος ἔλαβε τὴν σωτηρίαν, καὶ οὐ παρ' ἄκοντος. ᾔδει γὰρ τὴν ἁψαμένην. ἠρώτα δὲ ἵνα ἐλέγξῃ αὐτὴν παρελθοῦσαν, καὶ μὴν δημοσιεύσῃ αὐτῆς τὴν πίστιν, καὶ μὴ λάθῃ δύναμις ἐνεργηθεῖσα. Αἱ δυνάμεις τοῦ σωτῆρος ἐξ αὐτοῦ μεταδίδονται ἑτέροις, οὐ μὴν τοπικῶς ἢ σωματικῶς, ὡς ἀναχωρεῖν αὐτοῦ. ἀσώματοι δὲ οὖσαι, καὶ εἰς ἑτέρους ἐξέρχονται, καὶ ἑτέροις δίδονται, καὶ οὐκ ἐξίστανται αὐτοῦ. ὥσπερ αἱ ἐπιστῆμαι καὶ παρὰ τῷ διδάσκοντί εἰσι, καὶ τοῖς μανθάνουσι παραδίδονται. οὕτω τοῖς πίστει ἁπτομένοις αὐτοῦ μετὰ τῆς αὐτοῦ βουλῆς τε καὶ κρίσεως δίδονται. καλῶς δὲ οὐκ εἶπεν, ᾐσθόμην, ἀλλ' ἔγνων. οὐ γὰρ αἰσθηταὶ αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, ἀλλ' ἀσώματοι. ἥψατό μου τίς φησι, προσωμιλησέμοι λογισμῷ, διελέχθη μοι πίστει, ἠρέμα καὶ καταμικρὸν προσελθοῦσα ἔλαβε παρ' ἐμοῦ τὴν ἴασιν. οὐχ ἥψαντό μου οἱ παραθλίβοντες. οὐ γὰρ λογισμῷ παρεδρεύουσιν. ὁμολογήσει οὖν ὁ ἁψάμενος τὴν ἐνέργειαν, ἵνα πλέον ὠφεληθῇ καὶ ἀπελθὼν συνίσῃ, ὡς οὐ μόνον ἰάθη, ἀλλ' οὐδὲ ἅπερ διενοήθη ἔλαθεν. αἰσθομένη οὖν ὡς οὐκ ἔλαθε, προσπεσοῦσα αὐτῷ, διηγήσατο ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ ὡς ἰάθη παραχρῆμα. ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, θύγατερ, καὶ τὰ ἑξῆς. θυγατέρα καλεῖ τὴν τεθεραπευμένην, πίστεως ἕνεκα. ἡ γὰρ πίστις αὐτῆς τῆς θεραπείας ὁ κρείττων. καὶ υἱοθεσίαν ἐχαρίσατο. ἡ πίστις σου φησὶ σέσωκέ σε. ὥστε ἐπειδὴ ἔμαθες τῆς σω-

τηρίας

τηρίας τὴν πίστιν αἰτίαν, αὔξησον δὲ σπέρμα. ἕκαστος γὰρ τοσοῦτον καρποῦται, ὅσον πιστεύει. ὕπαγε εἰς εἰρήνην, καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου. ἰασάμενος αὐτῆς δὲ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν εὐεργετεῖ πέμπων αὐτὴν εἰς τέλος ἀγαθὸν, ἐν εἰρήνῃ ἐν ᾗ κατοικεῖν λέγεται ὁ Θεὸς, κατὰ δὲ, ἐν εἰρήνῃ ἁγίᾳ ὁ τόπος αὐτοῦ. καὶ τρίτον αὐτὴν διδάσκειν ἀναγκαῖον, ἵνα γνῷ ὅτι οὐ δὲ σῶμα μόνον ἰάθη, ἀλλὰ καὶ τῆς μάστιγος ἀπηλλάγη, τουτέστι των αἰτίων τοῦ σωματικοῦ πάθους, δηλαδὴ τῶν ἁμαρτιῶν.

ΤΟΛΩΣ. Αυτη ἡ γυνὴ ἐπίσημός τις ἦν καὶ πᾶσι γνώριμος. ὅθεν καὶ συνεστέλλετο ὡς τὰ πολλὰ μὴ τολμῶσα τῷ Σωτῆρι προσερχεσθαι ἐπειδὴ καὶ ἀκάθαρτος ἦν κατὰ τὸν νόμον. διὸ οὐδὲ φανερῶς προσῆλθεν αὐτῷ· οὐδὲ κατὰ προσωπον αὐτῷ ἐφάνη· ἀλλ' ὄπισθεν τῶν ἱματίων αὐτοῦ ἥψατο. λέγουσα ἐν ἑαυτῇ· ὅτι κἂν τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωμαι, πάντως σωθήσομαι· καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν αὐτῇ· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Αισθομένη ἡ γυνὴ ὡς οὐκ ἔλαθε, καὶ φοβηθεῖσα καὶ τρέμουσα διηγήσατο τὰ ἑαυτῆς ἐνώπιον τοῦ λαοῦ. καὶ ὡς ἰάθη παραχρῆμα· ἐφοβήθη δὲ, οὐχ ὅτι ἰάθη· ἀλλ' ὅτι κρύφα τοῦτο πεπόιηκε. θυγατέρα δὲ ταύτην καλεῖ ὁ Χριστὸς, διὰ τὴν πολλὴν πίστιν αὐτῆς· αὕτη γὰρ τὴν υἱοθεσίαν ἐκείνῃ δέδωκεν.

quæ cogitavit. Sentiens igitur quòd non lateret, procidens ante ipsum, narravit coram omni populo: se confestim sanatam. Ipse verò ait ei: *Filia* &c. Filiam vocat eam quæ curata fuerat, propter fidem. nam fides ejus curatione præstantior erat. & Dei adoptionem ipsi gratificata est. *Fides tua*, inquit, *te salvam fecit*. quare quoniam didicisti salutis causam fidem esse, fac crescat istud semen. unusquisque enim tantùm fructificat, quantùm credit. *Vade in pace, & esto sana à plaga tua*. curato ejus corpore, animę quoque benefacit, mittens illam in finem bonum, in pace, in qua habitare dicitur Deus, juxta illud: *In pace sancta locus ejus*. Deniq; & ipsã docere necesse erat, ut sciret, non suum corpus solum, quod experimento sentiebat, fuisse sanatum: sed ipsam quoque à plaga liberatam, hoc est à causis corporalis morbi, videlicet peccatis.

TOLOSANI. Insignis hæc mulier erat & latè nobilis. unde illam major verecundia tenebat accedendi ad Christum, quod sciebat notum omnibus, immundam ipsam esse juxta legem. Itaque palàm ad ipsum non accessit: neque à facie se illi obtulit, sed à tergo vestimentorum ejus cõtactum appetivit. Sic secum ipsa reputans, si vel ejus vestem attigero, planè sanabor. Propterea dixit ipsi Dominus: *Fides tua te salvam fecit*.

ORIGENIS. Sentiens mulier se non latuisse, timens ac tremens confessa est quæ sibi contigissent, narrans palàm coram omni populo, ut scilicet mox à contactu vestimenti, sanata repentè esset. Timuit autem, non quod sanata esset; sed quod quasi clã, quasi furata sanitatẽ esset, verita est ne culpæ imputaretur. Filiam verò ipsam vocat Christus, propter multam ejus fidem. Fides inquam huic mulieri adoptionis tantæ beneficium sancivit.

» Ετι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχονται

35. Adhuc eo loquẽte, veniunt

„ ad Archisynagogum, dicentes,
„ Quia filia tua mortua est: quid
„ ultra vexas Magistrum?

36. Iesus autem audito verbo,
„ quod dicebatur, ait Archisyna-
„ gogo, Noli timere: tantum-
„ modo crede.

37. Et nõ admisit quemquam
„ se sequi, nisi Petrum & Iaco-
„ bum & Ioannem fratrem Ia-
„ cobi.

38. Et veniunt in domum Ar-
„ chisynagogi, & videt tumultũ,
„ & flentes & ejulantes multum.

39. Et ingressus ait illis, Quid
„ turbamini & ploratis? puella nõ
„ est mortua, sed dormit.

40. Et irridebant eum. Ipse
„ verò ejectis omnibus assumit
„ patrem & matrem puellæ, &
„ qui secum erant, & ingrediun-
„ tur ubi puella erat jacens.

41. Et tenens manum puellæ,
„ ait illi, Talitha cumi, quod est
„ interpretatum, Puella, tibi dico
„ Surge,

42. Et confestim surrexit puel-
„ la: & ambulabat. erat autem
„ annorum duodecim. & obstu-
„ puerunt stupore magno.

43. Et præcepit illis vehemẽ-
„ ter, ut nemo id sciret: & dixit
„ dari illi manducare.

„ ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγοντες
„ ὅτι ἡ θυγάτηρ σου ἀπέθανε· τί ἔτι
„ σκύλλεις τὸν διδάσκαλον;

„ Ὁ δὲ Ἰησοῦς εὐθέως ἀκούσας τὸν
„ λόγον λαλούμενον, λέγει τῷ ἀρχι-
„ συναγώγῳ, μὴ φοβοῦ, μόνον πί-
„ στευε.

„ Καὶ οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συ-
„ νακολουθῆναι εἰ μὴ Πέτρον, καὶ Ἰά-
„ κωβον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν
„ τοῦ Ἰακώβου.

„ Καὶ ἔρχεται εἰς οἶκον τοῦ ἀρχισυ-
„ ναγώγου, καὶ θεωρεῖ θόρυβον, κλαίον-
„ τας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά.

„ Καὶ εἰσελθὼν λέγει αὐτοῖς, τι
„ θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε; ὃ παιδίον
„ οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.

„ Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐκβα-
„ λὼν ἅπαντας, παραλαμβάνει τὸν πα-
„ τέρα τοῦ παιδίου καὶ τὸν μητέρα καὶ τοὺς
„ μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰσπορεύεται ὅπου ἦν
„ ὃ παιδίον ἀνακείμενον.

„ Καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς τοῦ παι-
„ δίου, λέγει αὐτῷ, ταλιθὰ κοῦμι, ὅ
„ ἐστι μεθερμηνευόμενον; ὃ κοράσιον,
„ σοὶ λέγω, ἔγειραι.

„ Καὶ εὐθέως ἀνέστη ὃ κοράσιον, καὶ
„ περιεπάτει, ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα· καὶ
„ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ.

„ Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς πολλά, ἵνα
„ μηδεὶς γνῷ τοῦτο. καὶ εἶπε δοθῆναι
„ αὐτῷ φαγεῖν.

EIVSDEM. Venit deinde & in Archisynagogi domum. Et videns luctum multum, & cæteros apparatus ac ritus funebres, quales ex more adhibentur, ubi quis diem obiit. multitudinem quidem jussit ab his cessare: puella videlicet cujus causa hæc facerent, non ut ipsi putabant, mortua, sed dormiẽte. quod ajens significabat, sese, cum vellet, mortuos tam facile

ΑΥΤΟΥ. Ἔρχεται λοιπὸν καὶ εἰς τὴν τοῦ ἀρχισυναγώγου οἰκίαν, καὶ ὁρῶν θρῆνον πολὺν καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα δὴ τότε ἐπὶ τοῖς τελευτῶσιν ἐξ ἔθους ἐπλήρουν, κελεύει μὲν οὖν τῷ πλήθει ταῦτα μὴ ποιεῖν, ὡς ἂν τῆς παιδίσκης οὐκ ἀποθανούσης, ἀλλὰ καθευδούσης. ἐδήλου γὰρ ὅτι τοὺς ἀποθανόντας οὕτω ῥᾳδίως ἀνίστησι βουλόμενος, ὡς ἂν ἕτερος καθεύδοντας. ἅμα δὲ καὶ τὸν κόμπον ἀφαιρεῖ τοῦ πράγματος, καθεύδειν τὸν τεθνη-

κυῖαν

κῆαν εἶπών, καὶ μὴ ἄπικρυς ἐπαγγελλόμενος ἀναστήσειν αὐτὴν. αὐτὸς μὲν οὖν μεταδιώκει τὸ ἀκόμπασον. ἢ ὃ τῷ πράγματι ὑπερβολὴν τῷ φήμῃ ἐρᾳζε. συμβαλὼν γὰρ τὸ πλῆθος ἀκράτησε τῆς χειρὸς τὸ κορασίου, καὶ εὐθὺς ἀνέστη· ὡς πολὺ μᾶλλον ἅπασι φυγεῖν τὸ ἄδημα· ἀλλοσυνθλιῶναι γὰρ τῇ παίσης τὴν ἀπιχώρησιν τὸ γεγονός· πάντων, ὡς εἰκός, τὰ τοιαῦτα μὴ σωθῆς ἀπαγελλόντων.

ΤΟΛΩΣ. Ἔρχεται λοιπὸν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἀρχισυναγώγου καὶ θρῆνον εὑρίσκει ὡς ἀποθανούσης τῆς παιδός. καὶ φησιν οὐ μὴν οὐκ ἀπέθανεν· ἀλλὰ καθεύδει. ἀκούσαν ὡς ῥᾳδίως ἀναστήσει αὐτήν. διὸ καὶ πάντας εἴασε συνεισελθεῖν· ἵνα δὲ πάλιν μαρτύρας τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἔχῃ, τοὺς ἀρίστους τῶν μαθητῶν τρεῖς ὄντας συνεισήγαγεν ἑαυτῷ· καὶ τὸν πατέρα τῆς παιδὸς καὶ αὐτὴν τὴν μητέρα· καὶ τῆς μὲν χειρὸς λαβόμενος αὐτῆς, κελεύει διὰ τοῦ λόγου ἀναστῆναι αὐτὴν καὶ βαδίζειν, εἰς ἀπόδειξιν δὲ τῆς κατὰ ἀλήθειαν ἀναστῆναι αὐτὴν, καὶ μὴ φαντασίαν· συνέλευσε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν· ὡς ἂν πεισθῶσι τὴν αὐτῆς ἀνάστασιν.

ΣΕΥΗΡΟΥ. Ὡς ἕνα τῶν διδασκάλων τοῦ Ἀρχισυναγώγου νομίζοντες εἶναι καὶ Χριστὸν, παρεκάλεσαν εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν. καὶ ἐυξαμένου ὑπὸ τοῦ κορασίου· ἐπειδὴ οὐκ ἀπέθανεν, ἄχρηστον εἶναι νομίζει τὴν ἔλευσιν. ἐπιθυμεῖ γὰρ ἡ παῖς. θαῤῥύνει δὲ ὁ Σωτὴρ· καὶ πιστεύειν μόνῳ τῷ διακελεύεται. ἃ δὲ τεθνηκέναι φασὶ κατ' ἀλήθειαν. διὸ καὶ κατεγέλων· εἰπόντος ὅτι οὐκ ἀπέθανε. χρατεῖ δὲ τῆς χειρὸς καὶ ἀνίστησι καὶ δίδωσιν αὐτῇ φαγεῖν· ὡς ἂν πεισθῶσι τὴν παύτης ἀνάστασιν.

excitare, quàm alius quivis dormientes. simul pompam & ostentationem detrahit facto: dormire, quæ verè obierat, dicens; neq; planè denuncians se illam revocaturum ad vitam. Ipse igitur, quantum in se fuit, modestiam est secutus, laudem ac splēdorem fugiens; licet ipsa operis excellentia famam fecerit. Ejecta enim turba tenuit manum puellæ, quæ statim surrexit. unde multa cunctos incessit admiratio: & res per omnem latè regionem vulgata sermone est. unoquoque pro se, ut fit, factum cum studio narrante.

TOLOSANI. Pervenit ad Archisynagogi domum, & luctum ibi offendit veluti mortuæ puellæ: & ait: *non est mortua, sed dormit*. significans se ipsam facilè excitaturum. Inde non omnes secum ingredi permisit: nec tamen nullos divinæ suæ potentiæ adhibere testes voluit. Tres enim præcipuos Discipulorum introduxit secum, Patrem præterea puellæ, ipsamque ejusdem matrem. Tum apprehensa jacentis manu verbo præcepit ut surgeret, atque incederet. Mox ad fidem plenam faciendam veræ resurrectionis, & non phantasticæ, *iussit illi dari manducare*.

SEVERI. Vnum aliquem vulgarium Magistrorum hujus Archisynagogi familiares arbitrantes Christum esse, quoad quidem spirabat puella, venire ipsum ac domum ingredi optaverant, nempè ut pro more supra ægram precarentur. Postquam verò jam erat mortua, inutilem adventum accessumque, re non amplius integra, reputabant. Dissuadebantque ingressum Christo, illo uno invicto, ut putabant, argumento, mortua est puella, cujus curandæ causa veneras. At Christus animum ipsos bonum habere jubet; & credere. id quod illi sic interpretati quasi mortuam virginem

nem non crederet, illud ipsum sedulò confirmabant. & nihilominus pergentem, contraque dicentem, nequaquam esse mortuam, irridebant. Quoad Iesus prehensa defunctæ manu, statuit ipsam in pedes, & ut revixisse probet, afferri ei cibos jubet.

CAPVT VI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ.

1. Et egressus inde, abiit in patriam suam: & sequebãtur eum Discipuli ejus.

2. Et facto Sabbato cœpit in Synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina ejus, dicentes: Vnde huic hęc omnia? & quæ est sapientia, quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus ejus efficiuntur?

3. Nonne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? nonne & sorores ejus hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo.

„ ΚΑΙ ἐξῆλθεν, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν
„ πατρίδα αὐτοῦ καὶ ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ
„ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.
„ Καὶ γενομένου σαββάτου ἤρξατο ἐν
„ τῇ συναγωγῇ διδάσκειν. καὶ πολ-
„ λοὶ ἀκούοντες ἐξεπλήσσοντο, λέγον-
„ τες, πόθεν τούτῳ ταῦτα; καὶ τίς ἡ
„ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ, καὶ δυνά-
„ μεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ
„ γίνονται;
„ Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων ὁ υἱὸς Μα-
„ ρίας, ἀδελφὸς δὲ Ιακώβου καὶ Ιωσῆ
„ καὶ Ιούδα καὶ Σίμωνος; καὶ οὐκ εἰ-
„ σὶν αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ ὧδε πρὸς
„ ἡμᾶς; καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ.

TOLOSANI. Venit in patriã liquidò sciens se spretum ab suis iri. Tamen ne querelæ occasionem haberent; & excipere verisimiliter possent: si veniisset ad nos, credidissemus utique: præstò adest, vel experimento contemptus proprii, pravam atque impiam eorum voluntatem probaturus. Deprimebant autem eum & parvi faciebant ob generis humilitatem, ut apparet; non ferentes, qui ex ipsis esset ortus, eum efferri supra ipsos; voto stolidè ignavo,

ΤΟΛΩΣΑΙΟΥ. Ερχεται ὅπου τὴν πατρίδα, λίαν εἰδὼς ὡς κατα φρονηθήσεται ὑπ' αὐτῶν. ἵνα δὲ μὴ ἔχωσιν ἀφορμὴν λέγειν· ὅτι εἰ ἐλήλυθεν, ἐπιστεύσαμεν ἄν. ἔρχεται ὡς ἐλέγχων τὴν πονηρὰν αὐτῶν γνώμην καὶ ἄθεον. ἐξευτελιζόμενος δὲ αὐτὸν τῇ τοῦ γένους ταπεινότητι, φθονοῦντες· ὡς ἔοικε· καὶ μὴ θέλοντες εἶναι ὑπ' ἐκείνου τιμηθῆναι ὑπ' αὐτῶν. κακῶς φρονοῦντες καὶ λίαν ἀγεννῶς.

SCOL. Hoc dicit, quia *passim omnes, qui generositatis habent aliquid, filiorum profectus in lucro ponunt, & proprium suum arbitrantur bonum.*

4. Et dicebat illis Iesus, Quia non est Propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua.

5. Et non poterat ibi virtutem ullam facere: nisi paucos in-

„ Ελεγε δὲ αὐτοῖς ὁ Ιησοῦς ὅτι οὐκ
„ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ
„ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς συγγε-
„ σι καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.
„ Καὶ οὐκ ἠδυνάτο ἐκεῖ δύναμιν
„ δυνάμιν ποιῆσαι, εἰ μὴ ὀλίγοις ἀρ-

„ ῤωστοις

„ ῥώσοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, ἐθερά-
„ πευσε.

„ Καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν
„ αὐτῶν· καὶ περιῆγε τὰς κώμας κύ-
„ κλῳ διδάσκων.

ΤΟΛΩΣ. τοὺς προφήτας ἐν τῇ πατρίδι αὐτῶν ἀτίμους εἶναι φησὶν ὁ Σωτήρ· εἴτε γὰρ λαμπροὶ τύχοιεν, φθονοῦνται διὰ τὸ γένος· εἴτε δὲ δυσγενεῖς· ἀτιμάζονται διὰ τοῦτο. οὐκ ἠδύνατο οὖν ἐκεῖσε δυνάμεις ποιῆσαι· οὐχ ὡς μὴ δυνάμενος· ἀλλ' ὡς ἀπίστων ἐκείνων ὄντων. Καὶ ἔτι φειδόμενος, ὡς μὴ πρὸς κατάκρισιν αὐτῶν εἶεν τὰ θαύματα. ἐπειδὴ δὲ ἐν ταῖς θαυματουργίαις καὶ τῆς δυνάμεως δεόμεθα τοῦ ποιοῦντος, καὶ τῆς πίστεως τῶν τὰ τοιαῦτα δεχομένων· διὰ τοῦτο, οὐκ ἠδύνατο σημεῖα ποιῆσαι· τοῦτ' ἔστιν οὐκ ἐνεδέχετο. ἀπρεπὲς γὰρ καὶ παρὰ φύσιν ἐστὶ τὸ τοιοῦτον.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Επιβαίνει τῆς πατρίδος, οὐκ ἀγνοῶν ὅτι καταφρονήσουσιν αὐτοῦ διὰ τὴν συνήθειαν, ἀλλὰ τὴν ἀγνώμονα καταφρόνησιν ἐξελέγχων. Οἱ δὲ τὸ θαυμάσιον τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων τὸ παράδοξον ἐκπληττόμενοι, διὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἐτίμησαν, διὰ δὲ τὸ γνώριμον τοῦ σαρκικοῦ γένους ἐξηυτέλεσαν· ὅπερ καὶ πάντων τῶν ἀπίστων, ὡς εἰπεῖν, κοινὸν γέγονε πάθος. ὅθεν οὐδὲ εἰς ἀκριβῆ γνῶσιν ἑαυτοῦ ὁ Κύριος ὁδηγεῖ τοὺς τοιούτους. καθάπερ ἐπὶ τῆς πατρίδος πεποίηκε τότε, μὴ προσθεὶς δυνάμεις πλείονας, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν. τοῖς μὲν γὰρ τὰ πρότερα δεξαμένοις μεταδαψιλεύεται καὶ τὰ δεύτερα· καθάπερ ἐπὶ τῶν γνησίων ἐποίει μαθητῶν. τοῖς δὲ περὶ τὸ πρότερον δοθὲν ἀγνωμονήσασιν, οὐκέτι τὴν τοῦ δευτέρου προσθήκην ποιεῖται· ἀνωφελῆ τὴν προσθήκην εἰδὼς τοῖς οὕτως ἔχουσι, καὶ περιττὴν, καὶ οὐχ ἁρμόζουσαν ἑαυτῷ τὴν ἐπίδειξιν. τὸ δὲ, οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν δεχομένων. ἐπειδὴ

„ firmos impositis manibus cu-
„ ravit.

6. Et mirabatur propter incre-
„ dulitatem eorũ. Et circuibat ca-
„ stella in circuitu docens.

TOLOSANI. Omnes Prophetas in patria ipsorum inglorios esse, ait Salvator. Sive enim nobiles fortè domo fuerint, invidiam quæ splendori adhæret, patiuntur. Sin viles à natalibus sunt, ob id ipsum habentur despectui. Non poterat igitur illic virtutes facere, nõ quod ipsi vis, sed quod ejus civibus fides deesset. Præterea consultò miraculis parcens, ne ad ipsorũ ea condemnationẽ verterent. quoniam verò in operationibus miraculorum duobus opus est, virtute in autore, & fide in illis quibus præstantur: propterea non poterat signa facere, hoc est non inducebat in animum, quo niam indecens & contra naturalem rationem videbat fore, si ad nullum usum talia proijcerentur.

VICTORIS ANTIOCHENI. Ascendit in Patriam, non ignorans sese illic, ob familiaritatem, contemptui futurum: at illum ipsum ingratum contemptum reprehensurus. Illi verò mirabili ejus eloquentia, & extraordinariis operibus perculsi quidem sunt: cæterùm his induci se non siverunt ad eum honorandum. sed quia norant ejus secundùm carnem genus, spreverunt ipsum. quod omnium ferè incredulorum commune vitiũ est. quare tales ad sui exactam notitiam Dominus non perducit. Sicut & hic in Patria tunc fecit, nón frequentans, ut alibi, miracula, propter incredulitatem ipsorum.

His

His videlicet qui prima gratè exceperunt, liberaliter secunda indulget, ut erga veros Discipulos fecit, qui verò primo dono se ingratos præbuerant, eos adjectione secundi haud dignabatur. inutilem ipsis & noxiam eam adjectionem sciens: sibi verò supervacaneam; & in qua minimè ipsum decens ostentationis species foret. Quod additur: *Non poterat ibi virtutem ullam facere propter incredulitatem eorum*, significat; concursu duarum rerum opus esse ad curationes; videlicet fidei eorum qui curantur, & virtute curantis: quarum alterutra deficiente, altera non sufficit. Haud scio porrò an non & hoc prudenti benignitati curare valentis sit adscribendum, non enim esset prudens ac benevola curatio iis ingesta qui ex ea damnum essent accepturi, ob incredulitatem. Circuibat verò Iesus cunctas Civitates & Castella, ut omnes à quibus exciperetur, fructum fidei perciperent: qui non crederent, nullam haberent incredulitatis excusationem.

γὰρ τοῦ συναμφοτέρου χρεία πρὸς τὰς ἰάσεις, καὶ τῆς τῶν θεραπευομένων πίστεως, καὶ τοῦ θεραπεύοντος δυνάμεως, οὐκ ἐνεδέχετο ὁ ἕτερον τοῦ, συζύγου ἐλλείποντος. οὐκ οἶδα δὲ εἰ μὴ καὶ τοῦτο τῷ εὐλόγῳ προσθετέον. οὐ γὰρ εὔλογος ἴασις τοῖς βλαβησομένοις ἐξ ἀπιστίας. πάσας δὲ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς πόλεις τε καὶ κώμας, ὥστε καὶ τοὺς ἐπιδεχομένους ἅπαντας τῆς πίστεως δέξασθαι τὴν πρόσοδον, καὶ τοὺς οὐ πειθομένους μηδεμίαν ἔχειν τῆς ἀπειθείας ἀπολογίαν.

7. Et vocavit duodecim: & „ cœpit eos mittere binos: & da- „ bat illis potestatem spirituum „ immundorum.

8. Et præcepit eis ne quid tol- „ lerent in via, nisi virgam tan- „ tùm: non peram, non panem, „ neque in zona æs.

9. Sed calceatos sandaliis, & ne „ induerentur duabus tunicis.

„ Καὶ προσκαλεῖται τοὺς δώδεκα καὶ „ ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο δύο· „ καὶ ἐδίδου αὐτοῖς ἐξουσίαν τῶν πνευ- „ μάτων τῶν ἀκαθάρτων.

„ Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς ἵνα μη- „ δὲν αἴρωσιν εἰς ὁδόν, εἰ μὴ ῥάβδον μό- „ νον· μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς „ τὴν ζώνην χαλκόν.

„ Ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια· „ καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας.

ANONYMI. Cur Matthæus Titulo 33. ait Dominum cùm Discipulos mitteret, eis prohibuisse, ne virgam, neve calceamenta haberent in via: & Lucas Titulo 44. similiter dixit: eundem mandasse ipsis ne panem sumerent. Marcus verò & virgam & calceamenta eis permissa scribit? Hæc prima fuit Discipulorum missio. neque enim verisimile est eos semel tantũ missos. Ne igitur prima vice ipsis

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τί δήποτε ὁ Ματθαῖος ἐν τίτλῳ λγ' φησὶν ἀπαγορεῦσαι τοῖς ἀποστελλομένοις μαθητὰς μὴ ῥάβδον, μὴ ὑποδήματα ἔχειν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὁ Λουκᾶς ἐν τίτλῳ μδ' ὁμοίως ἔφη τὸν Κύριον ἀπειπεῖν αὐτοῖς μὴ λαβεῖν ἄρτον, ὁ δὲ Μάρκος τὰ ἀμφοτέρα ἔφη αὐτοῖς ἐπιτετράφθαι; αὕτη πρώτη ἦν τῶν μαθητῶν ἀποστολή. οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς ἅπαξ αὐτοὺς μόνον ἀπεστάλθαι. ἵνα μὴ οὖν αὐτοῖς δυσχερῆ δόξῃ τὰ κατὰ τὴν ὁδόν, μηδὲ ἓν ἐπικούρημα ἐπιφερομένοις, τουτέστιν ὑπο-

ὑποδήματα ἢ ῥάβδον ᾗ ἤμελλον ἐπερείδεσθαι, συνεχώρησε τοῖς ῥάβδοις κεχρῆσθαι καὶ ὑποδήμασι. μετὰ δὲ τὴν πρώτην πεῖραν καὶ τὸ γνῶναι τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτοὺς σκέπην, καὶ ταῦτα ἀφεῖλεν, ἵνα ἐπὶ τῷ Θεὸν μόνῳ ἔχωσι τὴν ἐλπίδα, μηδὲ τὴν μικροτάτην ἔξωθεν ἐπικουρίαν ἔχοντες πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Προσκαλεῖται τοὺς δωδεκα μαθητὰς αὐτοῦ καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς δύο δύο, δεδωκὸς αὐτοῖς καὶ δύναμιν τοῦ παντοῖα θαύματα ἐπιτελεῖν· ὡς ἐκπεριέναι μὲν τὴν Ιουδαίαν κηρύττοντες τῆς εὐσεβείας τα δόγματα, χαρίζεσθαι δὲ καὶ τὴν τῶν σωμάτων θεραπείαν τοῖς δεομένοις. ἐξ ὧν ἐκουφίζετο τοῦ καμάτου τὰ πλήθη, οὐκέτι φοιτᾶν παρ' αὐτὴν πάντων ἀναγκαζομένων, τῷ τοὺς μαθητὰς ἀποσταλέντες παρὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοὺς ἁπανταχόσε παραγίνεσθαι. σαφῶς δὲ τὴν ἀριθμὸν λέγει τῶν προχειρισθέντων. ὁ δὲ Ματθαῖος τίνες ἦσαν προστίθησι, καὶ τὴν τρόπον δέ φησιν, ὅτι ἀνὰ δύο ἀπεστάλησαν. τοῦτο γὰρ ὁ μὲν Μάρκος σαφῶς τίθησιν· ὁ δὲ Ματθαῖος τῷ λέγειν ὃς δὲ καὶ ὃς δὲ, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν τίς μὲν ὁ πρῶτος σημαίνει, τίς δὲ ὁ δεύτερος. παρήγγειλε δὲ αὐτοῖς ὁ Ιησοῦς ἵνα μηδὲν αἴρωσι. τοσοῦτον ὑμᾶς, φησίν, οὐ βούλομαι χρημάτων ἀπὸ τῆς αἰτίας συλλέγειν ταύτης, ὥστε οὐδὲ ἐφοδίων ἕνεκεν (ὃ δὴ καὶ ἀναγκαιότατον εἶναι δοκεῖ τοῖς πολλοῖς) βούλομαί τι λαμβάνειν ὑμᾶς παρ' ἐκείνων παρ' οἷς καὶ καταμένετε· μήτε οὖν χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἢ χαλκὸν τῆς κατὰ τὴν ὁδὸν χρείας ἕνεκεν λαβεῖν ἀνέχησθε, ἀλλὰ μηδὲ τήραν ἔχειν ὑμᾶς βούλομαι, ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ σχήματος δεικνύναι πᾶσιν ὑμᾶς ὅσον ἀφεστήκατε χρημάτων ἐπιθυμίας. καὶ ὁ μὲν Ματθαῖός φησι, καὶ βούλομαι ὑμᾶς μήτε δύο χιτῶνας, μήτε ὑποδήματα, μήτε ῥάβδους, ὃ δοκεῖ πάντων εὐτελέστατον εἶναι, λαβεῖν εἰς ὁδόν. ὁ δὲ Μάρκος ῥάβδον δοκεῖ ἐπι-

adhuc inexpertis grave videretur iter capessere sine aliquo saltem viæ subsidio, puta calceis & virga: cui ambulantes inniterentur: permisit virga uti & calceis. Post primam autem experientiam, probata jam eventis Dei erga ipsos protectione, & hæc abstulit: ut in Deo solo spem haberent; ne minimum quidem peregrinationis subsidium habentes.

VICTORIS ANTIOCH. Advocat duodecim Discipulos suos, & mittit illos binos & binos: data ipsis potestate miracula cujusvis generis operandi: mandans ut percursarent Iudęam prædicantes Religionis dogmata, gratis verò darent curationem corporum, egentibus ea. Ex quibus levabatur multitudinis labor, non jam amplius coactæ, doctrinæ aut curationis gratia conferre sese ad Dominum, cum ejus Discipulos ipso mittente ubique haberent occurrentes ultrò. Clarè autem numerum exprimit Ordinatorũ. At Matthæus quinam ij essent, adjungit: & modum mittendi addit, dum combinatos missos docet. Ac Marcus quidem disertè, ut dixi, numerum signat: Matthæus nominibus recensendis ordinem notat, quis primus esset, quisve secundus significans. Præcepit autem ipsis Iesus ne quidquam tollerent. quasi diceret: tantùm abest ut vos velim ex hac profectione lucrũ captare: ut nec viatici nomine (quæ res maximè necessaria videri plerisque solet) patiar vos accipere quidquam ab illis apud quos diversabimini. ne igitur aurum, ne argentum, aut æs ad paranda viæ subsidia obtrudi vobis cujusquam

officio ſinatis. quin ne peram quidem habere vos volo, ut ipſo habitu monſtretis omnibus quàm alieni ſitis à pecuniæ cupiditate. Et Matthæus quidem refert ſic præcepiſſe Dominum: nolo vos habere duas tunicas, neque calceamenta, neque virgas (quod omnium parabiliſſimum eſt) ſumere in viã. Marcus tamen dicere videtur permiſiſſe Dominum Diſcipulis ut virgam ſumerent, & ſandalia ſubligarent. Ac in virga quidem dicere quis poſſit, relaxatum aliquid poſtea per indulgentiam: & locum habuiſſe quod Matthæus dixit, priuſquam adjungeretur illa per Marcum relata exceptio: *niſi virgam tantùm*. Cætera verò cuncta ad vivum reciſa: ut neque peram, neque panem, neque in zonam æs, neque calceos, neque duas tunicas permiſerit. Particula enim *neque*, ad ſingula illa referenda eſt. His ſiquidem concinunt illa Chriſti verba, ante paſſionem, ſecundum Lucam. ubi ait Diſcipulis: *quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceis numquid aliquid defuit vobis?* Hic virgam ſiluit. poſtea videlicet relaxatam, juxta id quod Marcus ait: Scimus ergo totam hanc apparentem diſcrepantiã in confuſione temporum ſitam, quæ ſi diſtinguantur, cuncta convenient.

τρέπειν αὐτοὺς λαμβάνειν καὶ ὑποδεδέσθαι σανδάλια. ἀλλὰ τὸ μὲν ῥάβδου ἴσως κατὰ συγχώρησιν φάιη τις ἂν λέγεσθαι πρὸ τοῦ προσθῆναι, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον. μήτε δὲ πήραν, μήτε ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκὸν, ἀλλὰ μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ δύο χιτῶνας. κατὰ κοινοῦ γὰρ εἰρῆσθαι νομίζειν δεῖ τὸ μηδὲ. τούτοις γὰρ συνᾴδει τὰ λεχθέντα πρὸς τὸ παθεῖν κατὰ τὸν Λουκᾶν. φησὶ γὰρ πρὸς τοὺς μαθητάς, ὅτε ἀτέστειλα ὑμᾶς ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας καὶ ὑποδημάτων, μὴ τίνος ὑστερήσατε; ἐνταῦθα γὰρ ἐσιώπησε τὴν ῥάβδον ὡς συγχωρηθεῖσαν ὕστερον κατὰ Μάρκον. ἴσμεν δὲ ὡς ἀκαιρία τίς ἐστιν ἡ ἐν τούτοις δοκοῦσα διαφωνία.

SCHOL. Propoſuerat Victor: videri diſcrepare Marcum à Matthæo in virga & ſandalijs: & de virga ſolum reſpondet. unde ſuſpicari licet, hunc locum mutilum eſſe, prout etiam ex alijs ſignis apparet. dicturus erat fortè, in ſandalijs contradictionis ſpeciem non eſſe propterea quod Matthæus & Lucas vetita Diſcipulis à Domino referant calceamenta, quæ nimirum totum ſupernè pedem tegerent, non ſandalia, quæ plantas dumtaxat præmunirent.

10. Et dicebat eis, Quocumq; „ introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde.

11. Et quicumque non receperint vos, nec audierint vos, „ exeuntes inde excutite pulverem de pedibus veſtris in teſtimonium illis. *Amen dico vobis, tolerabiliùs erit Sodomis, aut Gomorrhis in die judicij, quàm Civitati illi.*

„ Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅπου ἐὰν εἰσέλθητε εἰς οἰκίαν, ἐκεῖ μένετε ἕως ἂν ἐξέλθητε ἐκεῖθεν.

„ Καὶ ὅσοι ἐὰν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσωσιν ὑμῶν, ἐκπορευόμενοι ἐκεῖθεν ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόρροις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

TOLOSANI. Vbique docebat Salvator in urbibus & pagis, &

ΤΟΛΩΣ. Πανταχοῦ ἐδίδασκεν ὁ Σωτὴρ ἔντε πόλεσι καὶ κώμαις καὶ μικροῖς

μικροῖς χωριδίοις. διδάσκων ἡμᾶς μηδενὸς καταφρονεῖν, μηδὲ τῶν ἐλαχίστων· μηδὲ τὰς μεγίστας ἀεὶ πόλεις ἐπιζητεῖν. οὐ μόνος δὲ αὐτὸς διδάσκει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἀποστέλλει καὶ ἅμα δύο δύο· ἐπέκεινα δὲ τῶν δύο ἢ ἐντὸς, οὐκ ἦν δυνατόν. ὁ μὲν γὰρ εἷς ἀπρόθυμος. οἱ δὲ τρεῖς, οὐκ εἰς πολλὰς ἂν κώμας ἐξήρκεσεν ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀποστόλων· ἀλλὰ καὶ παραγγέλλει μηδὲν αἴρειν. μήτε πήραν, μήτε χαλκὸν, μήτε ἄρτον· παιδεύων ἡμᾶς τὸ ἀφιλοχρήματον· καὶ ἀκτημοσύνην ἀσκεῖν. ἐν μιᾷ δὲ οἰκίᾳ καταμένειν αὐτοὺς κελεύει· ἵνα μὴ δόξωσι διὰ γαστριμαργίαν τοῦτο ποιεῖν· ἄλλας ἐξ ἄλλων οἰκίας ἀμείβοντες. ἐκτινάσσειν δὲ καὶ τὸν χοῦν λέγει ἀπὸ τῶν μὴ παραδεχομένων αὐτόν· ἵνα δείξωσιν ὅτι οὐδὲν ὠφέλησαν αὐτοὺς μακρὰν ὁδὸν πρὸς αὐτοὺς βαδίσαντες· καὶ ὅτι οὐδὲν ἀπ᾽ αὐτῶν ἔχον· οὐδὲ κἂν χοῦν. τὸ δὲ. ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόρροις ἐν τῇ κρίσει ἢ τοῖς μὴ παραδεξαμένοις ὑμᾶς· τοῦτο δηλοῖ. ὅτι οἱ μὲν Σοδομῖται κολασθέντες ἐνταῦθα, κουφότερον ἐκεῖθεν τιμωρηθήσονται· οἱ δὲ μὴ παραδεξάμενοι τοὺς ἀποστόλους δεινότερόν τε καὶ χαλεπώτερον.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Μήτε χρυσὸν. μήτε ἄργυρόν φησιν ἢ χαλκὸν ἐπιφέρεσθε· ἀλλὰ μηδὲ πήραν. παιδεύων αὐτοὺς πόῤῥωθεν εἶναι τῆς τῶν χρημάτων ἐφέσεως. Καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος καὶ ὁ Λουκᾶν μήτε ὑποδήματα μήτε ῥάβδον μήτε πήραν φασὶ λαβεῖν αὐτούς. ὃ δοκεῖ πάντων εὐτελέστατον εἶναι· ὁ δὲ Μάρκος φησὶ, ῥάβδον ἐπιτρέπει λαμβάνειν αὐτοὺς καὶ ὑποδεδύσθαι σανδάλια.

ΑΥΤΟΥ. Ἐκέλευσε δὲ καὶ εἰς οἰκίαν μένειν μὴ μεθισταμένους, ὥστε μὴ εὐκόλου καὶ περιέργου γνώμης ἀποφέρεσθαι δόξαν παρὰ τοῖς τὴν πόλιν οἰκοῦσι. δείκνυσι δὲ ὅτι οὐκ ἀτιμώρητοι ἔσονται οἱ μὴ ὑποδεχόμενοι αὐτοὺς, ἢ μὴ πειθόμενοι τοῖς παρ᾽ αὐτῶν λεγομένοις,

in parvis viculis, docens nos hoc exemplo, contemnendum esse neminem, quamlibet ex pusillis ac minimis fuerit; neque maximas semper urbes quærere. Non solùm autem ipse docet, sed & Apostolos mittit simul binos & binos. neque enim fieri poterat, ut plures duobus aut pauciores irent. uni siquidem incomitato animi præsentia & promptitudo audendi defuerit, Si verò terni consociarentur, non sanè multos in vicos sufficeret numerus Apostolorum. Præcipit autem præterea, ne secum quidquam tollant. ne peram, ne pecuniam, ne panem quidem. erudiens nos ad divitiarum neglectũ, & ad exercendam paupertatem. Iã in una domo manere præcipit, ne propter delicias victus ac gulam in alias ex aliis migrare domos viderentur. Excutere quoque pulverem monet abeuntes ab iis qui non receperint ipsum, ut hoc facto demonstrent, se quemadmodũ navare apud ipsos operam saluti illorum procuranda, cujus causa longæ viæ molestiam susceperant, non potuerunt, ita nihil ipsorum conferre in suam rem, aut secum auferre velle, ne pulverem quidẽ. quod sequitur. Tolerabilius erit Sodomæ & Gomorrhæ in judicio, quàm ijs, qui non receperint vos. hunc sensum habet: Sodomitæ in hac vita puniti, levius in alia jũdicium sentient: qui verò non receperint Apostolos gravius & vehementius.

CYRILLI. Neque aurum, neque argentum, inquit, aut æs feratis vobiscum, ac ne peram quidẽ. docens ipsos abesse quam longissimè à cupiditate pecuniarum. Et

Matthæus quidem ac Lucas neq; calceamenta, neque virgam, neq, peram ajunt tulisse ipsos. qui habitus atq; instructus maximè omnium pauper & tenuis videtur. Marcus verò autor est remissum ipsis ut virga manum, sandaliis pedes munire possent:

SCHOL. Ita igitur conciliat Evangelistas hoc loco Cyrillus, ut Matthæus & Lucas narrent quid discipuli fecerint magno paupertatis studio, etiam virgæ & calceis renunciantes, cùm Christus utraque permitteret: Marcus verò quid Christus præceperit, exponat.

ἐκέλευσεν αὐτοῖς κατὰ τῶν μὴ δεχομένων ἐκτινάσσειν τῶν ποδῶν τὸν κονιορτὸν, σύμβολον ὄντα τῆς ὁδοιπορίας ἣν ὑπέμενον ὑπὲρ αὐτῶν, ἀνεκτότερον ἅπασι καὶ Σοδόμοις καὶ Γομόῤῥοις εἰπὼν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ τοῖς μὴ δεχομένοις· ὅτι τοσούτων γενομένων θαυμάτων, τοῖς λεγομένοις οὐκ ἐπίστευσαν. ἕτερος δέ φησιν ὡς τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν ὁ κονιορτὸς δικαίως ἂν εἰς αὐτοὺς ἐπανέλθοι, καὶ ὅτι Σοδόμοις ἀνεκτότερον ἅπασιν ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ, ἐπειδὴ εἰς Σόδομα οὐκ ἀπεστάλησαν ἀπόστολοι.

EIVSDEM. Præcepit autem in domo, qua primum excepti fuerint, manere; nec mutare hospitia: ne facilis mobilitatis & instabilitatis desultoriæ opinionem ferrent apud urbis ejus incolas. Cùm autem ostendisset non impunè laturos, qui prædicationi ipsorum credere noluissent: mandavit suis, ut pulverem pedum suorum in tales excuterent, Pulvis nimirum ille argumentum erat & signum viæ in gratiam contumacium istorum à Christi Discipulis frustrà peractæ. Melior porrò conditio futura est in die Iudicii quorumvis Sodomitarum & Gomorrhæorum, quàm horum ad prædicationem surdorum aut rebellium. quod post tanta miracula non crediderint. Alius dicit: Peccatorum ab istis commissorum pulverem justè ad ipsos rediturum: & Sodomis tolerabilius, quàm isti civitati fore: quia Sodomam missi non sunt Apostoli.

12. Et exeuntes prædicabant, „ ut pœnitentiam agerent.

13. Et dæmonia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos „ ægros, & sanabant.

„ Καὶ ἐξελθόντες ἐκήρυσσον ἵνα „ μετανοήσωσι.

„ Καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλλον, „ καὶ ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους, καὶ ἐθεράπευον.

TOLOSANI. Alia quidem consentanea reliquis Evangelistis Lucas etiam exposuit. Illud verò, *ungebant oleo*, solus Marcus dixit. quemadmodum & Iacobus in Catholica Epistola loquitur. Oleum porrò & fatigationi medetur, & lucis simul ac lætitiæ causa est. significat autem & oleum, quod à Deo datur, *hoc est unctionem spiritus*, & curationem morbi, & illuminationem cordis. nam & Frater Do-

ΤΟΛΩΣ. Τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσια τοῖς λοιποῖς Εὐαγγελισταῖς καὶ ὁ Λουκᾶς ἐξέθετο. τὸ δὲ, ἤλειφον ἐλαίῳ, μόνος ἔφη ὁ Μάρκος· καθάπερ καὶ Ἰάκωβος ἐν τῇ Καθολικῇ ἐπιστολῇ φησι. τὸ δὲ ἔλαιον καὶ κόπους ἰᾶται, καὶ φωτὸς ἅμα καὶ ἱλαρότητος ἐστὶν ἅτιον. σημαίνει δὲ καὶ τὸ παρὰ Θεοῦ ἔλαιον. Καὶ τὴν ἴασιν τοῦ νοσήματος· καὶ τὴν τῆς καρδίας φωτισμόν. καὶ γὰρ ὁ ἀδελφόθεος οὕτω φησίν. ἐάν τις ἐν ὑμῖν ἀσθενῇ προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας. Καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτῷ

αὐτῷ ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ.

SCHOL. Quid est τὸ παρὰ Θεοῦ ἔλαιον? fortassè legendum, τὸν παρὰ Θεοῦ ἔλεον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εν τῷ ἐλαίῳ πάντως ἐπικαλούμενοι τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τούτοις παραπλήσια καὶ ὁ Λουκᾶς ἐξέθετο. τὸ δὲ, ἤλειφον ἐλαίῳ, μόνος ἔφη ὁ Μάρκος, ᾧ καὶ Ιάκωβος ἐν τῇ καθολικῇ τὰ ὅμοια λέγει· ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν ὀνόματι Κυρίου, καὶ ἡ εὐχὴ πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ κύριος. τὸ ἔλαιον καὶ κόπους ἰᾶται καὶ φωτὸς αἴτιον καὶ ἱλαρότητος ὑπάρχει. σημαίνει οὖν τὸ ἀλειφόμενον ἔλαιον καὶ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἔλεον, καὶ τὴν ἴασιν τοῦ νοσήματος καὶ τῆς καρδίας τὸν φωτισμόν. ὅτι γὰρ ἡ εὐχὴ τὸ πᾶν ἐνήργει, πάντῃ που δῆλον. τὸ δὲ ἔλαιον, ὥς γε οἶμαι, σύμβολον τούτων ὑπῆρχε.

„ Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ηρώδης.
„ φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ.
„ καὶ ἔλεγεν, ὅτι ὁ Ιωάννης ὁ βαπτίζων
„ ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη, καὶ διὰ τοῦτο ἐνερ-
„ γοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ.

ΑΥΤΟΥ. Οὗτος ὁ Ηρώδης υἱὸς ἦν Ηρώδου τοῦ πρώτου, ἐφ' οὗ καὶ εἰς Αἴγυπτον Ιωσὴφ ἀπήγαγεν τὸν Ιησοῦν, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, χρηματισθεὶς ὑπ' ἀγγέλου. τετράρχην δὲ τοῦτον ὅτε Ματθαῖος καὶ ὁ Λουκᾶς ὀνομάζει, ὥστε τοῦ τετάρτου μέρους τῆς ἀρχῆς τοῦ πατρὸς ἄρχοντα. οἱ γὰρ Ρωμαῖοι διεῖλον ταύτην εἰς μέρη τέτταρα, καὶ μετὰ τὸν τοῦ πρώτου θάνατον ἐπιτρέψαντες τῷ υἱῷ ἄρχειν τοῦ τετάρτου· ὁ δὲ Μάρκος καὶ ἕτεροι δέ τινες ἀδιαφόρως καὶ βασιλέα καλοῦσιν, εἴτε ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς συνηθείας, εἴτε καὶ ἀδεέστερον ἔτι τῇ φωνῇ κεχρημένοι. ταῦτα δὲ σα-

mini sic ait. *Si quis in vobis infirmetur advocet presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum vngentes ipsum oleo.*

ANONYMI. In oleo omninò invocantes nomen Domini.

VICTORIS ANTIOCH. His similia recitat & Lucas. sed adhibitam unctionem olei, solus Marcus memorat. cui consentaneè Iacobus in Catholica scribit: *Infirmatur quis in vobit? advocet presbyteros Ecclesiæ, & orent super ipsum, vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei salvabit infirmum & alleviabit eum Dominus.* Oleum & lassitudini medetur, & lucis ac lætitiæ causa est; significat igitur olei unctio, misericordiam à Deo, morbi curationem, & illuminationem cordis. Orationem omnia posse cuivis notum est. Oleum porrò, ut opinor, horum symbolum erat.

14. Et audivit Rex Herodes
„ (manifestum enim factũ est no-
„ men eius) & dicebat quia Ioãnes
„ Baptista resurrexit à mortuis: &
„ propterea virtutes operantur in
„ illo.

EIVSDEM. Hic Herodes filius erat Herodis Primi, sub quo in Ægyptum Ioseph Iesum abduxit, & Matrem ejus, monitus ab Angelo. Porrò hunc Tetrarcham Matthæus & Lucas nominant, utpote quartæ parti Regni Patris imperitantem. nam id Regnum Romani diviserunt in partes quatuor, quarum unam post Herodis primi mortem huic ejus filio concesserunt. At Marcus & quidam alii indifferenter & hunc Regem appellant: vel consuetudine tituli paterni,

Digitized by Google

paterni, vel populari quadam licẽtia paulò latiùs usi voce illa. Hæc clariùs exponit Historicus Iosephus. Audiens igitur hic Herodes Christi miracula: & sibi non sine angore animi conscius: se Ioannẽ Iustum hominem occidisse sine causa, suspicatus est ipsum excitatum è mortuis hæc operari. ut autem Lucas ait, cùm & alios idem opinantes audiret, magis æstuare tali dubitatione cogebatur: adeo ut videre ipsum cuperet, exploraturus suis oculis an ipse revera esset.

φέστερον ἱστορεῖ Ἰώσηπος. ἀκούων τάνυν τοῦ Κυρίου τὰ θαύματα, καὶ σφόδρα γε εἰδὼς ὅτι δίκαιον ὄντα μάτην ἀνεῖλε τὸν Ἰωάννην, ὑπέλαβεν αὐτὸν ἐγεγερμένον ἐκ τῶν νεκρῶν ταῦτα ποιεῖν. ὡς δὲ ὁ Λουκᾶς φησι καὶ ἑτέρων ταῦτα ὑπολαμβανόντων ἀκούειν, μειζόνως διαπορεῖν ἠναγκάζετο, ὡς καὶ ἰδεῖν αὐτὸν ἐθελῆσαι, ἐπὶ τῷ γνῶναι εἴπερ οὗτος ἐκεῖνος.

ΤΟΛΟΣ. Οὕτως ὁ Ἡρώδης ἄθλιος ὡς καὶ νεκρὸν ὄντα τὸν Ἰωάννην φοβεῖσθαι.

TOLOSANI. Adeò miser Herodes erat, ut etiam mortuum Ioannem timeret.

15. Alii autem dicebant, Quia „ Elias est. Alii verò dicebãt, Quia „ Propheta est quasi unus ex Pro- „ phetis.

„ Ἄλλοι ἔλεγον ὅτι Ἠλίας ἐστίν. „ ἄλλοι δὲ ἔλεγον ὅτι προφήτης ἐστίν, „ ὡς εἷς τῶν προφητῶν.

ANONYMI. Habebant enim denunciationem à Propheta: venturum ad ipsos Eliam Thesbiten priusquam veniret dies Domini magna & illustris. Alii dicebant: esse Christum unum ex Prophetis. Hi cogitabant Mosis oraculũ quo ipsũ ipsis promiserat venturum sine ulla insigni nota, aut conspicua gloria: quasi unum reliquorum Prophetarum.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἶχον γὰρ ἐπαγγελίαν ἐκ τοῦ προφήτου ὅτι ἥξει πρὸς αὐτοὺς Ἠλίας ὁ Θεσβίτης πρὸ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν τοῦ Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. ἄλλοι ἔλεγον ὡς εἷς τῶν προφητῶν. οὗτοι τὴν προφητείαν ἔλεγον, ὃν αὐτοῖς Μωσῆς ὑπέσχετο καὶ ἦλθέν φησιν, οὐδὲν ἔχων ἐξαίρετον, οὐδὲ ἐπίδοξον, ἀλλ' ὡς εἷς τῶν λοιπῶν προφητῶν.

VICTORIS ANTIOCH. Eadem & Apostoli interrogati ab ipso, quem se, Filium Hominis, homines dicerent? responderunt dicentes: Alii Ioannem Baptistam, alii Eliam, alii Ieremiam, aut alium quempiam Prophetarum. nã humanæ omnes de illo opinationes hominum erant. ut de viro quantũ quivis cogitatione capere posset magno & excellenti, vitæque mirabilis. Marcus autem referens dixisse quosdam, esse hunc Prophetam, ut unũ è Prophetis, mihi

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ταῦτα καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐρωτηθέντες ὑπ' αὐτοῦ τινα λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ἀπεκρίναντο φάσκοντες, ὅτι οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν, ἕτεροι δὲ Ἠλίαν, ἄλλοι δὲ Ἱερεμίαν ἢ τινα ἕτερον τῶν προφητῶν. πᾶσαι γὰρ ἦσαν ἀνθρώπιναι παρ' ἑαυτοῦ αἱ τότε παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ὑπολήψεις. καὶ οἷαν ἄντις ἐδέξατο περὶ ἀνδρὸς μεγίστου καὶ θαυμαστοῦ τὸν βίον ὄντος. ὁ δὲ Μάρκος λέγων, ὥς τινες φασιν, ὅτι ὁ προφήτης ἐστὶν ὡς εἷς τῶν προφητῶν, αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ λέγειν ἐκείνους περὶ οὗ φησιν ὁ Μωσῆς, προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὡς ἐμέ. ἴσως γὰρ φανερῶς

λεγεῖν

λέγειν ἐφοβοῦντο ὅτι δὴ ὁ Χριστός ἐστι· καὶ τῇ τοῦ Μωσέως ἐκέχρηντο φωνῇ, τὴν ὑπόληψιν ἑαυτοῖς συσκιάζοντες διὰ τὸν φόβον τῶν ἡγουμένων.

videtur subindicare putasse illos: esse istum illum ipsum, de quo Moyses prædixerat: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester vt me*. Fortè enim palàm dicere non audebant: esse illum Christum, cum hoc crederent: sed hoc suum judicium hac Mosis voce adumbrabant, offensionem veriti Principum, si clariùs loquerentur. Deut. 18 15.

„ Ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρώδης εἶπεν, ὅτι „ ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός „ ἐστιν· αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν.

„ Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρώδης ἀποστείλας „ ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην, καὶ ἔδησεν „ αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ διὰ Ἡρωδιάδα „ τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐ- „ τοῦ, ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν.

16. Quo audito Herodes ait, „ Quem ego decollavi Ioannem, „ hic à mortuis resurrexit.

17. Ipse enim Herodes misit „ ac tenuit Ioannem, & vinxit eũ „ in carcerem propter Herodiadẽ „ uxorem Philippi fratris sui, quia „ duxerat eam.

„ ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰκότως, οὐ μὴν περὶ τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ περὶ πᾶσαν τὴν διήγησιν Ἱστορεῖ τὴν παροῦσαν δὴ ὑπόθεσιν ὁ Ἰώσηππος ἐν βίβλῳ ιη τίτλῳ ιε τῆς ἀρχαιολογίας, αἰνιττόμενος ὅτι ζῶντος ἀδελφοῦ ἔγημεν ὁ Ἡρώδης τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. ἡδέγε διαφωνία ὅτι οὐ μόνον Φιλιππῶν αὐτὴν καλεῖ ἀλλὰ καὶ αὐτὴν Ἡρώδην. εἰκὸς οὖν αὐτὴν εἶναι διώνυμον, ὥσπερ καὶ τὸν λαβόντα τὴν γυναῖκα, Ἀντίπας γὰρ λεγόμενος καὶ Ἡρώδης ἐχρημάτιζε, καθὼς αὐτὸς ἔφη ὁ Ἰώσηππος ἐν τῇ ἁλώσει. πλὴν εἴτε ζῶντος εἰλήφει τοῦ ἀδελφοῦ τὴν γυναῖκα ἐδυσέβει, εἴτε τελευτήσαντος ἔγειρεν αὐτῷ τῷ ἀδελφῷ σπέρμα. αὕτη δὲ εἶχε θυγατέρα. ὁ μέντοι Ἰώσηππος ἐν τῇ εἰρημένῃ ιη βίβλῳ καὶ ζῶντα λέγει τὸν ἀδελφὸν, ὡς εἴρηται, ὁμοπάτριον ὄντα, καὶ ζῶντος τὴν Ἡρωδιάδα τὴν αὐτοῦ γυναῖκα γεγαμῆσθαι τῷ Ἡρώδῃ τῷ κατὰ τὸν θεσπέσιον Βαπτιστὴν Ἰωάννην.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τὸν τρόπον ἐν ᾧπερ αὐτὸν ἀνεῖλε καὶ τὴν αἰτίαν ἐφ' ᾗ, διηγεῖται ὁ εὐαγγελιστὴς, οὐχ ὡς τότε γινόμενον τὸ πρᾶγμα λέγων, ἀλλὰ τῆς οἰκείας διηγήσεως παρένθεσιν αὐ-

ANONYMI. Consentaneè his, sola quadam nominum discrepantia, hoc ipsum argumentum tractat Iosephus libro XVIII. Titulo XV. Antiquitatum, innuens Herodem viventis fratris sui uxorem conjugio sibi sociasse. Tantùm in nomine, ut dixi, dissonat. Priorem quippe virum hujus mulieris non Philippum solùm, sed præterea & ipsum Herodem vocat. quare verisimile est hũc fuisse binominem; sicut & ipse adulter fraternæ uxoris, non Herodes tantum, sed etiã Antipas vocabatur. prout idem Iosephus refert in opere de Bello Iudaico. Cætetum sive viventis sive mortui duxit vxorem fratris, egit nefariè. neque enim etsi prius Philippus obijsset, prætendere culpæ suæ superstes Herodes poterat observationem Legis de suscitando fratri semine. non enim sine liberis Philippus decesserat, quem constat reliquisse filiam ex Herodiade natam. Cæterùm Iosephus eo quem laudavi Libro XVIIJ. & vixisse

vixisse hoc tempore ait hunc Herodis fratrem germanum; & ab eo vivente vxorem Herodiadem abductam Herodem sibi copulasse, frustra reclamante Sancto Ioanne Baptista.

VICTORIS ANTIOCH. Modum & causam cædis Ioãnis Baptistæ ab Herode patratæ refert Evangelista, non velut rem tunc gestam narrans: sed ex occasione digrediens ab argumento, in quo propriè versatur. ansam inde nactus quod fortè intulisset: Herodem audientem quæ de Christo ferebãtur, putasse Ioannem à se interfectum revixisse. Causa ergo cædis fuit, quod cùm Herodes uxorem sui fratris viventis adhuc & filiam ex ipsa habentis, ab eo abductam secum infami contubernio haberet, non ferens flagitium Ioannes, liberè ipsum arguit sceleris. at ille hinc quidem reprehensionis impatiens, aliunde metuens populum, apud quem videbat in existimatione maxima Ioannem esse; occidere quidem ausus non est, etsi multùm cuperet, in gratiam id flagitantis Herodiadis. Sciebat enim ipsum virum justum & sanctum esse, & multa ejus consilio agebat, comprehensum verò eum teneri custodia jussit. Celebravit autem Herodes proprium natalem cum multa magnificentia. In convivio verò saltavit Herodiadis filia. quo delectatus Herodes juravit, ipsi se daturum quidquid petijsset. Hac caput Ioannis postulante, prout eam mater docuerat, promissi fidem Herodes exolvit, prætextum nactus, ut ipsi videbatur, idoneum, verecundiam conscientiæ convivarum & juris jurandi religionem qua se obstrinxerat. subinvitus tamen, ut videri voluit, & mordente intus conscientia, dolens se in istam necessitatem casu tali conjectum. Hinc docemur, adulterio, saltatione, juramento, caput Baptistæ recisum. & ista declinanda sapientibus, si ob nihil aliud, tamen ne autoribus cædis Præcursoris quasi receptum apud nos dedisse, ac sic ijs participasse videamur.

τὸ ποιούμενος. ἔφη γὰρ τῶν Ἡρώδην ταῦτα ἀκούοντα περὶ τοῦ Κυρίου, οἴεσθαι τῶν Ἰωάννην ἐγηγέρθαι ὡς ἀνῃρημένων. ἡ μὲν οὖν αἰτία τοῦ φόνου, ὅτι τοῦ Ἡρώδου τὴν γυναῖκα ἰδίου ἀδελφοῦ Φιλίππου ζῶντος ἔτι καὶ θυγατέρα ἔχοντος ἐξ αὐτῆς συνοικοῦντός τε αὐτῇ, οὐκ ἐνεγκὼν τὸ μύσος ὁ Ἰωάννης, ἤλεγχον οὐ φέρων, δεδιὼς δὲ τῶν ὄχλων, ὅτι μεγίστην εἶχον περὶ Ἰωάννου τὴν δόξαν, ἀνελεῖν μὲν αὐτῶν οὐκ ἐτόλμησε, καίτοιγε σφόδρα βουλόμενος διὰ Ἡρωδιάδα. ᾔδει δὲ αὐτῶν καὶ ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον, καὶ πολλὰ κατὰ γνωμὴν αὐτοῦ διεπράττετο, ἐγκαθείρξας δὲ αὐτὴν τῷ δεσμοτηρίῳ φυλάττεσθαι ἐκέλευσεν. ἐπετέλει δὲ ὁ Ἡρώδης τὰ οἰκεῖα γενέσια μετὰ πολλῆς τῆς λαμπρότητος. ἐν δὲ τῷ συμποσίῳ ὠρχήσατο μὲν ἡ τοῦ Ἡρωδιάδος θυγάτηρ. ἡσθεὶς δὲ ὁ Ἡρώδης, ὤμοσεν αὐτῇ δοῦναι ὅπερ ἂν αἰτήσαιτο παρ' αὐτοῦ. τοῦ δὲ τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου αἰτησαμένης. τοῦτο γὰρ αὐτὴν ἡ μήτηρ ἐδίδαξεν· ἐπλήρου μὲν τὴν οἰκείαν ὑπόσχεσιν ὁ Ἡρώδης, πρόσχημα δὲ τῶν παρόντων ἕνεκεν τοῦ ὅρκου τὴν ἀνάγκην ἐποιήσατο· λυπηθεὶς δῆθεν καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῷ γεγονότι. διδασκόμεθα δὲ ἐντεῦθεν ὡς μοιχεία καὶ ὄρχησις τοῦ Βαπτιστοῦ ἀφεῖλον τὴν κεφαλὴν, καὶ παραιτητέα γε ταῦτα τοῖς εὐφρονοῦσιν· εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλ' οὖν γε, ἵνα μὴ τοῖς αἰτίοις τοῦ φόνου ἐνεχώμεθα τοῦ προδρόμου.

„ Ελεγε

Digitized by Google

„ Ελεγε γὰρ ὁ Ἰωάννης τῷ Ἡρῴδῃ, „ ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα „ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

„ Ἡ δὲ Ἡρῳδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, „ καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, καὶ „ οὐκ ἠδυνάτει.

„ Ὁ γὰρ Ἡρῴδης ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάν- „ νην εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον· „ καὶ συνετήρει αὐτόν, καὶ ἀκούσας αὐ- „ τοῦ πολλὰ ἐποίει, καὶ ἡδέως αὐτοῦ „ ἤκουε.

18. Dicebat enim Ioannes He- „ rodi, Non licet tibi habere uxo- „ rem fratris tui.

19. Herodias autem insidiaba- „ tur illi: & volebat occidere eũ, „ nec poterat.

20. Herodes enim metuebat „ Ioannem, sciens eum virum iu- „ stum & sanctum: & custodiebat „ eum, & audito eo multa facie- „ bat, & libenter eum audiebat.

ΤΟΛΩΣ. Παρεντίθησιν ἁρπαθὲν ὁ Εὐαγγελιστὴς τὴν διήγησιν τοῦ θανάτου τοῦ Βαπτιστοῦ, ἀφορμῆς δραξάμενος. τὰ δὲ Ἡρωδιάδα ὡς μὲν ἔτι ζῶντος φασὶ τοῦ Φιλίππου ἀποσπάσαι Ἡρῴδην. Καὶ διὰ τοῦτο ἐλέγχεσθαι αὐτὸν ὡς παρανομοῦντα. ἡ μὲν οὖν αἰτία τοῦ φόνου τοῦ Ἰωάννου αὕτη ἦν· Ἡρῴδου τὴν γυναῖκα τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ Φιλίππου ἀφελομένου, ζῶντος ἔτι αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα ἔχοντος ἐξ αὐτῆς· ὁ οὖν Ἰωάννης μὴ ἐνεγκὼν ὅ μισος, ἤλεγχεν αὐτόν. διὸ καὶ ἀναιρεῖται ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ ὅρα πόσον ἰσχύει ἡ λύσσα τοῦ ἔρωτος· ὥστε καὶ Ἡρῴδην τοσοῦτον ἔχοντα πρὸς τὸν Ἰωάννην τιμὴν, καταφρονῆσαι αὐτοῦ διὰ ὃ θεραπεῦσαι τὴν μανίαν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Συνετήρει, τουτέστιν ἐφύλαττεν αὐτὸν μὴ ὑπὸ βουλευθῇ ὑπὸ Ἡρωδιάδος. ἀκούσας οὖν αὐτοῦ πολλάκις ὀνειδίζοντος ὡς τὴν ἔχειν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ, ἠπόρει ὃ ποιήσει διὰ ὃ ἐφθαικέναι γαμῆσαι αὐτήν, καὶ μᾶλλον ἔκρυφεν εἰς ὃ ἀπολύσαι τὴν μοιχαλίδα· τοῦτο γὰρ αἰνίττεται ὃ, ἡδέως αὐτοῦ ἤκουεν.

TOLOSANI. Inserit in hunc locum occasione arrepta Evangelista narrationem mortis Baptistæ. quod Herodiadem attinet, sunt qui vivente adhuc Philippo abstraxisse illam ad se à viro suo Herodem tradant. Ac propterea reprehendi ipsum ut violatorem legum. Igitur hæc fuit causa cædis Ioãnis. Cũ eripuisset uxorem Herodes fratri suo Philippo, viventi adhuc & filiã habenti ex ipsa, sibique haberet. non ferens flagitium Ioannes, ipsum acriter increpuit, quam ob causam interficitur ab ipso. Vide quousque prævaleat amoris furor, ut Herodem tanta licèt existimatione ac reverentia Ioannis occupatum, ad tantum ejus repentè cõtemptum perverterit, talem ut animã & sanguinem in qualecumque delinimentum insaniæ suæ benè impensum putaret.

ANONYMI. Custodiebat Ioãnem Herods, hoc est, defendebat ab insidiis Herodiadis, impediens earum effectum, scilicet necem viri sancti, quam illa machinabatur. Cùm autem audiret illum sæpè sibi exprobrantem, quòd haberet vxorem fratris, angebatur animo, & inter molestam incertitudinem jactabatur. hinc quidem sibi conscius contracti jam qualiscumque conjugii cum ista muliere: inde autem pudore facti, atque increpantis verecundia, propendens in repudium adulteræ. hoc indicatur illis verbis: *libenter eum audiebat*.

Digitized by Google

21. Et cùm dies opportunus
„ accidiſſet, Herodes natalis ſui
„ cœnam fecit Principibus & Tri-
„ bunis & primis Galilææ.

„ Καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου,
„ ἐν ᾗ Ἡρῴδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπ-
„ νον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ, καὶ
„ τοῖς χιλιάρχοις καὶ τοῖς πρώτοις τῆς
„ Γαλιλαίας.

EIVSDEM. Ipſe enim erat Herodes Tetrarcha Galilææ. Itaque Primores urbis ac Provinciæ, cujus ipſe Princeps erat, tempeſtivis excipiebat epulis.

ΑΥΤΟΥ. Αὐτὸς γὰρ ἦν Ἡρῴδης τετράρχης. διὸ καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς τῆς Γαλιλαίας ἱστᾶτο.

22. Cùmque introiſſet filia ip-
„ ſius Herodiadis, & ſaltaſſet,
„ & placuiſſet Herodi, ſimul-
„ que recumbentibus; rex ait
„ puellæ, Pete à me quod vis: &
„ dabo tibi.

„ Καὶ εἰσελθούσης τῆς θυγατρὸς αὐτῆς
„ τῆς Ἡρῳδιάδος, καὶ ὀρχησαμένης καὶ
„ ἀρεσάσης τῷ Ἡρῴδῃ καὶ τοῖς συνα-
„ νακειμένοις, εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κο-
„ ρασίῳ, αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς, καὶ
„ δώσω σοι.

23. Et juravit illi, quia quid-
„ quid petieris dabo tibi, licèt di-
„ midium regni mei.

„ Καὶ ὤμοσεν αὐτῇ, ὅτι ὃ ἐὰν αἰτή-
„ σῃς, δώσω σοι, ἕως ἡμίσους τῆς βα-
„ σιλείας μου.

24. Quæ cùm exiſſet, dixit ma-
„ tri ſuæ, Quid petam? At illa di-
„ xit, Caput Ioannis Baptiſtæ.

„ Ἡ δὲ ἐξελθοῦσα εἶπε τῇ μητρὶ αὐ-
„ τῆς, τί αἰτήσωμαι; ἡ δὲ εἶπε, τὴν κε-
„ φαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

25. Cùmque introiſſet ſtatim
„ cum feſtinatione ad Regem, pe-
„ tivit dicens, Volo ut protinus
„ des mihi in diſco caput Ioannis
„ Baptiſtæ.

„ Καὶ εἰσελθοῦσα εὐθέως μετὰ σπου-
„ δῆς πρὸς τὸν βασιλέα, ᾐτήσατο λέ-
„ γουσα, θέλω ἵνα μοι δῷς ἐξ αὐτοῦ
„ ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ
„ Βαπτιστοῦ.

26. Et contriſtatus eſt Rex:
„ propter iuſiurandum, & propter
„ ſimul diſcumbentes, noluit eam
„ contriſtare.

„ Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βα-
„ σιλεὺς, διὰ τοὺς ὅρκους, καὶ τοὺς συνα-
„ νακειμένους, οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν
„ ἀθετῆσαι.

27. Sed miſſo confeſtim ſpicu-
„ latore præcepit afferri caput ejus
„ in diſco, Et decollavit eum in
„ carcere.

„ Καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς
„ σπεκουλάτορα ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι
„ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ὁ δὲ ἀπελθὼν
„ ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυ-
„ λακῇ.

EIVSDEM. Cùm jam Romanis ſubeſſent, Romanis utebantur vocabulis. *Speculator* ſiquidem Romanum nomen eſt, ſignificans exploratorem, aut eum qui ex alto loco proſpiciens, obſervat. Sic etiam miniſtri pœnarum carnifices vocabantur. tamquam maleficorum

ΑΥΤΟΥ. Ἦδη ὑπὸ Ρωμαίοις ὄντες, καὶ Ρωμαίων ἐχόντων τὴν ἡγεμονίαν καὶ λέξεσι. Σπεκουλάτωρ Ρωμαϊκὴ μὲν τυγχάνει λέξις, ἑρμηνεύεται δὲ ὁ ἀνιχνευτὴς, ἤτοι κατάσκοπος. λέγω δὲ ὅτι ταῖς τιμωρίαις ἐπαλλάττουσι δήμιοι, οἷον τοὺς κακούργους καὶ τοὺς λῃστὰς

ἢ φο-

ἢ φονέας ἀνιχνεύοντες καὶ ἀνασκοπούμενοι.

„ Καὶ ἤνεγκε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ
„ πίνακι, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν τῷ κορα-
„ σίῳ, καὶ ὁ κοράσιον ἔδωκεν αὐτὴν
„ τῇ μητρὶ αὐτῆς.

„ Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
„ ἦλθον καὶ ἦραν ὁ πτῶμα αὐτοῦ, καὶ
„ ἔθηκαν αὐτὸ ἐν τῷ σημείῳ.

rũ, latronum, & homicidarũ exploratores, atq; observatores, ex officio, ut eos deprehensos malè mulctarent.

28. Et attulit caput ejus in di-
„ sco: & dedit illud puellæ, &
„ puella dedit matri suæ.

29. Quo audito Discipuli ejus,
„ venerunt & tulerũt corpus ejus:
„ & posuerũt illud in monumẽto.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ταῦτα λέγει ἵνα δείξῃ καὶ τὴν εὔνοιαν, ἣν ἔμειναν καὶ μετὰ θάνατον ἔχοντες περὶ τὸν οἰκεῖον διδάσκαλον. ἐπισυνάπτει δὲ τούτοις.

ΤΟΛΩΣ. Ἐν τοῖς τοῦ Ἡρώδου γενεθλίοις πότος ἅμα καὶ ὄρχησις· ἔτι δὲ καὶ ὅρκος ἄθεσμός τε καὶ ἄθεος ἀποτελεῖται· ἡ δὲ πονηρὰ γυνὴ δός μοι φησὶν ἐξ αὐτῆς τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου. ὁ δὲ ἐξ αὐτῆς· πολλαχοῦ τῆς γραφῆς ἀντὶ τοῦ ταχέως κεῖται. ὡς καὶ ὁ Λουκᾶς ἐν τῇ τῶν πράξεων βίβλῳ γράφει· μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐξ αὐτῆς ἔπεμψα πρός σε, τουτέστι ταχέως.

ΦΩΤΙΟΥ. Ὁ Ἡρώδης ἐρωτόληπτος γεγονὼς καὶ παντελέως ἀνόητος ἐφοβήθη τὸν ὅρκον παραβῆναι καὶ φονεύει τὸν δίκαιον· ἔδει γὰρ μᾶλλον ἐπιορκῆσαι καὶ μὴ τοσοῦτον μύσος ἐργάσασθαι· ἐπεὶ οὐ πανταχοῦ ὁ εὐορκεῖν ἀγαθόν. λέγεται δὲ σπεκουλάπωρ ὁ δήμιος, στρατιώτης ὁ ἐπὶ τῷ φονεύειν τοὺς κατακρίτους τεταγμένος. πτῶμα δὲ λέγεται ὁ τοῦ νεκροῦσωμα.

VICTORIS ANTIOCHENI. Hæc dicit ut ostendat illorũ benevolentiam erga Magistrum suum, in qua etiã post ejus mortem perseverarunt. Adjungit autem his.

TOLOSANI. In natalitiis Herodis compotatio & saltatio, tum juramentum nefarium & impium perpetratur. Ac scelerata mulier. Da mihi, ait, protinus, ἐξ αὐτῆς, caput Ioannis. hoc verbum ἐξ αὐτῆς multis in locis Scripturæ usurpatur pro statim aut protinus. Exempli causa Lucas in Actorum Libro scribit: & cùm mihi perlatum esset de insidiis quas Iudæi paraverant illi, ἐξ αὐτῆς misi eum ad te. hoc est statim vel extemplò. Act. xiij. 30.

PHOTII. Herodes amore amens ac prorsus insanus, veritus est jusjurandum transgredi, & occidit justum: atqui tolerabilius pejerasset, quàm tantum piaculum consciscceret, neque enim juramẽtis stare in omni casu laudabile est. Dicitur porrò Speculator publicus carnifex ad mulctandos morte quos neci judices addixerunt constitutus. πτῶμα verò, *cadauer*, dicitur corpus mortui.

„ Καὶ συνάγονται οἱ ἀπόστολοι
„ πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀπήγγειλαν
„ αὐτῷ πάντα, καὶ ὅσα ἐποίησε καὶ
„ ὅσα ἐδίδαξαν.

30. Et convenientes Aposto-
„ li ad Iesum, renunciaverunt ei
„ omnia quæ egerant & docue-
„ rant.

31. Et ait illis, Venite seorsum
in desertum locum, & requie-
scite pusillũ. Erant enim qui ve-
niebant & redibãt multi: & nec
spatium manducandi habebant.
32. Et ascẽdẽtes in navim, abie-
runt in desertũ locum seorsum.

» Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, δεῦτε ὑμεῖς αὐ-
» τοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον, καὶ
» ἀναπαύεσθε ὀλίγον. ἦσαν γὰρ οἱ
» ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολ-
» λοὶ, καὶ οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρουν.
» Καὶ ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον
» τῷ πλοίῳ κατ' ἰδίαν.

EIVSDEM. Per hæc docet Ecclesiæ Magistros, ne se totos, & in omne tempus cõdonent usibus & curæ multitudinis: sed contrahant se interdum, & apud se sint, collecta ex nimia diffusione mente. Docet præterea Præpositos, ut quibus utũtur Ministris in laborioso exercitio prædicationis, & plebis erudiendæ, congrua providentia consulant, concessa statis, prout opus est, temporibus corporea etiam remissione ac quiete, maximè post expletum præscripti pensum operis.

ΑΥΤΟΥ. Διὰ τούτων διδάσκει τοὺς τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους, μὴ ὅλους παντὸς τοῖς ὄχλοις ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι, ἀλλὰ καὶ συστέλλεσθαι καὶ ἰδίᾳ εἶναι καθ' ἑαυτοὺς, καὶ τὸν νοῦν ζωπυρεῖν ἐκ τῆς ἔξω πολυφορίας, καὶ τοὺς κοπιῶντας ἐν λόγῳ θεραπεύειν καὶ σωματικῶς ἀναπαύειν, μάλιστα μετὰ τὴν διακονίας ἐκπλήρωσιν.

33. Et viderunt eos abeuntes,
& cognoverunt multi, & pedo-
stres de omnibus civitatibus cõ-
currerunt illuc, & prævenerunt
eos.

» Καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας, καὶ
» ἐπέγνωσαν αὐτὸν πολλοὶ καὶ πεζῇ
» ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδρα-
» μον ἐκεῖ, καὶ προῆλθον αὐτούς,
» καὶ ἦλθον πρὸς αὐτόν.

TOLOSANI. Prædicatione perfunctos Apostolos ait cõvenisse ad Christum, & cuncta narrasse, quæ vel docuerant vel fecerant. Ipse autem ad ipsos dixit. Venite secedite seorsum in desertum locum & requiescite. Erat enim infestus locus in quo erant multorum undique affluentium concursu. Procul siquidem agnoscens populus ibi esse Iesum, certatim pedites cursu effuso ex omnibus circa civitatibus adspirabant ad eum. Hoc autem fecit, ut discamus: indulgenda esse quietis intervalla laborãtibus: neque sinendum, ut quoad prorsus exhausti sint, agendo contendant. Recedit verò & ipse in desertũ locũ, ut qui omnibus & affectibus vitæ, & voluptatibus carnis dudũ renunciasset.

ΤΟΛΩΣ. Μετὰ δὲ κηρύξαι φησὶ τοὺς ἀποστόλους συνάγεσθαι αὐτοὺς πρὸς τὸν Χριστὸν· καὶ ἅπαντα ἀπαγγέλλειν ὅσα ἐδίδαξάν τε καὶ ἐποίησαν. ὁ δὲ φησὶ πρὸς αὐτούς. δεῦτε κατ' ἰδίαν ὑμεῖς εἰς ἔρημον τόπον καὶ ἀναπαύεσθε. ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ ὑπάγοντες πολλοί· εἶδον δὲ αὐτὸν πορρώθεν καὶ ἐπέγνωσαν, καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον πρὸς αὐτόν· τοῦτο δὲ ἐποίησεν ἵνα μάθωμεν, ὅτι δεῖ τοὺς κοπιῶντας ἀναπαύσεως ἀξιοῦν· καὶ μὴ καταπονεῖν αὐτοὺς τοῖς πόνοις πλέως. ἀναχωρεῖ δὲ καὶ αὐτὸς εἰς ἔρημον τόπον τῶν τε παθῶν ἀφεσηκὼς καὶ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν.

Et recedit verò & ipse in desertũ locũ, ut

» Καὶ

„ Καὶ ἐξελθὼν εἶδεν ὁ Ἰησοῦς πολὺν
„ ὄχλον. καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐ-
„ τοῖς ὅτι ἦσαν ὡς πρόβατα μὴ ἔχον-
„ τα ποιμένα, καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐ-
„ τοὺς πολλά.

„ Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης,
„ προσελθόντες αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐ-
„ τοῦ λέγουσιν, ὅτι ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος
„ καὶ ἤδη ὥρα πολλή

„ Ἀπόλυσον αὐτοὺς, ἵνα ἀπελθόντες
„ εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας,
„ ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους. τί γὰρ
„ φάγωσιν, οὐκ ἔχουσιν.

„ Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, δό-
„ τε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. καὶ λέγου-
„ σιν αὐτῷ, ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν
„ διακοσίων δηναρίων ἄρτους, καὶ δῶ-
„ μεν αὐτοῖς φαγεῖν;

„ Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, πόσους ἄρτους
„ ἔχετε; ὑπάγετε καὶ ἴδετε, καὶ γνόν-
„ τες λέγουσι, πέντε, καὶ δύο ἰχθύας.

„ Καὶ ἀπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλίναι
„ πάντας συμπόσια συμπόσια ἐπὶ τῷ
„ χλωρῷ χόρτῳ.

„ Καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ
„ ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα.

ΑΥΤΟΥ. Εἵπετο αὐτῷ πλῆθος, ὡς εἰκὸς, πολὺ ἕνεκα τῶν θαυμάτων μάλιστα, καὶ τῷ νοῦν ἔχειν ἅπαντα καταλιμπάνειν μὲν τὰ οἰκεῖα, ἕπεσθαι δὲ αὐτῷ. θεασάμενος οὖν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας κεκμηκότας, ὡς ἂν εἰ πρόβατα ποιμένα μὴ ἔχοντα· τοιοῦτοι γὰρ δὴ καὶ οὗτοι ἦσαν, τῷ μηδένα τότε ἔχειν τὰ ὠφέλιμα τῆς ψυχῆς διδάσκειν αὐτοὺς δυνάμενον· διὰ τοῦτο μάλιστα τῷ Κυρίῳ κατακολουθεῖν ἀναγκαζόμενοι, ὡς ἂν μόνον πρὸς ὃ κρείττον οἵῳ τε ὄντι ἄγειν αὐτοὺς· ᾤκτειρέ τε αὐτοὺς προστιθεὶς πνευματικὴν καὶ ἀναφαίρετον πανδαισίαν. καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, ἀπολυθῆναι τὸν ὄχλον ᾔτουν μαθηταὶ καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐρημίαν τοῦ τόπου, καὶ τὴν τῶν ἐπιτηδείων σπάνιν. τί γὰρ φάγω-

34. Et exiens vidit turbã multã
„ Iesus: & misertus est super eos,
„ quia erant sicut oves non habẽ-
„ tes pastorem. & cæpit illos do-
„ cere multa.

35. Et cũ jam hora multa fieret,
„ accesserunt Discipuli ejus, dicẽ-
„ tes, Desertus est locus hic, & jã
„ hora præterijt.

36. Dimitte illos, ut euntes in
„ proximas villas & vicos, e-
„ mant sibi cibos quos mandu-
„ cent.

37. Et respondens ait illis, Da-
„ te illis vos manducare. Et di-
„ xerunt ei, Euntes emamus du-
„ centis denarijs panes: & dabi-
„ mus illis manducare.

38. Et dicit eis, Quot panes ha-
„ betis? ite & videte. Et cùm co-
„ gnovissent dicunt, Quinque, &
„ duos pisces.

39. Et pręcepit illis ut accũbe-
„ re facerent omnes, secundũ con-
„ tubernia super viride fœnum.

40. Et discubuerunt in partes
„ per centenos & quinquagenos.

EIVSDEM. Sequebatur eum multitudo magna, ut par erat, operantem tot miracula; & planè talẽ cujus qui saperent; conversationẽ ac comitatum omnibus affectibus domesticis ac necessitudinibus pręferrent. conspicatus ergo eos ex itinere defessos, tamquam oves nõ habentes pastorem: quo tunc in statu illa plebs erat, utpote habens neminem qui docere ipsos opportuna ad salutem animæ posset, ac propterea Dominum sequi cogeretur; qui solus promovere ipsam valeret in melius. miseratus ipsos est, apposita mentibus eorum spirituali mensa, & præbita fruitione non pereuntium, quosque nemo

ipsis

ipsis posset eripere, animæ ciborũ. Cum autem jam hora processisset, dimitti populum Discipuli petebant, maximè propter sterilitatem loci deserti, & annonæ omnis inopiam. *non enim habent quod manducent*, ajebant. Ille autem dives & benignus, etiam corporalem ipsis mensam apponere Discipulos jubebat: tantùm non dicens: etsi cuncta desint, ego adsum omnis omnibus abundantiæ largitor. Illi autem non intelligentes & æstuantes tamquam ad mandatum facultate ipsorum majus, audiverunt: *quot panes habetis*? Ad quæ illi re curiosè explorata, exactam ad minutum rationem reddunt inventi numeri, respondentes: quinque, & duos pisces.

TOLOSANI. Fugiẽtes à Pharisæis turbæ propter avaram eorũ, & injustam agendi rationem, ad Christum congregabantur. non enim pascebant populum Pharisæi, sed potiùs devorabant instar voracium ferarum. Propterea Salvator non modò sermone, multitudinis animas alebat, sed corpoream quoque ipsis escam suppeditabat. Miserati enim Discipuli turbas accedunt ad Dominum rogantque pro ipsis, humanitatis sensu quodã ducti. Ipse autem explorans interim, an qualem par erat notionem de ejus potentia concepissent adhuc animis, ait illis: Date ipsis vos manducare, quibus isti auditis, ignota scilicet Salvatori arbitrabantur esse & numerum capitum alendorum, & suam ipsorum egestatem, quibus tantam largitionem imperaret, & ducentorum denariorum annonam loquebantur. At Salvator recumbere omnes jubet super fœnum separatim per contubernia. hoc enim significat modus ille loquendi: *convivia convivia*. hoc est mensas diversas. idemque alijs verbis sonat areolarum vox consimili repetitione frequentata. Referebant nimirum ista per herbosam planitiem metata contubernia prandentium, plagatim descriptos hortorum loculos, quos areolas dicere solemus.

σιν οὐκ ἔχουσιν, ἔλεγον, ὁ δὲ πλούσιος καὶ φιλάνθρωπος, καὶ σωματικὴν αὐτοῖς παρατιθέναι τράπεζαν τοῖς μαθηταῖς παρεκελεύετο, μονονουχὶ λέγων, ὅτι ἐγὼ πάρειμι ὁ πολλὴν πᾶσιν παρέχων τὴν ἀφθονίαν. οἱ δὲ μὴ συνιέντες, ἀλλὰ διαπορηθέντες ὥσπερ προσταγμάτι ἀμήχανον, ἤκουον, πόσους ἄρτους ἔχετε; καὶ πολυπραγμονήσαντες λέγουσι, πέντε, καὶ δύο ἰχθύας.

ΤΟΛΩΣ. Ἀποφεύγοντες ἀπὸ τῶν φαρισαίων οἱ ὄχλοι διὰ τὴν πλεονεκτικὴν αὐτῶν καὶ ἄδικον γνώμην, πρὸς τὸν Χριστὸν συνήγοντο. οὐ γὰρ ἐποίμαινον τὸν λαὸν οἱ Φαρισαῖοι· ἀλλὰ καθήσθιον δίκην θηρίων. διὰ γοῦν ταῦτα ὁ Σωτὴρ οὐ μόνον διὰ λόγου τὰς τῶν ὄχλων ἔτρεφε ψυχάς· ἀλλὰ καὶ τὴν σωματικὴν αὐτοῖς ἐχορήγει τροφήν. ἐλεήσαντες γὰρ οἱ μαθηταὶ τοὺς ὄχλους, προσέρχονται τῷ Κυρίῳ φιλανθρώπως ἱκετεύοντες ὑπὲρ αὐτῶν· ὁ δὲ πειράζων αὐτοὺς εἰ ἐπέγνωσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, λέγει πρὸς αὐτούς· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. οἱ δὲ ἀγνοεῖν ὑπέλαβον τὸν Σωτῆρα τό, τε πλῆθος αὐτῶν, καὶ τὴν ἔνδειαν. Καὶ ἀγοράσαι τροφὰς διακοσίων δηναρίων ἔλεγον· ὁ δὲ Σωτὴρ ἀνακλίνει πάντας ἐπὶ τῷ χόρτῳ διακεχωρισμένως. τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ συμπόσια συμπόσια· τουτέστι τραπέζας διαφόρους. τὸ αὐτὸ δὲ δηλοῦσι καὶ αἱ πρασιαί· καθὼς καὶ ἐν τοῖς κήποις λέγειν εἰώθαμεν τὰ μεμερισμένα τόπια.

„ Καὶ

„ Καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς
„ δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρα-
„ νὸν, εὐλόγησε, καὶ κατέκλασε τοὺς ἄρ-
„ τους, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα
„ παραθῶσιν αὐτοῖς, καὶ τοὺς δύο ἰχθύας
„ ἐμέρισε πᾶσι.

41. Et acceptis quinque pani-
„ bus & duobus piscibus, intuens
„ in cœlum, benedixit & fregit
„ panes, & dedit Discipulis suis,
„ ut ponerent ante eos, & duos
„ pisces divisit omnibus.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διατί πολλὰ πολλάκις θαυματουργήσας ὁ Κύριος οὐκ ἀνέπεμψε πρὸς τὸν πατέρα, νῦν δὲ τοῦτο ποιεῖ; τοῦτο ποιεῖ νῦν διδάσκων ἡμᾶς ὅτι δεῖ πρὸ τροφῆς τῷ χορηγῷ Θεῷ καὶ τῷ ζωαρκῆ παρέχοντι εὐχαριστεῖν.

ANONYMI. Cur multa sæpè mira operatus Dominus non retulit ad Patrem ut nunc facit? Id agit nunc docens nos: oportere ante cibi sumptionem gratias agere præbitori victus Deo.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Εἰκότως νῦν μάλιστα ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἔδειξεν ὅτι τῷ πατρὶ τὸ γινόμενον ἀνατίθεται. ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τὴν ἔρημον τοῦ Θεοῦ μάννα παρέχοντος αὐτοῖς, οἱ Ισραηλῖται ἐτόλμησαν εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, μὴ καὶ ἄρτον δύναται δοῦναι; ἵνα μὴ δόξῃ ἐπὶ τοῦτο χωρεῖν αὐτὸς ὡς ἂν μείζονα τοῦ Θεοῦ ποιῶν ἑαυτὸν, σφόδρα τῶν Ιουδαίων πολλὰς κατ' αὐτοῦ πλέκειν ἀφορμὰς ἐπιχειρούντων, πρὸ τοῦ ποιῆσαι, ἐπὶ τὸν πατέρα ἀνήνεγκε τὸ γινόμενον.

VICTORIS ANTIOCHENI. Meritò nunc potissimùm sublatis in cœlum oculis Patri factum adscribit; quoniam enim in Deserto Deo præbente ipsis manna, Israelitæ dicere ausi sunt ei: *numquid & panem poterit dare?* ne videatur eò progredi ut majorem se Deo faciat, circuminhiante ipsi ad captandas cavillandi causas, insidiosa malitia Iudæorum, priusquam id faceret ad Patrem retulit factum. Ps. 77.20

„ Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορ-
„ τάσθησαν.
„ Καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κο-
„ φίνους πλήρεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων.
„ Καὶ ἦσαν οἱ φαγόντες τοὺς ἄρτους
„ πεντακισχίλιοι ἄνδρες.

42. Et mãducaverunt omnes:
„ & saturati sunt.
43. Et sustulerunt reliquias,
„ fragmentorũ duodecim cophi-
„ nos plenos, & de piscibus.
44. Erant autem qui mandu-
„ caverunt, quinque millia.

ΤΟΛΩΣ. Αναβλέπει εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ Κύριος. διδάσκων ἡμᾶς παρὰ Θεοῦ αἰτεῖσθαι ἀεὶ τὴν τροφήν· καὶ ἅμα ὑποδεικνύων τοῖς ὄχλοις ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντίθεος· διατί δὲ τοῖς μαθηταῖς δίδωσι πρῶτον; ἵνα μὴ ἐπιλάθωνται τοῦ θαύματος, ἀλλ' ἀεὶ μνημονεύωσιν αὐτοῦ. δώδεκα δὲ Κόφινοι περιττεύουσι, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀποστόλων· ὡς ἕκαστος ἐπ' ὤμων φέρων κόφινον, ἀνεπίλησον τηρήσῃ τὸ θαῦμα. ἐκορέσθησαν μὲν οὖν ἅπαν-

TOLOS. Suspicit in cœlum Dominus, docens nos, à Deo semper petẽdum esse unde nutriamur, simul ostendens multitudini, se nõ esse Deo contrarium. Quare autem Discipulis dedit primùm? Ne obliviscerentur miraculi, sed id continuò haberent memoriæ præsens. Duodecim verò cophini supersũt: juxta numerum Apostolorum. ut eorum quisque suum in humeris

cophi-

cophinum referens, nulli oblivioni obnoxiã animo suo infigeret imaginem prodigij hujus. Saturati sũt igitur omnes, ac tantam restare fragmentorum abundantiam voluit Dominus, ut demonstraret se non exhausisse potentiam suam ea multitudine pascenda; multumque sibi ejus ad alia quę vellet superesse. Non enim Discipuli, dũ Christi jussu ministrantes panem in suis manibus multiplicabant, ad solum contractam usum miraculi patrandi potestatem acceperant; ut Moyses olim, qui manna subministrabat ad solum necessitatis & usus modum. ita ut si quis plus quàm esset sibi necesse colligeret, corrũperetur. ut igitur appareret quantum in miraculis patrandis Deus & Propheta differrent inter se, multas superesse reliquias Christus voluit: ac quantas meritò mirarentur qui cùm se satiatos experirentur, quæ initio fuerant cum ijs, quæ restabant reliqua tanto numero, comparabant.

VICTORIS. Saturati ergo sunt omnes, quantumvis ad quinque millia virorum numerus ascenderet, præter mulieres & parvulos. Effecit autem ut tam multæ superessent reliquiæ fragmentorũ quot sufficerent explẽdis duodecim cophinis: ut cum quisque Apostolorum suum cophinum plenum in humeros tolleret, præsens hoc ipso caperet experimentum miraculi. nec fuit superflua hæc cura, nam de re ipsa, etiam cùm maximè fieret, propter inopinatissimam novitatem, nescio quid dubitasse Apostolos, significat præsens Evangelista, dum ait: *Non enim inellexerunt de panibus, erat enim cor eorum*

τες· Καὶ τοσαύτην γενέσθαι κλασμάτων περισσείαν παρεσκεύασεν, ὥστε φανῆναι ταύτην περιουσίᾳ δυνάμεως γενέσθαι. οὐ γὰρ διὰ τὴν τῶν ἑτέρων χρείαν τὸ θαυματουργεῖν ἔλαβον· ὥσπερ ποτε Μωσῆς ἐδίδου τὸ μάννα πρὸς μόνην τὴν χρείαν. οὐ γὰρ ἐπέκεινα τῆς χρείας ἐδίδοτο αὐτοῖς. ἀλλ' ἄχρηστον τὸ πλέον συλλεγὲν ἐγίνετο. ἵνα οὖν φανῇ τὸ διάφορον Θεοῦ τε καὶ Προφήτου ἐν τοῖς θαύμασι, πολλὴν περισσείαν ἐποιήσατο, ὥστε καὶ κορεσθέντας τῶν περιλειφθέντων θαυμάζειν τὸ πλῆθος.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ. Ἐκορέσθησαν μὲν οὖν ἅπαντες, καίτοιγε πεντακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς γυναικῶν τε καὶ παιδίων. τοσαύτην δὲ γενέσθαι κλασμάτων περισσείαν παρεσκεύασεν, ὡς δώδεκα πληρωθῆναι κοφίνους ἐπὶ τῷ ἕκαστον ἐπ' ὤμων ἀράμενον, μείζονα λαβεῖν τοῦ γινομένου τὴν αἴσθησιν. ὅτι γὰρ καὶ οὕτως ἀμφίβολον ἔτι περὶ τοῦ γινομένου οἱ μαθηταὶ εἶχον διὰ τὸ ἄγαν παράδοξον, δηλοῖ ὁ παρὼν εὐαγγελιστὴς σαφῶς εἰπών, οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. ἦν γὰρ αὐτῶν ἡ καρδία πεπωρωμένη. καὶ δι' ἕτερον δὲ τὴν περισσείαν ᾠκονόμησε γενέσθαι, ὥστε φανῆναι περιουσίαν ἐνεργούσης ταῦτα δυνάμεως οὐ διὰ τὴν ἑτέρων χρείαν τὸ δύνασθαι λαμβάνοντα, οἷον Μωσῆς ἐδίδου μάννα, ἀλλὰ κατὰ τὴν χρείαν μόνον. ἄχρηστον γὰρ αὐτοῖς συλλεγὲν τὸ πλέον ἐγένετο. ἐπελάβοντότε τῆς γῆς τὴν καρπὸν καὶ τὸ μάννα κατεφόρετο οὐκέτι. ὁμοίως Ἠλίας ἐπὶ τῆς χήρας οὐ πλεονάζειν τότε ἄλευρον ἐποίησε· καὶ μὴ καὶ τὸ ἔλαιον. ὡς δὲ ὑετὸς ἐγένετο, καὶ ἐπαύσατο ἡ δόσις. ἵνα οὖν φανῇ τὸ διάφορον, πολλὴν περιουσίαν ἐποιήσατο, ὥστε καὶ κορεσθέντας τῶν παραλειφθέντων θαυμάζειν τὸ πλῆθος. θαύμαστον μὲν οὖν τὸ πραχθὲν καὶ τῆς δημιουργικῆς δυνάμεως ἀπόδειξις· θαυμάσιον δὲ οὐκ ἔλαττον τὸ μὴ ἀεὶ τῇ ἐξουσίᾳ χρῆσθαι πρὸς τὴν τῶν τροφῶν εὐπορίαν. σημεῖα μὲν γὰρ

ἕνεκα

ἕνεκα τῶν ἀνθρώπων ἐργάζεται, καὶ τὴν τῆς δυνάμεως ἐπίγνωσιν εἰς σωτηρίαν τὴν διὰ τῆς πίστεως παρέχει τοῖς ἑπομένοις· τοῖς δὲ χρῆται καὶ τὴν ἀνθρώπῳ προσήκοντα τρόπῳ, εὐεργετῶν ἅμα τοὺς εἰς τοῦτο ὑπηρετοῦντας. Ὁ γὰρ τῷ Κυρίῳ τι παρασχεῖν ἦν εὐεργεσία μεγίστη. ὅπερ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐκ διαδοχῆς παραδίδωσι τὴν παρὰ τῶν μαθητευομένων χρῆσθαι προφαῖς.

obcæcatum. quamquam & aliam habuit causam providendi, ut hæ reliquiæ superessent: nimirum ut appareret abundãtia potestatis qua hæc fiebant, non cum exacta exæquatione ad præsentis necessitatis mensuram datæ: sed liberè ac liberaliter evagantis ulterius. Non enim Christo juvandi facultas ad inopiæ sublevandæ modulum minutè restricta concessa est, ut Mosi & Eliæ: quorum ille manna suppeditavit, quantùm dumtaxat opus fuit, nam quod plus sumebatur, inutilè fiebat, & simul adfuit copia frugum terræ, desijt manna de cœlo pluere. Eliæ similiter opera & prece farina & oleum viduæ multiplicata sunt quoad pluit super terram, & sterilitas cessavit. non autem postea. ut ergo appareret differentia, tantam copiã suppeditavit, ut ipsi saturati mirarentur multitudinem fragmentorum reliquorum. Et mira profectò res erat, ac humana majoris planeq; creatricis argumentum potestatis. nec minus mirandum est, cur non semper Christus ista uteretur potentia, cibaria passim è nihilo suppeditandi. Verùm signa propter homines operatur & potentiæ agnitionem in salutem, quæ per fidem acquiritur, præbet sequentibus. His verò utitur modo hominibus convenienti, benefaciens simul ijs qui suum ad hoc ministerium conferunt. nam præbere aliquid Domino beneficium est maximum. unde & postea Discipulis concessit uti alimentis subministratis ab ijs quos docerent,

„ Καὶ εὐθέως ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς
„ αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον καὶ
„ προάγειν εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊ-
„ δὰν, ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ τὸν ὄχ-
„ λον.

„ Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς ἀπῆλ-
„ θεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.

„ Καὶ ὀψίας γενομένης ἦν τὸ πλοῖον
„ ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης καὶ αὐτὸς
„ μόνος ἐπὶ τῆς γῆς.

„ Καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους
„ ἐν τῷ ἐλαύνειν. ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος
„ ἐναντίος αὐτοῖς.

45. Et statim coëgit discipulos
„ suos ascendere navim, ut præce-
„ derent eum trans fretũ ad Beth-
„ saidam, dum ipse dimitteret po-
„ pulum.

46. Et cùm dimisisset eos, abijt
„ in montem orare.

47. Et cùm serò esset, erat na-
„ vis in medio mari, & ipse solus
„ in terra.

48. Et videns eos laborantes
„ in remigando (erat enim ven-
„ tus contrarius eis.)

ΑΥΤΟΥ. Ἐπὶ τὸ πρότερον ἀπολῦσαι τὰ πλήθη ἠνάγκασεν αὐτοὺς, οὐκ ἀνεχομένους ἀποστῆναι ῥᾳδίως. τοῦτο μὲν διὰ τὴν διάθεσιν, τοῦτο δὲ καὶ ἀποροῦν-

EIVSDEM. Ad dimittendam priùs multitudinem ipse subsistẽs, coëgit præire discipulos, utiq; non facilè avelli se ab eo patientes; vel

ob affectum, vel quòd non viderent quomodo venturus ad ipsos esset postquam transfretassent, sine nave ipse remanens: Ignari ob id maximè jubere Dominum ipsos abire, ut cum ipsum mox super aquas ambulantem viderent, majorem in modum persuaderentur de ejus magnitudine, quem ex pręsētia æstimantes nō satis norant. Dimissis ergo turbis, quæ ad ipsum partim ut benedicerentur, partim ut curarentur accesserant, ascendit in montem orandi causa, ostēdens in se homo ipse quid facere hominem deceat, simul & nos docens attentione tota in opus orationis incumbere. Ac provectiore jam vespera, ille quidem erat ibi solus: navis verò discipulorum in medio jam stabat mari, ulterius progredi prohibita, adversantibus ventis. Conferebat verò & hoc ad evidentiorem demonstrationem miraculi: majoris ex eo apparentis, quod ventis licèt contra flantibus, & fluctibus, quà vis auræ ingruerat, altè surgentibus, perrexit super aquas incedere, cujusvis obstaculi victor & securus.

τας πως αὖ ἔλθοι πρὸς αὐτοὺς; οὐκ εἰδότας ὅτι τούτου μάλιστα ἕνεκεν ὁ Κύριος ἐκέλευσεν αὐτοῖς ἀπελθεῖν, ἵνα δὴ ἐπὶ τῶν ὑδάτων βαδίζοντα θεασάμενοι, μειζόνως μάθωσι τοῦ παρόντος τὸ μέγεθος. ἀπολύσαι οὖν τοὺς ὄχλους ἐπὶ τὸ εὐλογεῖσθαι προσιόντων, ὡς εἰκὸς, τῶν δὲ καὶ ἐπὶ θεραπείᾳ τινὶ, ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι· οἷα ἄνθρωπος εἰκὸς, ὁμοῦ καὶ ἡμᾶς διδάσκων ἔχεσθαι τοῦ ἔργου τῆς προσευχῆς. καὶ βαθυτέρας ἤδη γενομένης τῆς ἑσπέρας, αὐτὸς μὲν ἦν ἐκεῖ μόνος, τὸ δὲ πλοῖον τῶν μαθητῶν μέσον ἤδη τῆς θαλάσσης ἦν, προσωτέρω χωρεῖν ἀπὸ τῶν ἀνέμων ἐναντία πνεόντων κωλυόμενον. συνετέλει δὲ καὶ τοῦτο εἰς μείζονα τοῦ θαύματος ἀπόδειξιν, ὡς καὶ τῶν ἀνέμων ἐναντία πνεόντων καὶ τῶν κυμάτων κατὰ τοῦ ἀνέμου ἐγειρομένων, ἔμενεν ἐπὶ τῶν ὑδάτων βαδίζων ὑπ' οὐδενὸς ἑτέρου κωλυόμενος.

„ Et circa quartam vigiliam „ noctis venit ad eos ambulans „ super mare: & volebat præteri- „ re eos.

„ Καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς „ νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτοὺς, περιπα- „ τῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἤθελε „ παρελθεῖν αὐτοὺς.

ANONYMI. Quando jam diluculum erat: ut videlicet ope lucis orientis viderent eum, & miraculum perspicerent. si enim priùs, densis adhuc tenebris id factū fuisset, ignorabile contingeret, caligine noctis cuncta obruente.

VICTORIS ANTIOCHENI. Quatuor divina Scriptura custodias memorat noctis, in tres unamquamque divisam horas: quarta hæc igitur cujus hic meminit post nonam horam inchoata, per deci-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅτε λοιπὸν τὸ λυκόφως ἦν, ἵνα δὲ ἴδωσιν αὐτὸν, καὶ τὸ θαῦμα καταμάθωσιν. εἰ γὰρ ἐν σκότῳ ἐγεγόνει, ἅπαντα ἂν ἠγνοήσθη τῷ σκότῳ.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τέσσαρας ἡ θεία γραφὴ φυλακὰς λέγει τῆς νυκτὸς, εἰς τρεῖς ὥρας ἑκάστην διαιροῦσαν. τετάρτην οὖν λέγει τὴν μετὰ τὴν ἐννάτην ὥραν τὴν δεκάτην ἢ τὴν μετ' ἐκείνην, ὡς ἂν εἴπομεν οὕτω καλοῦσα. κατ' ἐκείνην οὖν ὤφθη τὴν ὥραν αὐτοῖς ἐπὶ τὴν θάλασσαν βαδίζων καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀφικόμενος. τῶν δὲ σφόδρα ἐκπλαγέντων

των ἐπὶ τῇ θέᾳ, ὡς φάντασμα εἶναι νομίσαι ὑπὸ τοῦ παραδόξου τὸ φαινόμενον, ἀνακραξάντων δὲ ἀπὸ πολλοῦ φόβου, ἐλάλησε πρὸς αὐτοὺς ὁ Κύριος, θαρσεῖτε, εἰπὼν, ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε.

mam & duas consequentes extensa est. Harum igitur horarum aliqua, visus à discipulis Christus est super mare ambulans, & ad ipsos veniens. At illis tam inopinati novitate spectaculi vehementer perculsis, & quod phantasma id putarent, præ multo metu clamantibus, locutus est eis Dominus: *Confidite*, inquiens, *ego sum, nolite timere*.

„ Οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὸν περιπατοῦντα „ ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἔδοξαν φάντασ- „ μα εἶναι καὶ ἀνέκραξαν.

„ Πάντες γὰρ αὐτὸν εἶδον, καὶ ἐτα- „ ράχθησαν. καὶ εὐθέως ἐλάλησε μετ' „ αὐτῶν καὶ λέγει αὐτοῖς, θαρσεῖτε· „ ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε.

„ Καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ πλοῖ- „ ον· καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. καὶ „ λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσαν- „ το, καὶ ἐθαύμαζον.

„ Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. „ ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμέ- „ νη.

49. At illi ut viderunt eũ ambulantẽ super mare, putaverunt phãtasma esse, & exclamaverũt.

50. Omnes enim viderũt eũ, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis, Confidite, ego sum: nolite timere.

51. Et ascendit ad illos in navim: & cessavit ventus. & plus magis intra se stupebant.

52. Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcœcatum.

ΑΥΤΟΥ. Ἐλύθη μὲν οὖν αὐτοῖς ὁ ἀγὼν ἀπὸ τῆς φωνῆς· τὸ δὲ παράδοξον τοῦ φαινομένου ἀμφιβάλλειν ἔτι παρεσκεύαζεν αὐτοὺς, ὡς τὸν Πέτρον, τοῦτο μὲν ἐπὶ τῷ μαθεῖν ἀκριβῶς, ὅτι μὴ φαντασία τὸ φαινόμενον, τοῦτο δὲ καὶ μετασχεῖν τῶν αὐτῶν ἀπὸ πολλῆς ἐπιθυμήσαντα τῆς θερμότητος, εἰπεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν· κύριε εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν μοι ἐλθεῖν πρὸς σε ἐπὶ τὰ ὕδατα. προσέταξεν αὐτῷ τοῦτο ποιῆσαι. καὶ κατελθὼν ὁ Πέτρος ἀπὸ τοῦ πλοίου, πρότερον μὲν ἐβάδισεν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἀσφαλῶς· διδάξαι αὐτὸν ὁ Κύριος βουληθεὶς, ὅτι ἀληθῶς τῇ αὐτοῦ δυνάμει τοῦτο ἐδύνατο, καὶ μᾶλλον ἐχρῆν ἄνευ τῆς πείρας πιστεῦσαι, συνεχώρησεν αὐτῷ βραχύτι καὶ κατενεχθῆναι τῶν ὑδάτων· εἶτα ἐν ἀγῶνι καταστάντος καὶ κράξαντος, Κύριε σῶσόν με, ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἐπελάβετο αὐτοῦ καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὀνει-

EIVSDEM. Etsi resederat in ipsis æstus animi agnita Domini voce compressus: tamen adhuc visi novitas nescio quid eis anxiæ dubitationis reliquum fecerat. Adeò ut Petrus, partim ut certius intelligeret non esse inanem speciem id quod apparebat; partim ex multo fervore, partem habere in omnibus Domini sui laboribus & periculis affectans, diceret Iesu: *Domine si tu es, jube me venire ad te super aquas*. Iussit Dominus quod rogarat Petrus, qui descendens è navi, principio quidem incessit super aquas securè. Docere autem illum volens Dominus (quod citra experientiã damni priùs credidisse Petrum satius fuerat) non propriis illum id posse viribus, sed verè Dei adjutrice potentia, permisit eum

cedente vestigijs maris dorso demergi paululum. unde ipsum consternatum, & trepidè clamantem, *Domine salvum me fac*, extensa manu corripuit, & statuit supra jam iterum solidam aquæ superficiem; exprobrans ipsi modicam fidem. Fecit autem ille angor animi, quo cum inciperet mergi jactatus est, ut majorem & teneriorem sensũ haberet gratiæ liberatoris sui, Ascendit inde navim Dominus adducẽs & Petrum. Tum cessavit ventus: ostendens causam motus sui, ideo jussi ab Arbitro ventorum, ut augeretur miraculum, illustriùs ex circumstantijs apparens. Accedentes autem discipuli ad Dominum in navi, adoraverunt eum, verè filium Dei confitentes ipsum esse. & hac ipsa quasi pręcedentis defectus emendatione declarantes, haud sese prius perfectam ejus habuisse notitiam. Aliter enim quid attinebat hoc post miraculum demum profiteri, si perinde antea compertum habuerunt? Nec verò si jam tum id nossent tantùm æstuassent animo ad spectaculum ambulantis supra mare, sed composito animo stetissent, uti nũc perfecta jam ejus notitia instructi. Erudimur porrò per hæc bonum esse desertum & solitudinem, quando agere cum Deo est opus. Tranquillitatis enim mater solitudo est, omnibus nos tumultibus liberans. Ad hæc discimus cuncta fortiter ferre. nam & nunc suos etiam discipulos in patiẽtiæ majoris occasionem ultrò conijciens, disjungit se ab ijs, & in medio positis mari procellam sinit ingruere, jactarique ipsos per noctem permittit totam, sic excutiens torporem illum & lethargum ob-

δίσας αὐτῷ τὴν ὀλιγοπιστίαν. ὁ γὰρ τῆς καταδύσεως ἀγὼν μείζονα τὴν χάριτος τοῦ σώσαντος ἔχειν ἐποίει τὴν αἴσθησιν. ἐπιβαίνει λοιπὸν τοῦ πλοίου ὁ Ἰησοῦς ἐπαγόμενος καὶ τὸν Πέτρον. εἶτα ἐπαύσατο μὲν ὁ ἄνεμος, δεικνὺς τὴν κινήσεως τὴν αἰτίαν τούτου ἕνεκεν γεγενημένης, ἐπὶ τῷ αὐξηθῆναι τὸ θαῦμα μεῖζον διὰ πάντων φανέν. προσελθόντες δὲ αὐτῷ ἐπὶ τοῦ πλοίου προσεκύνησαν οἱ μαθηταὶ, ἀληθῶς υἱὸν Θεοῦ ὁμολογοῦντες αὐτὸν εἶναι· δεικνύντες ὅτι δὲ πρότερον μὴ τελείαν περὶ αὐτοῦ τὴν γνῶσιν ἐκέκτηντο. τί γὰρ ἔδει καὶ τοῦτο μετὰ τὸ θαῦμα ὁμολογεῖν, εἴπερ ἤδεισαν; καὶ πρὸ τούτου δὲ τοῦτο ἐπισταμένους μηδὲ ἐπὶ τῷ φαινομένῳ τοσαύτην ἔχειν ἀμφιβολίαν αὐτοὺς, ὅπουγε καὶ νῦν μετὰ τελείαν τῆς γνώσεως. παιδευόμεθα τοίνυν διὰ τούτων, ὅτι καλὸν ἡ ἐρημία καὶ ἡ μόνωσις ὅταν ἐντυγχάνειν δέῃ Θεῷ. ἡσυχίας γὰρ μητὴρ ἡ ἔρημος πάντων ἀπαλλάττουσα θορύβων ἡμᾶς. πρὸς δὲ τούτοις μανθάνομεν καὶ πάντα φέρειν γενναίως· καὶ γὰρ νῦν καὶ τοὺς μαθητὰς δὲ εἰς μείζονα ὑπομονὴν ἄγων, ἄπεισιν καὶ ἐν μέσῃ θαλάττῃ συγχωρεῖ τὸν χειμῶνα διεγερθῆναι, καὶ ὅλην τὴν νύκτα ἀφίεται αὐτοὺς κλυδονίζεσθαι, διεγείρων αὐτῶν, ὥς φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, πεπωρωμένην τὴν καρδίαν· μετὰ δὲ τὴν κατανύξεως εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοὺς μείζονα ἐνέβαλε καὶ εἰς μνήμην διηνεκῆ. διὰ τοῦτο οὐκ εὐθέως αὐτοῖς ἐπέστη, παιδεύων αὐτοὺς μὴ ταχέως λύσιν ἐπιζητεῖν τῶν συνεχόντων δεινῶν, ἀλλὰ φέρειν τὰ συμπίπτοντα γενναίως, καὶ ὅταν δὲ μέλλει παύειν τὰ δεινὰ ἕτερα χαλεπώτερα προσδοκᾶν. οὕτω γὰρ καὶ αὐτοὶ πτοιηθέντες ἀπὸ τῆς θέας ἔκραξαν. μετὰ γὰρ τοῦ χειμῶνος καὶ ἡ ὄψις αὐτοὺς ἐθορύβησεν. διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸ σκότος ἔλυσεν, οὐδὲ φανερὸν ἑαυτὸν εὐθέως ἐποίησεν· παιδεύων αὐτοὺς ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔνι, καὶ ἐν μακρῷ χρόνῳ πειράζεσθαι καὶ σφοδρῶς,

ὅταν

ὅταν μέλλωσι τοὺς ἀγῶνας ἐκβαίνειν οἱ δίκαιοι, βουλόμενος πλέον αὐτοὺς κερδαίνειν, ἐπιτείνει τὰ γυμνάσια. οὐ πρότερον δὲ ἀπεκάλυψεν ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς τοῖς μαθητῆ ἕως ὅτε ἔκραζον. οὕτω γὰρ μᾶλλον ἠσμένησαν αὐτοῦ τὴν παρουσίαν. ἐπειδὴ δὲ ἐβόησαν, ἔλυσεν αὐτῶν τὸν φόβον, εἰπὼν· θαρσεῖτε, ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. οὐδὲ γὰρ ἐγίνωσκον αὐτὸν διὰ τὸ παράδοξον τῆς βαδίσεως, καὶ διὰ τὸν καιρὸν, ἀλλὰ διὰ τῆς φωνῆς δῆλον ἑαυτὸν ἐποίει. εἰ σὺ εἶ, φησιν ὁ Πέτρος, κέλευσόν μοι ἐλθεῖν πρός σε. τοῦτο δὲ ἐζήτησεν δι' ἀγάπην μόνον, οὐ δι' ἐπίδειξιν. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἐφίλει τὸν Ἰησοῦν. καὶ τὴν ἑαυτοῦ δὲ πρὸς τῇ ἀγάπῃ δείκνυται πίστιν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους ἐνάγει. τί οὖν ὁ Χριστός; ἐπέτρεψεν. καὶ καταβὰς κλυδονίζεται καὶ περιδεὴς γίνεται τοῦ ἀνέμου ἐμποιοῦντος τὸν φόβον. διατί δὲ οὐκ ἐπέταξεν ὁ Σωτὴρ τοῖς ἀνέμοις παύσασθαι, ἀλλ' αὐτὸς ἐπελάβετο αὐτοῦ; ὅτι τῆς ἐκείνου πίστεως ἔδει. ὅταν γὰρ τὰ παρ' ἡμῶν ἐλλιμπάνει, τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἵσταται. δεικνὺς τοίνυν ὅτι οὐχὶ τοῦ ἀνέμου ἐμβολὴ, ἀλλ' ἡ ἐκείνου ὀλιγοπιστία τὴν περιτροπὴν εἰργάζετο, φησί· τί ἐδίσταστας ὀλιγόπιστε; εἰ γὰρ μὴ ἠπίστησε, καὶ πρὸς τὸν ἄνεμον ἐδυνάσατο ἄν. ὅτι οὐδὲν ἐκεῖνος παραβλάπτει, ὅταν ἡ πίστις πεπηγυῖα. ἐπιβάντων δὲ τῷ πλοίῳ τότε ἐπαύσατο. καὶ πρὸ τούτου μὲν ἔλεγον· ποταπὸς ἦν ὁ ἄνθρωπος οὗτος; ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι, καὶ τὰ ὀξῆς. νυνὶ δὲ οὐχ οὕτως. ἀλλ' ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ. οὕτως οὐ δι' ἐπίδειξιν ἡ ἐπὶ τῶν ὑδάτων τοῦ σωτῆρος ἐγένετο βάδισις, ἀλλὰ πρὸς ὠφέλειαν τῶν μαθητῶν. λίαν γὰρ ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο. οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις· ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη. ὠφεληθέντες οὖν ὡμολόγησαν αὐτὸν εἶναι υἱὸν Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐπετίμησε τοῦτο εἰρηκόσι· τοὐναντίου μὲν ὁ Θεὸς ἅπαν καὶ ἐβεβαίωσε τὸ λεχθὲν κατὰ μείζονος ἐξουσίας θεραπεύων τοὺς προσιόντας, καὶ οὐχ ὡς

cœcati, ut ait Evangelista, cordis ipsorum. Post hanc autem compunctionem, acriorem ipsis infixit sui amorem & memoriam continuam. Quocirca non statim ipsis adfuit: docens, non cupidè quærere liberationem malorum urgentium: sed ferre quæ accidunt fortiter; expectantes etiam, ubi hæc desierint, alia graviora. Prout illis nunc evenit, utique post laborem & periculum commoti maris, consternatis majori metu ob spectaculum formidolosi phantasmatis. Propter quod nec tenebras discussit, nec se statim manifestum fecit: exercitans sic ipsos generosè ferẽdis adversis. quoniam enim ferè non solet fieri, ut quis & longo simul tempore, & vehementer tentetur, quando ad finem certaminũ justi veniunt, volens eos plus lucrari, exercitationem patiẽtiæ producit immittendis novis malis. Non prius autem se manifestavit Christus discipulis, quàm ipsi clamarent: id agens, ut gratior jucundiorque ipsis tali consternationis momento accideret ejus opportunissimè ostensa præsentia. Postquã verò clamarunt, solvit illos metu dicens, *Confidite: ego sum: nolite timere*, neque enim agnoscebant eũ: tum ob stuporem inopinatæ novitatis gradientis super undas corporis, tum ob tenebras & intempestum noctis. Sed voce manifestum se ipsum fecit. *Si tu es*, ait Petrus, *jube me venire ad te*. Hoc petijt instinctu caritatis solum, nõ autem prurigine ostentationis. nemo enim sic amabat Iesum. sed & suã simul cum caritate demonstrabat fidem. prætereaque alios sancto exemplo ad bonũ promovet. quid

igitur

igitur Christus? Permisit quod volebat. At ille cùm descendisset, fluctuans mersatur, ac trepidat, vento terrente. Cur verò non imperavit Salvator ventis ut cessarent: sed ipse tenuit eum? quoniam ejus fidem requirebat. quando enim nostra deficiunt, divina adsunt. ostendens igitur non impetu venti, sed ejus fidei defectu contigisse mutationẽ in deterius, ait: *Quare dubitasti modicæ fidei?* nisi enim incredulus fuisset, prævaluisset utique vento; qui concutere non potest quem fides firmat. Christo autem & Petro in navem receptis cessavit ventus. nec jam dicunt vectores, ut priùs: *qualis est hic homo cui & venti*, &c. sed *verè filius Dei es*. Sic non ad ostentationem incessus Salvatoris super aquas, verùm ad discipulorum utilitatem fuit, nimirum enim illi obstupuerant: *Non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum*. Adjuti autem novo experimento, confessi sunt ipsum esse filium Dei. & non increpavit hoc dicentes. è contrariò Deus omne quod dictum fuerat confirmavit, majori deinceps autoritate sanans accedentes curationũ gratia, quàm fuisset antea solitus.

ἔμπροσθεν.

ΤΟΛΩΣ. Ηνάγκασεν αὐτὸς, μὴ θέλοντας ἀποζῆναι αὐτῷ ῥαδίως· τοῦτο ὃ ἐποίουν δι' ἣν διάθεσιν εἶχεν πρὸς αὐτούς. Καὶ ἐπὶ ἀπορούντες, πῶς αὖ ἔλθοι πρὸς αὐτοὺς ἄνευ πλοίου· ἠγνόουν γὰρ ὅτι ἕξεστι τοῦτο ἐποίει ὁ Σωτήρ. ἵνα δὲ τὴν ὑδάτων βαδίζων ἔλθῃ πρὸς αὐτούς, ὡς αὖ θεασάμενοι αὐτὸν ἐπὶ τῶν ὑδάτων βαδίζοντα, Θεὸν εἶ) αὐτὸν πιστεύσωσιν ὡς ἀληθῶς. Καὶ τοὺς μὲ ὄχλους προσπίνας αὐτῷ ὅτι τῷ εὐλογεῖσθαι, ἀπέλυσεν. αὐτὸς ὃ ἀνῆλθεν εἰς ὄρος προσευχόμενος· τοῦτο μὲν ὡς ἄνθρωπος· τοῦτο ὃ καὶ διδάσκων ἡμᾶς ἔχεσθαι ἀεὶ τοῦ ἔργου τῆς προσευχῆς. βαθυτέρας ὃ γενομένης ἐπὶ ἑσπέρας, αὐτὸς μὲ ἦν ἐκεῖ μόνος, ὃ ὃ πλοῖον τῶν μαθητῶν μέσον ἦν τῆς θαλάσσης. Καὶ οὐκ ἠδυνάτο προσωτέρω χωρεῖν, ἀνέμων ὑπαρχόντων ἀνέμων· τοῦτο ὃ συνετέλει καὶ εἰς ὃ μεῖζον γενέσθαι τὸ θαῦμα· ἰδόντες δὲ αὐτὸ ἀνέκραξαν· ἐδόκουν γὰρ φάσμα θεωρεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο θεραπεύει αὐτοὺς λέγων· ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε. Καὶ ἐπὶ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον τὴν πλεωτέραν αὐτοῖς παρέχετο εὐθυμίαν. Καὶ τούτων γενομένων ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. ἔοικεν ὃν ὁ Χριστὸς καὶ διὰ τοῦτο συγχωρῆσαι αὐτοὺς πειρασθῆναι· ἵνα ἐπεὶ μὴ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτὸ ἐπέγνωσαν, ἐπιγνῶσιν αὐτὸν ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ πιστεύσωσιν.

TOLOSANI. Coegit ipsos, utique perinvitè ab ipso discedentes. vel propter eum quo illum prosequebantur amorem, vel quod angerentur reputantes, quo modo venire ad ipsos sine navi posset. Nesciebant enim de industria id agere Salvatorem: quò nimirum occasionem haberet veniendi ad ipsos ambulando supra mare: eoque ipsi mirabili spectaculo, de ejus divinitate convincerentur, quam planè agnoscere tãtæ ipsis res molis erat. Ac turbas quidem certatim ad ipsum concurrentes, benedictionis ejus participandæ gratia, dimisit. ipse verò ascendit in montem, ibi oraturus. vel se hominem probans, vel nos erudiens, incumbendum esse assiduè in orationis opus. Profundiore verò vespere jam facta, solus ipse quidem ibi erat: navigium verò discipulorum medium tenebat mare, nec verò id promovere poterat, obluctantibus ventis,

Digitized by Google

tis . id quod ipſum valuit ad miraculi magnitudinem augendam. Videntes porrò ipſum *exclamaverunt . putaverunt enim phantaſma eſſe.* Propterea conſolatur eos & demulcet dicens: *Ego ſum: nolite timere.* Tum etiam conſcenſa in qua erant navi pleniorem adhuc ipſis conſolationem attulit . Interea enim dum hæc fierent ceſſavit ventus. Videtur ergo Chriſtus propterea permiſiſſe incidere ipſos in iſtud periculum adverſantis venti, & metum exiſtimati ſpectri , ut quoniam in miraculo multiplicatorum panum divinitatem ejus non agnoverant, eam in maris obſequio ſentirent , & tandem crederent .

„ Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον ἐπὶ
„ τὴν γῆν Γεννησαρὲτ, καὶ προ-
„ σωρμίσθησαν.

„ Καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ
„ πλοίου, εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτὸν,

„ Περιδραμόντες ὅλην τὴν χώ-
„ ραν ἐκείνην, ἤρξαντο ἐπὶ τοῖς
„ κραβάττοις τοὺς κακῶς ἔχοντας πε-
„ ριφέρειν, ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ
„ ἐστί.

„ Καὶ ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο εἰς κώ-
„ μας ἢ πόλεις ἢ ἀγρούς, ἐν ταῖς ἀγο-
„ ραῖς ἐτίθουν τοὺς ἀσθενοῦντας, καὶ πα-
„ ρεκάλουν αὐτὸν ἵνα κἂν τοῦ κρασ-
„ πέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται.
„ καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ, ἐσώ-
„ ζοντο.

53. Et cùm transfretaſſent, ve-
„ nerunt in terram Genezaret, &
„ applicuerunt .

54. Cúq; egreſſi eſſent de navi,
„ continuò cognoverunt eum.

55. Et percurrentes vniverſam
„ regionem illam , cœperunt in
„ grabatis eos qui ſe malè habe-
„ bant circumferre, ubi audiebant
„ eum eſſe .

56. Et quocunque introibat in
„ vicos vel in villas, aut civitates ,
„ in plateis ponebant infirmos, &
„ deprecabantur eum, ut vel fim-
„ briam veſtimenti ejus tange-
„ rent : & quotquot tangebant
„ eum , ſalvi fiebant.

ΑΥΤΟΥ. Οθεν δηλονὸς ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι δι' πολλοῦ χρόνου ἐπεδη, φησὶν, ὅτι ἐπιγνόντες οἱ ἄνδρες τὸν τόπον, περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξαντο ὅπου ἦν ἐπὶ τοῖς κραβάττοις τοὺς κακῶς ἔχοντας φέρειν. οὐδὲ γὰρ ὁμοίως ὡς πρότερον προσίεσαν εἰς τὰς οἰκίας ἑλκοντες αὐτὸν καὶ χεῖρας ἅψιν ἐπιζητοῦντες, καὶ προστάγματα διὰ ῥημάτων, ἀλλ' ὑπερηλθε πολλῷ καὶ φιλοσοφώτερον, καὶ μᾶλλον τὴν πίστεως εἶπον τὴν θεραπείας. ἡ γὰρ αἱμορροοῦσα πάντας ἐδίδαξε φιλοσοφεῖν. ἀλλ' ὅμως ὁ χρόνος οὐ μόνον οὐκ ἐξέλυσε τὴν πίστιν, ἀλλὰ καὶ μείζονα εἰργάσατο καὶ ἀκμάζουσαν διετήρησεν. οὐκ ἀπεικὸς δὲ ἦν καὶ τοῦ χρόνου προβαίνοντος καὶ

AITOY. Vnde manifeſtum eſt Evangeliſtam hoc dicere, quod poſt longum tempus hæc facta ſint, cùm ait, quod cognoverint homines locum, & circumcurſato illo univerſo tractu, cœperint in grabatis ferre eos qui malè habebant, ubi audiebant eum eſſe. Non enim ut antea admittebant eum in domos trahentes, & manus ad tangendum, & præcepta per verba, ſed longè ſublimiùs & ſapientiùs, & magis fidem ad curationem requirebant. Hæmorroiſſa enim omnes docuit philoſophari. Verùm tamen tempus non ſolùm non ſolvit fidem, ſed & majorem effecit, & vigentem conſervavit. Non abſonum autem erat & tempore progrediente & fide

Digitized by Google

pientiùs cumq; fide majori sequebantur eum, spe certa curationis. Hæmorrhoissa videlicet, plus aliquid de Christo sapere omnes docuit. Ac tempus non modò non debilitavit fidem, sed majorem etiam effecit, & in pleno ejus vigore conservavit: consentaneum enim erat, ut procedente tempore, famaque gestarum rerum invalescente, majorem in illum fidem homines conciperent.

τῆς φήμης ὑπὸ τῶν γενομένων αὐξανομένης μείζονα τὴν περὶ αὐτοῦ πίστιν τοῖς ἀνθρώποις ἐγίνεσθαι.

ΤΟΛΩΣ. Διὰ χρόνου ἐπεδήμησεν ὁ Σωτὴρ τῷ τόπῳ ἐκείνῳ· διὸ καὶ φησιν ὁ Εὐαγγελιστὴς· ἐπιγνόντες αὐτὸν προσέφερον τοὺς ἀσθενεῖς. καὶ εἰς τὰς οἰκίας μὲν οὐκ ἐκάλουν αὐτόν· αὐτοὶ δὲ μᾶλλον προσερχόμενοι τοὺς κακουχουμένους ἔφερον· καὶ σφόδρα παρεκάλουν ἵνα κἂν τοῦ Κρασπέδου αὐτοῦ ἅψωνται. κατέσχε δὲ καὶ τὰς πάντων ἀκοὰς τὸ περὶ τὴν αἱμοῤῥοῦν θαῦμα· καὶ πλείονα τοῖς ὄχλοις ἐνέθηκε πίστιν.

TOLOSANI. Longiori temporis spatio Salvator in regione ista peregrinatus est. unde inquit Evangelista, audito ubi Christus esset, loci ejus incolę afferebant ad eum infirmos. Ac intra domos quidem non vocabant ipsum: sed ipsi potiùs prodeuntes infirmos ferebant: & enixè rogabant, per eum ut ipsis liceret vel fimbriam ejus contingere. Nimirum illic fama percrebuerat Hæmorrhoissæ sanatæ simili contactu, quo exemplo fides ista in hunc populum propagata erat.

CAPVT VII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ.

1. ET cōveniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis venientes ab Ierosolymis.

12. Et ingemiscens spiritu, ait, „ Quid generatio ista signũ quærit? Amen dico vobis si dabitur „ generationi isti signum.

„ Καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ, λέγει, τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον „ ἐπίζητει; Ἀμὴν λέγω ὑμῖν εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον.

TOLOSANI. Post factum in panibus miraculum, alium in locum transit. Veritus ne populus magnitudine miraculi ad novarũ rerum studium elatus, creare ipsũ Regem conaretur. At Pharisæi pe-

ΤΟΛΩΣ. Μετὰ δ' ποιῆσαι δ' θαῦμα ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς εἰς ἕτερον μεταβαίνει τόπον, δεδιὼς, μήπως οἱ λαοὶ διὰ τὸ τοῦ θαύματος μέγεθος νεωτερίσαντες, ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα. οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἐζήτουν σημεῖον αὐτοῖς ποιῆσαι ἐξ οὐρανοῦ

νῦ· οἷον κεραυνὸς καταγαγεῖν· ἢ ἥλιον ἐκλεῖπσαι ἢ σελήνην. ὑπολαμβάνω γὰρ αὐτὸν ἀδυνάτως ἔχειν πρὸς τὰ διαβολικά· ἐν γὰρ μόνῳ τῷ Βεελζεβοὺλ αὐτὸν ποιεῖν τὰ θαύματα· ὃ μὲν οὖν ἦλθε ἄρανθ. ὁ δὲ γε Σωτὴρ τοῖς λόγοις αὐτῶν ὃ πείθεται· ἄλλως γὰρ ὁ καιρὸς τῶν ἄνω σημείων· ὁ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας· ὅτε ὁ ἥλιος σκοτωθήσεται καὶ ἡ σελήνη ὃ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς. ὁ δὲ τῆς πρώτης παρουσίας ὀλίγον τοιοῦτον ἔχρῃζε τοῦτο ὃ δοθήσεται αὐτοῖς σημεῖον.

tebant sibi signum è cœlo fieri, puta fulmen aut fulgetrum repentè existere, aut Solem, Lunamve sisti. Putabant enim potentiam ejus eò non pertingere, quippe quem dicerent in Beelzebul signa facere, cujus potestas in terra est. igitur in cœlo nihil posse, Salvator autem provocationibus eorum nunc quidem non obsequitur. Alteri videlicet tempori cœlestia signa reservabat, secundo suo adventui. quo instante *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum*. Primus verò adventus nihil ejusmodi habebat. Propterea, *signum non dabitur eis*.

„ Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἐμβὰς πάλιν „ εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέ„ ραν.

13. Et dimittens eos, ascendit „ iterum navim, & abiit trans „ fretum.

ΑΥΤΟΥ. Καλῶς, πειράζοντες, εἶπεν. ἐπειδὴ προσεποιοῦντο τὴν αἴτησιν ὡς δῆθεν πιστεύοντες εἰ τύχοι σημεῖον· ὃ δὲ ἀληθὲς ἀπάτην τὴν αἴτησιν ἐποιοῦντο, ὥστε μὴν τὴν δυνάμεως αὐτοῦ πεῖραν λαβεῖν, ἵνα τὸν πιστὸν ποιήσωμαι λόγον. τίνος δέ ἐστι σημεῖον ἐκ τοῦ ἄρανθ; ἢ ξηρᾶναι τὸν ἥλιον ἢ χαλιναγωγῆσαι, ἢ κεραυνὸς κατενεγκεῖν, ἢ τὸν ἀέρα μεταβαλεῖν, ἢ ἄλλο τι ποιῆσαι; Ἀλλ' φησὶν, ὅτι τὸν παρουσίας ὁ καιρὸς καὶ ἄλλος ὁ μέλλων. νυνὶ τοῦτο χρεία τοῦ ἐν τῇ γῇ, τὰ δὲ ἐν τῷ ἄρανθ, ἐκείνῳ πεταμίευται τῷ καιρῷ. νυνὶ ὡς ἰατρὸς ἦλθον, τότε ὡς ἀπαιτήσων εὐθύνας. ἀλλὰ τοῦτο λαθὼν ἦλθον. τότε μὴ πολλῆς τῆς δημοσιεύσεως, ἄρανθ ἐλεύσομαι καὶ ἀποκρύπτων, τὸν σελιδίου σὺν ἀφιεὶς δῆναι τὸ φῶς. τότε καὶ δυνάμεις τοῦ ἄρανθ σαλευθήσονται. ἀλλ' οὐχὶ τούτων νυνὶ ὁ καιρὸς τοῦ σημείων. ὅθεν οὐδὲν τῇ ψευδεῖ τοῦ ἀφισαμένων Θεὸν καὶ Θεὸς ἐφίσαται. τούτου σύμβολον ἡ ἀναχώρησις, ταύτην δοθήσεται. εἰκότως οὖν καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ ταῦτά φησι,

EIVSDEM. Rectè dixit, *tentantes*, quandoquidem obtendebant simulatæ ac mendaci fidei promissioni petitionem signi. Mera hæc fraus erat explorantium curiosè quoad se Christi potestas extenderet, & ejus experimentum insidiosè captantium. quid autem est signum è cœlo? An sistere Solem, aut ejus frœnare cursum, an fulmina dejicere, aut immutare aërem, an aliquid ejusmodi? Atqui, ait, hoc præsentis Adventus mei tempus est; futuri aliud erit. Prior opus habet signis è terra: signa è cœlo secundo reservantur, nunc ut medicus veni; tunc ut Iudex rationem actorum repetiturus. Propterea nunc sine multo apparatu & strepitu veni: Tunc cum multa & valde publica veniam demonstratione potestatis meæ, cœlos complicans & abscondens, Lunam non sinens dare lumen suum. Tunc & virtutes cœlorum cõmo-

vebuntur. Sed nunc tempus non est talium signorum. quare nullũ aliud generationi relinquentium Deum signum dabitur, nisi Dei mutua derelictio, & ab ea recessus. Meritò ergo ingemiscens spiritu suo hæc loquitur, reputans ad quid venisset; videlicet ad moriendum pro istis, qui eum provocarent, & ultrò irritarent, malitiæ insuescentes.

λογιζόμενος τί μὲν αὐτὸς παρεγένετο ποιῆσαι, δηλονότι ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτῶν οἱ προκαλοῦνται πονηρίᾳ συζῶντες.

14. Et obliti sunt panes sumere: & nisi unum panem non habebant secum in navi.

15. Et præcipiebat eis, dicens, Videte, & cavete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.

16. Et cogitabant, ad alterutrũ dicentes, Quia panes non habemus.

17. Quo cognito, ait illis Iesus, Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoscitis, nec intelligitis? adhuc cœcatum habetis cor vestrum?

18. Oculos habentes nõ videtis, & aures habentes non auditis? nec recordamini,

19. Quãdo quinque panes fregi in quinque millia: & quot cophinos fragmẽtorum plenos sustulistis? Dicunt ei, Duodecim.

20. Quando & septem panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorum tulistis? & dicũt ei, Septem.

21. Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis?

„ Καὶ ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτους· „ καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον οὐκ εἶχον μεθ' „ ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ.

„ Καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς, λέγων, „ ὁρᾶτε, βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν „ Φαρισαίων, καὶ τῆς ζύμης Ἡρώ- „ δου.

„ Καὶ διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους „ λέγοντες, ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν.

„ Καὶ γνοὺς ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς, τί „ διαλογίζεσθε ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχετε, „ οὔπω νοεῖτε οὐδὲ συνίετε; ἔτι πεπω- „ ρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν;

„ Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε, „ καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε; καὶ οὐ „ μνημονεύετε.

„ Ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς „ τοὺς πεντακισχιλίους, πόσους κοφίνους „ κλασμάτων πλήρεις ἤρατε; λέγουσιν „ αὐτῷ, δώδεκα.

„ Ὅτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισ- „ χιλίους, πόσων σπυρίδων πληρώμα- „ τα κλασμάτων ἤρατε; οἱ δὲ εἶπον, „ ἑπτά,

„ Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, πῶς οὐ συ- „ νίετε;

EIVSDEM. Simul ipsis incredulitatem exprobrat Dominus, simul declarat quid dixerit. Oportebat, inquiens, vos priùs actorum memores, neque anxios esse quod panes non habetis, neque me putare de tali re vobis loqui, nõ enim

ΑΥΤΟΥ. Ὁμοῦ μὲν τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν ὀνειδίζει ὁ Κύριος, ὁμοῦ δὲ σαφηνίζει τὸ παρ' αὐτοῦ λεχθέν· ἐχρῆν φησιν ἡμᾶς τῶν γεγονότων ἤδη μνημονεύοντας, μήτε αὐτοὺς περὶ ἄρτων διαπορεῖν εἰ μὴ ἔχετε, μήτε ἐμὲ νομίζειν περὶ τούτου λέγειν ὑμῖν. οὐ γὰρ ἦν μοι χαλεπὸν ὁμοίως

καὶ

καὶ νῦν ἄρτους ἀγαγεῖν τοὺς προσήκοντας εἰς μέσον, καὶ πληρῶσαι τὴν χρείαν ὑμῖν. πῶς οὖν οὔπω μὴ νοεῖτε; ἀλλ' ἔτι τὴν καρδίαν ἔχετε πεπωρωμένην; ταῦτα δὲ φησι κατὰ βραχὺ προβιβάζων τοὺς μαθητὰς εἰς αἴσθησίν τε καὶ πίστιν. εἰδὲ ὁ μὲν Ματθαῖος λέγει ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουλαίων, Μάρκος δὲ Φαρισαίων καὶ Ηρωδιανῶν, Λουκᾶς δὲ μόνων Φαρισαίων, οὐδεμία ἐν τούτοις διαφωνία. ὡς γὰρ τρεῖς τοὺς προηγουμένους εἶπον Φαρισαίους· ὡς δὲ δύο ἐμερίσαντο τοὺς δευτέρους, ἀλλ' οὐδέτερος εἶπε τὸν μόνους. εἰκὸς γὰρ ἦν τὸν Μάρκον, ὡς παραλείψαντος τοῦ Ματθαίου τοὺς Ηρωδιανοὺς, εἰς ἀναπλήρωσιν τῆς διηγήσεως προσθῆναι καὶ τούτους.

ΤΟΛΩΣ. Καταλιμπάνει τοὺς Φαριαίους ὁ Σωτὴρ ὡς ἀνιάτους ὄντας καὶ μὴ βουλομένους τὸν τῆς γνώσεως φῶς θεάσασθαι· τοὺς γὰρ κεκρατημμένους ὑπὸ φθόνου οὐ δεῖ προσίεσθαι· ὡς δὲ μαθηταὶ οἰκονομικῶς ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτους· ὅπως εἰς αἴσθησιν ἔλθωσι τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως. εἰπόντος γὰρ τοῦ Σωτῆρος· προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων· ἤτοι ἀπὸ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν· τὴν τῶν ἄρτων ζύμην ἐνόμισαν ἀπαγορεύειν. διὸ καὶ ἐπιπλήσσονται δικαίως ὡς μὴ συνιέντες τὴν τοῦ Χριστοῦ δύναμιν. Καὶ ὅτι δυνατός ἐστιν ἐκ μὴ ὄντων ἄρτους ποιῆσαι. ζύμην γὰρ τὴν διδασκαλίαν ὠνόμασε τῶν τε Φαρισαίων καὶ τῶν Ηρωδιανῶν· ὡς παλαιὰν καὶ ὀξώδη, καὶ πάσης κακίας πεπληρωμένην. Ηρωδιανοὶ δὲ ἐλέγοντο διδάσκαλοί τινες νεοφανεῖς λέγοντες τὸν Ηρώδην εἶναι τὸν Χριστόν.

mihi esset difficile, similiter & nũc panes vobis exhibere, quam multis opus est ad satisfaciendum vestræ necessitati. quare igitur non ita sapitis: sed adhuc cor habetis obcœcatum. Hæc dicit paulatim promovens Discipulos ad sensum & fidem. Si verò Matthæus quidem dicit, *à fermento Pharisæorum & Sadducæorum*; Marcus verò; *Pharisæorum & Herodianorum*. Denique Lucas Pharisæorum solùm meminit; nulla in his dissensio. Nã Principes inter has sectas Pharisæos, tres communiter Evangelistæ nominarunt: duarum sectarum minus præcipuarum mentionem duo inter se partiti sunt, Matthæus Sadducæos, Marcus Herodianos nominans, quos prætermisit Lucas. sed nemo trium dixit, quos nominavit solos fuisse. Ac Marcum quidẽ verisimile est sublegentem, ut solet, vestigia Matthæi, supplendo quod omisit, ut narrationi redderet quod ex vero deerat, Herodianos ab eo præteritos, adjunxisse.

TOLOSANI. Relinquit Pharisæos Salvator tamquam desperatæ sanitatis ægrotos; ut pote qui præsens seque ultrò ingerens veræ scientię lumen obstinassent animo non cernere. Sanè quos semel sibi prorsus invidia subegit, eos sustinere ferreq; jam amplius nec prodest, nec oportet. Iam providentiæ fuit, quod obliti sunt Discipuli panes sumere, nempè ut sic potentiæ Christi sensum acciperent. Cùm enim dixisset Salvator: attendite à fermento Pharisæorum, scilicet à doctrina ipsorum, fermento panum interdici sibi putaverunt; quapropter & objurgantur jure meritò, ut qui Christi potentiam non intelligerent. nec scirent posse ipsum panes ex nihilo creare. Fermentum enim doctrinam vocaverat Pharisæorum, & Herodianorum, ut veterem & acidam, omnique malitia refertam.

Hero-

Herodiani porrò dicebantur Doctores quidam, qui nuper extiterant, quorum doctrinæ caput erat: Herodem esse Christum.

22. Et veniunt Bethsaidam: & „ adducét ei cœcum, & rogabant „ eum, vt illum tangeret.

23. Et apprehensa manu cœ- „ ci, eduxit eum extra vicum:

„ Καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν, καὶ „ φέρουσιν αὐτῷ τυφλόν, καὶ παρακα- „ λοῦσιν αὐτὸν ἵνα αὐτοῦ ἅψηται.

„ Καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ „ τυφλοῦ, ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης.

ANONYMI. In multis planè actionibus suis Dominus ad vitandam vanam gloriam exemplo nos suo manuducit. nã studiosè conari occultare miracula modesti animi, & ab ostentatione alieni, manifestum est indicium.

ANΩΝΥΜΟΥ. Ἐν πολλοῖς πάνυ δὲ ὧν αὐτὸς παραπέμπεται, πρὸς ἀκενοδοξίαν ἡμᾶς ὁδηγεῖ. Ὃ γὰρ ἐπιτηδεύειν κρύπτειν τὰ θαύματα, ἀφιλοκόμου γνώμης ἐστὶν ἀπόδειξις.

VICTORIS ANTIOCH. In incredulam Bethsaidã venit Christus, *& adducunt ei cœcum, & rogabant ut eum tangeret.* Non erat autẽ sincera adducentiũ fides; nec erant digni qui spectatores fierent miraculi,

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Εἰς τὴν ἄπιστον Βηθσαϊδὰν παραγίνεται Χριστὸς καὶ φέρουσιν αὐτῷ τυφλὸν καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἵνα αὐτοῦ ἅψηται. ὁ γνήσιος δὲ τῆς παραγόντων ἡ πίστις, οὐδὲ ἄξιοί εἰσι θεαταὶ γενέσθαι τοῦ θαύματος.

„ Et expuens in oculos ejus, im- „ positis manibus suis, interro- „ gavit eum, si quid videret,

„ Καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, „ ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἐπηρώτα „ αὐτὸν, εἴ τι βλέπει.

„ Καὶ ἀναβλέψας ἔλεγε, βλέπω „ τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπα- „ τοῦντας.

24. Et aspiciens, ait, Video „ homines velut arbores ambu- „ lantes,

ANONYMI. Quare non statim perfectè vidit: sed post iteratã demum impositionem manuum? ut firmiorem haberet fidem qui curabatur. Si enim uno velut ictu tota simul repræsẽtata sanitas fuisset, in illa prima experientia cernẽdi illusionem & errorem oculorũ vereri æger potuerat. Sed per incrementa inchoantis à primo quodã crepusculo illuminationis progrediens ad perfectũ oculorũ usũ cœci curatio, plenam ei faciebat miraculi fidem.

ANΩΝΥΜΟΥ. Διατί οὐκ εὐθέως πάντα ἀνέβλεψεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ θήκην; ἵνα βεβαιοτέραν σχοῖ τὴν πίστιν ὁ θεραπευόμενος. εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ἓν ἡ θεραπεία προσήχθη, κἂν φαντασίας τινὸς καὶ πλάνης ὀφθαλμῶν δόξαν εἶχεν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἰάσεως ὁ τυφλός. ἡ δὲ καὶ μετὰ θήκην ὕφασις βεβαιοτέραν αὐτῷ παρεῖχε τὴν πίστιν τῆς ἰάσεως.

VICTORIS ANT. Spuit, &

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Πτύει τὰς χεῖρας ἐπιτίθησι, δεῖξαι βουλόμενος ὡς θεῖος λόγος καὶ πρᾶξις ἑπομένη τῷ λόγῳ ἐκπληροῖ τὰ παράδοξα. ἡ γὰρ χεὶρ τῆς πράξεως σύμβολον. πάντα δὲ τὸ ἐκπορευόμενον ἀπὸ στόματος

τος λέγου. ἐπηρώτα δὲ αὐτὸν εἴ τι βλέπει, ἐπὶ τῶν ἄλλων μὴ ποιήσας τοῦτο. σημαίνων ὡς ἀτελὴς τῶν προσαγόντων ἡ πίστις καὶ αὐτοῦ τοῦ πεπηρωμένου τὰς ὄψεις. μονονουχὶ γὰρ οὐδὲν ἕτερον διὰ τοῦτο φησιν, ἢ κατὰ τὴν πίστιν σου γενηθήτω σοι. ἐπειδὴ δὲ τῆς πίστεως αὐτοῦ διήλεγξεν ἀτελὲς· ἀμυδρῶς γὰρ ἔφασκεν τοὺς ἀνθρώπους ὁρᾷν καὶ ὡς δένδρα περιπατοῦντας.

manus imponit, ostendere volens divinum verbum si sequenti auditorum executioni conjunctum sit, res miras efficere. Nam manus operationis est symbolum. omnia autem sunt procedentis ex ore verbi. Interrogat verò illum, num aliquid videat? non solitus in aliis id facere. Significans imperfectam fuisse fidem tum eorum, qui hunc cœcum adduxerunt, tũ ipsius cœci. Tantum non dicens: nihil aliud do tibi quàm hoc, ut fiat tibi secundùm fidem tuam: quæ quàm imperfecta sit ex caligante illa & obtusa quam experiris visione potes intelligere, homines tibi repræsentante instar arborum ambulantium.

„ Εἶτα πάλιν ἐπέθηκε τὰς χεῖρας „ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐποίη„ σεν αὐτὸν ἀναβλέψαι. καὶ ἀποκα„ τεστάθη, καὶ ἀνέβλεψε τηλαυγῶς „ ἅπαντας.

25. Deinde iterum imposuit „ manus super oculos ejus: & „ cœpit videre, & restitutus „ est, ita ut clarè videret om„ nia.

ΑΥΤΟΥ. Πάλιν ἐπετίθη τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐκ τῆς προτέρου αὐτῷ γεγενημένης αἰσθήσεως εἰς ἐπίδωσιν πίστεως ἀγαγὼν, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐποίησεν ἀναβλέψαι τελείως. ἡ δὲ προσθήκη δείκνυσι δὲ ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένον. μετὰ γὰρ δὲ εἰπεῖν, ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, ἐπάγει, καὶ ἀποκατεστάθη καὶ ἀνέβλεψε τηλαυγῶς, δηλονότι τῷ τῆς ψυχῆς ὄμματι. αἰσθητῶς γὰρ καὶ νοητῶς αὐτὸν ὁ Χριστὸς ἰάσατο. ἀνέβλεψε τηλαυγῶς τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν. ἀναγκαῖον οὖν καὶ ἡμᾶς λέγειν κατὰ τοὺς θείους μαθητὰς τῷ σωτῆρι, πρόσθες ἡμῖν πίστιν.

EIVSDEM. Iterum imposuit manus super oculos, ex priori quã senserat experientia ad fidei augmentum ipsum promovens, & sic efficiens ut perfectè videret. quod additur fidem facit dicti mei. Postquam enim dixisset: *Fecit eum videre*, adjungit: *& restitutus est, ita ut clarè videret*, videlicet mentis oculo. Sensibiliter enim illum simul & spiritualiter Christus sanavit. vidit clarè mentis oculis. necesse igitur est & nos dicere cum Discipulis Salvatori: *Adauge nobis fidem*.

„ Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶ„ κον αὐτοῦ, λέγων, μηδὲ εἰς τὴν κώ„ μην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν „ τῇ κώμῃ.

26. Et misit illum in domum „ suam, dicens, Vade in domum „ tuam: & si in vicum introieris, „ nemini dixeris.

ΤΟΛΩΣ. Φαίνεται ἡ Βηθσαϊδὰ πολλὴν κεκτημένη ἀπιστίαν· καὶ τοῦτο

TOLOSANI. Multæ ac magnæ cujusdam infidelitatis apparet hanc

hanc ream fuisse Bethsaidam. Idq; ex his Christi verbis: *Mat. xi. 21.* *Væ tibi Corazain, væ tibi Betsaida. quoniam si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim pœnitentiam egissent.* Hoc testatur Matthæus. In hac igitur civitate cùm esset Salvator, offerunt ei cœcum. offerentium verò fides non erat firma, propterea abducit eum Dominus ex oppido, & sic sanat. Spuit autem in oculos cœci, & deinde manus imponit, docens nos, ubi verbum divinum est, & operatio sequens verbum, necesse est miracula fieri. Nam manus operationis signum est: sputum autem, procedentis ex ore Verbi. quamobrem autem interrogat ipsum, num quid videat? hoc enim in aliis non fecit. nempè infirmum hunc in fide indicat. propterea tã cõfusè & caliginosè homines cernit. deinde iterum imponit ei manus Salvator, & perfectè tum demum sanatus est. Nimirum ex priori imperfecta curatione, qua videre obscurè ceperat, fidem infirmus corroboraverat suam: & sensum potentiæ Christi eo experimento ceperat.

ἐκ τῶν τοῦ Σωτῆρος ῥημάτων. Οὐαί σοι Χοραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν μετενόησαν. μαρτυρεῖ δὲ τοῦτο Ματθαῖος· ἐνταῦθα τοίνυν παραγενομένῳ τῷ Σωτῆρι προσάγουσι αὐτῷ τυφλόν· τῶν δὲ προσαγόντων ἡ πίστις οὐκ ἐτύγχανε βεβαία. διὸ καὶ ἐκ τῆς κώμης ἀπάγει αὐτὸν ὁ Κύριος. καὶ οὕτως ἰᾶται. πτύει δὲ εἰς τὰ ὄμματα τοῦ τυφλοῦ· εἶτα τὰς χεῖρας ἐπιτίθησι, διδάσκων ἡμᾶς ὡς ὅπου λόγος ἐστὶ θεῖος, καὶ πρᾶξις ἑπομένη τῷ λόγῳ, ἀνάγκη καὶ τὰ θαύματα συντελεῖσθαι. ἡ μὲν γὰρ χεὶρ τῆς πράξεως ἐστὶ σημεῖον. τὸ δὲ πτύσμα τοῦ ἐκπορευομένου ἐκ τοῦ στόματος λόγου. διατί δὲ ἐρωτᾷ αὐτὸν εἴ τι βλέπει. μὴ ποιήσας τοῦτο ὅπερ τοῖς ἄλλοις. τοῦ τῆς πίστεως αὐτοῦ σημαίνων ἀσθένειαν. διὸ καὶ ἀμυδρῶς τοὺς ἀνθρώπους ἑώρα. εἶτα ἐκ δευτέρου ἐπιτίθησι τὰς χεῖρας ὁ Σωτὴρ καὶ τελείως ἰάσατο· ἦν γὰρ ὁ τυφλὸς ἐκ τῆς ἀμυδρᾶς ἐκείνης καὶ προτέρας θεραπείας αἴσθησιν λαβὼν καὶ πίστιν τελεωτέραν.

ANONYMI. Cur illud: *nemini dixeris*? ne ad ostentationem operari videretur signa divina.

ἈΝΩΝΥΜΟΥ. Διατί μηδὲ εἴπῃς; ἵνα μὴ δόξῃ ἐπιδεικτικῶς ποιεῖσθαι τὰς θεοσημείας.

VICTORIS ANTIOCH. Servatus, inquit, es, & eductus Sodomis: confuge in montem ut asylum salutis, hoc est in Ecclesiam. Hæc enim est domus tua. Bethsaida vici nomen sonat *Domum venatorum* (intelligite quod dico) tales indigni sunt, qui vel spectent vel audiant mira Dei opera. ne igitur eò ingrediaris, ne captus & retibus implicitus traharis in eorũ voluntatem.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ἐσώθης, φησὶ, καὶ ἐξεληλύθας Σοδόμων. εἰς ὄρος σώζου τὴν ἐκκλησίαν. ἔστι γὰρ οἶκος. ἡ δὲ Βηθσαϊδὰ κώμη ἐστὶ θηρατῶν. (νοεῖτε ὃ φημι) καὶ ἀνάξιοι τῶν παραδόξων θέας τε καὶ ἀκοῆς. μὴ οὖν εἰσέλθῃς ἐκεῖ, μήποτε ζωγρηθῇς εἰς ἐκείνων θέλημα.

„ Καὶ

„ Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μα-
„ θηταὶ αὐτοῦ εἰς τὰς κώμας Καισαρείας
„ τῆς Φιλίππου.

27. Et egressus est Iesus, & Di-
„ scipuli ejus in castella Cæsareæ
„ Philippi.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐν τῇ νῦν καλου-
μένῃ Πανεάδι, ἥτις ἐπισκευασθεῖσα ὑπὸ
Φιλίππου τοῦ τετράρχου Καισαρεία ἡ
Φιλίππου προσηγορεύθη. Εὐσέβιος ἐν
τῇ ἐπιτομῇ τῶν χρονικῶν.

ANONYMI. Hæc nunc voca-
tur Paneas, quæ restaurata à Phi-
lippo Tetrarcha, Cæsarea Philippi
dicta est. ut refert Eusebius in Epi-
tome Chronicorum.

„ Καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ἐπηρώτα τοὺς μα-
„ θητὰς αὐτοῦ, λέγων αὐτοῖς, τίνα με
„ λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι;
„ Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν, Ἰωάννην
„ τὸν Βαπτιστήν, καὶ ἄλλοι Ἠλίαν,
„ ἄλλοι δὲ ἕνα τῶν προφητῶν.
„ Καὶ αὐτὸς λέγει αὐτοῖς, ὑμεῖς δὲ
„ τίνα με λέγετε εἶναι; ἀποκριθεὶς δὲ
„ ὁ Πέτρος λέγει αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ Χρι-
„ στός.

Et in via interrogabat Discipu-
„ los suos, dicens eis, Quem me
„ dicunt esse homines?
28. Qui responderunt illi dicē-
„ tes, Ioannem Baptistã, alii Eliã,
„ alii verò quasi unũ de Prophetis
29. Tunc dicit illis, Vos verò
„ quem me esse dicitis? Respon-
„ dens Petrus, ait ei, Tu es Chri-
„ stus.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Εἰδὼς
ἐρωτᾷ, τὴν διὰ τὴν ἐσομένην ἀποκρίσεως
ὠφέλειαν κατασκευάζων, καὶ τῶν ἄλ-
λων τῶν δοξαζόντων, ὀρθοτέρως περὶ αὐ-
τοῦ δοξάζειν ποιῶν τοὺς μαθητάς. Πέ-
τρῳ μὲν ὁ καλῶς δοξάζει βεβαιῶν, τοῖς
δὲ ἄλλοις τὴν ἐκ τῆς ἰδίας μαρτυρίας ἐν-
πίστεις πίστιν. πάντας ἐκίνει δὲ πρὸς Χρι-
στὸν πρὸς δόξαν, εἰ μὴ τὴν πίστιν ἕως ἐφάπα-
ξ ἀνθρώπῳ μὲν ὃν ἠναγκάζοντο νομίζειν
διὰ τὸ ὁρώμενον· τὸ δὲ ὅτι μὴ πεπεισμένοι ἀνα-
βίωσιν αὐτῷ προσιθέντες, Ἰωάννην ἢ
Ἱερεμίαν ἢ ἕνα τῶν προφητῶν ἤγουν τι-
νες. τίνος δὲ ἕνεκεν ἐκ εὐθέως τὴν
αὐτῶν γνώμην ἠρώτησεν, ἀλλὰ τὴν
τῶν πολλῶν; ἵνα εἰπόντες τὰ ἐκείνων,
εἶτα ἐρωτηθέντες, ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγε-
τε εἶναι; ἀπὸ τοῦ τέλους τὸ ἐρωτήσεως εἰς
μείζονα γνώμην ἀναχθῶσιν, ἐννοή-
σαντες ὅτι δεῖ εἰς τὰ αὐτῶν παραινότητα
αὐτοὺς συνεμπεσεῖν. διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲ
ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος αὐτῶν συν-
ήνεσεν, ἀλλ' ὅτε σημεῖα πολλὰ ἐποίησε,
καὶ πολλῶν αὐτοῖς διελέχθη καὶ

VICTORIS ANTIOCHENI.
Sciens interrogat, ex secuturo re-
sponso utilitatem captans: & alio-
rum falsis opinionibus recitatis,
melius de se sẽtire Discipulos do-
cens: & Petrum quidem confir-
mans in sua recta sententia: aliis
verò ejusdem fidem faciens adje-
ctione sui testimonii. Omnes mo-
vebant mira quæ in Christo cer-
nebantur: etsi non omnes usque
ad plenam pervenerant fidem. Ho-
minem quippè illum existimare
cogebantur specie ac visu: cum au-
tem spectatam excitationẽ homi-
nũ à morte ipsi adjungebant, Ioan-
nem, Ieremiam, aut aliquẽ è Pro-
phetis quidam opinabantur. qua-
re autem nõ statim Discipulorum
sententiam exquisivit: sed priùs
quid sentiret multitudo? ut cum
opinionem vulgarẽ retulissent, po-
stea interrogati: vos autem quem
me esse dicitis? Ex modo interro-

gationis in altiorem sẽsum evehe-
rentur: reputantes, haud se opor-
tere in istam delabi cum rudi po-
pulo cogitationũ humilitatẽ. Quo-
circa neque in principio prædica-
tionis de his ipsos interrogat, sed
postquam signa multa fecit, & de
multis & magnis rebus ipsis locu-
tus est, nec suam ipsius divinitatẽ
celans. Significans autem valde se
velle adjungi confessioni divinita-
tis suæ etiam humanitatis assum-
ptæ veritatem, addit: *filium homi-*

ὑψηλῶν, καὶ τὴν αὐτοῦ θεότητος. δεικνὺς
δὲ ὡς σφόδρα βούλεται ὁμολογεῖσθαι
τὴν οἰκονομίαν· φησὶ, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώ-
που. τί οὖν ὁ στόμα τῶν ἀποστόλων Πέ-
τρος; ὁ πανταχοῦ θερμὸς πάντων ἐρω-
τηθέντων αὐτὸς ἀποκρίνεται, σὺ εἶ ὁ Χρι-
στός. τὰ μὲν οὖν ἀκριβεστέραν περὶ τούτου διή-
γησιν παρεχώρησεν ὁ παρὼν εὐαγγε-
λιστὴς τῷ Μαρθαίῳ εἰπόντι, αὐτὸς δὲ
ὡς ἐν ἐπιτομῇ ὁ ἀκριβὲς παρῆκε τῆς
ἱστορίας, καὶ ἵνα μὴ δόξῃ Πέτρῳ τῷ ἑαυ-
τοῦ χαρίζεσθαι διδασκάλῳ.

nis. quid igitur os Apostolorum Petrus? ubique fervens cunctis inter-
rogatis, respondere unus occupat: *Tu es Christus* &c. Minutiorem por-
rò hujus narrationem facti reliquit noster hic Matthæo fusiùs exequen-
ti. contentus ipse delibare per epitomen quæ ad Petri gloriam sui Ma-
gistri pertinebant, ne familiari gratiæ servire in scribendo videretur.

30. Et comminatus est eis, ne
„ cui dicerent de illo.

„ Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μη-
„ δενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ.

TOLOSANI. Separans Disci-
pulos Christus à Iudæis, quæ esset
ipsorum de se ipso sententia ex-
quirit. ut sine arbitris liberã sen-
tentiam syncerè, atque ex animo
dicerent. Illi autem respondent di-
centes: Alios quidem existimare
ipsum esse Ioannem, alios autem
Eliam. Multorum ea increbesce-
bat opinio; resurrexisse à mortuis
Ioannem, & potestatem perpetrã-
dorum signorum, quam non ha-
buisset antea, in ipsa resurrectione
accepisse. Cùm cognovisset autem
ex Discipulis Salvator, quid de se
alii opinarentur, quid porrò ipsi sẽ-
tiant pergit exquirere. Quid hic
verò Petrus? profitetur esse ipsum
eundem illum, qui à Prophetis
prænunciatus est, Christum. quid
ãutem Petro vicissim Christus re-

ΤΟΛΩΣ. Διϊστῶν τοὺς μαθητὰς ὁ
Χριστὸς ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων πυνθάνεται
περὶ ἑαυτοῦ· ἵνα μηδένα δεδιότες, ἀληθῆ
τὴν ἀπόκρισιν ποιήσωνται· οἱ δὲ ἀπο-
κρίνονται λέγοντες· ὅτι οἱ μὲν Ἰωάννην
λέγουσιν· οἱ δὲ ἠλίαν· πολλοὶ γὰρ ἐνό-
μιζον ἀναστῆναι τὸν Ἰωάννην. Καὶ δὴ
ἐκ τῆς ἀναστάσεως τὴν τῶν σημείων ἐρ-
γασίαν λαβεῖν· ἐπειδὴ ζῶν οὐδὲν σημεῖον
ἐποίησε. μαθὼν δὲ ὁ Σωτὴρ παρὰ τῶν
μαθητῶν τὰς τῶν ἄλλων περὶ ἑαυτοῦ
ὑπολήψεις, τὴν ἐκείνων πάλιν ζητεῖ
μαθεῖν παρ' αὐτῶν. τί οὖν ὁ Πέτρος; ὁ-
μολογεῖ αὐτὸν εἶναι τὸν ὑπὸ τῶν προφη-
τῶν καταγγελλόμενον Χριστόν· ὁ δὲ Σω-
τὴρ πρὸς τὸν Πέτρον εἴρηκε, καὶ πῶς αὐ-
τὸν ἐμακάρισεν, ὁ μὲν Μάρκος ἀφῆκεν·
μαθητὴς ὑπάρχων τοῦ Πέτρου, ὡς μὴ
δόξῃ τῷ διδασκάλῳ χαρίζεσθαι. ὁ δὲ
Ματθαῖος ἀνελλιπῶς εἴρηκε.

posuerit: quamque illi ac quàm amplam gratulationem, felicitatisque
prædicationem rependerit, supersedit quidem commemorare Marcus,
idonea

idonea ex cauſa. quoniam enim Diſcipulus Petri erat, veritus eſt ne minorem obtineret fidem Diſcipuli præconium de Magiſtri laude, neve adulationis ſuſpectum teſtimonium videri poſſet. qua cauſa liber Matthæus omnia ubertim expoſuit.

» Καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτὸς, ὅτι
» δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ πα-
» θεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν
» πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων καὶ
» γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ
» μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι.

» Καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει.
» καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος,
» ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ.

31. Et cœpit docere eos, quo-
» niam oportet filium hominis
» pati multa, & reprobari à Se-
» nioribus, & à ſummis Sacerdo-
» tibus & Scribis, & occidi: &
» poſt tres dies reſurgere.

32. Et palàm verbum loque-
» batur. Et apprehendens eum
» Petrus, cœpit increpare eum.

ΑΥΤΟΥ. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς μηδὲν λέγωσιν, ἃ διεσείλατο, ὡς φησιν ὁ Ματθαῖος. ἐβούλετο γὰρ ἔτι συσκιάζεσθαι τὴν παρ' ἑαυτοῦ δόξαν, ὥστε τοὺς σκανδαλιζόντων ἐκ μέσου γενομένων τοῦ τε σταυροῦ καὶ τοῦ πάθους καθαρὰν ἐντυπωθῆναι τῇ διανοίᾳ αὐτῶν τὴν πίστιν. ὅτε δὲ ἔπηξεν αὐτοῖς τὸ δόγμα, τότε τὴν περὶ τοῦ πάθους διδασκαλίαν εἰσήγαγεν. ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐνίεσαν ὃ λεγόμενον. ἦν γάρ φησι κεκαλυμμένος ὁ λόγος ἀπ' αὐτῶν. καὶ οὐκ ᾔδεσαν ὅτι ἀναστῆναι αὐτὸν δεῖ, καὶ ἐφοβοῦντο ἐρωτῆσαι· οὐχ ὅτι ἀποθανεῖν ἔχει, ἀλλ' ὅτι πῶς ἐν τάχει ἔσται. οὐδὲ γὰρ ᾔδεσαν τί ποτέ ἐστιν ἀναστῆναι. ἀλλὰ πολλῷ κέρδιον εἶναι νομίζοντες μὴ ἀποθανεῖν. διὸ τῶν ἄλλων θορυβουμένων καὶ ἀπορούντων, πάλιν ὁ Πέτρος θερμὸς ὢν μόνος τολμᾷ περὶ τούτων διαλεχθῆναι.

EIVSDEM. *Et comminatus eſt eis ne cui dicerent.* aut, ut Matthæus habet: *præcepit.* volebat enim adhuc in obſcuro latere ſuam gloriam, ut ſcandalis è medio ſublatis, Crucis & paſſionis pura inſculperetur ipſorum animis veritatis fides. ubi autem infixit eorum mentibus ſublime dogma divinitatis ſuæ, tunc & paſſionis doctrinam inſinuavit. Sed nec ſic intellexerunt quod diceretur. *Erat enim*, ait, *abſconditus ab eis ſermo.* & neſciebant oportere ipſum reſurgere à mortuis. & verebantur interrogare, nõ an moriturus eſſet, ſed quomodo: neſciebant enim quid tandẽ eſſet *reſurgere*: at multò melius eſſe putabant non mori. Inter hæc aliis æſtuantibus, & metu muſſantibus, Petrus ſolito feruore ſolus auſus eſt, ſilentio abrupto, de his loqui.

» Ὁ δὲ ἐπιστραφείς, καὶ ἰδὼν τοὺς
» μαθητὰς αὐτοῦ, ἐπετίμησε τῷ Πέ-
» τρῳ, λέγων, ὕπαγε ὀπίσω μου Σατα-
» νᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ
» τὰ τῶν ἀνθρώπων.

33. Qui cõverſus, & videns Diſcipulos ſuos, cõminatus eſt Petro, dicẽs, Vade retro me Satana,
» quoniam non ſapis quæ Dei
» ſunt, ſed quæ ſunt hominum.

ΤΟΛΩΣ. Πάλιν ὁ Πέτρος θερμὸς ὢν μόνος ἐπόλμησε περὶ τοῦ Χριστοῦ

TOLOSANI. Rurſus Petrus ſolito fervore provectus, ſolus au-

det interpellare affarique Christũ. ut enim Matthæus refert, increpavit Iesũ Petrus quæ subiturus esset tormenta memorantem, abrumpensque molestum sermonem interlocutus illa est: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc*. In quo valde mirum est eum, qui tantæ revelationis à Patre factę honore dignatus fuisset, quo nomine amplã modò gratulationẽ acceperat, tam citò falli ac prolabi potuisse. Sed mirandum nihil est. non enim de passione Domini reuelationem acceperat, sed de divinitate Christi, & de qualitate Filii Dei quam veram is & legitimam obtineret, edoctus plenè erat, idque profitebatur. mysteriis Cruci & Resurrectionis, de quibus nihil dum acceperat, non ita facilem accomodabat fidem. Ostendit autem Dominus se se volentem & libentem ad passionem accedere, eò ipso quod Petrum objurgat asperius, & Satanam appellat. Cupiebat enim Satan Christum non pati. Propterea acerbiùs Petrum increpat votis cum Satana consentientem. Tum adjungit: Passionem Crucis à me abominaris Petre quasi rem me indignam: at ego prædico tibi, ne te quidem salvum posse fieri, nisi & ipse crucem subeas, & cuncta patiaris, quæ qui volunt salutem consequi, patiuntur.

ἀμαλεχθῆναι· ὡς γὰρ ὁ Ματθαῖος φησὶν ὅτι ἐπετίμα αὐτῷ· λέγων. ἱλεώς σοι Κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. Καὶ θαῦμα μέγα πῶς ὁ ἀποκαλύψεως τυχὼν καὶ μακαρισθεὶς διὰ τὴν ὁμολογίαν, οὕτω ταχέως ἐσφάλη. ἀλλ' οὐδὲν θαυμαστόν. οὐ γὰρ ἐδέξατο τὴν ἀποκάλυψιν περὶ τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου· ὅτι μὲν γὰρ ὁ Χριστός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, μεμάθηκεν· ὅτι δὲ ἐστὶ τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς ἀναστάσεως, οὐδέπω. δείκνυσι δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος ὅτι ἑκὼν ἔρχεται ἐπὶ τὸ πάθος. ἐκ τοῦ ἐπιτιμᾶν αὐτῷ καὶ Σατανᾶν αὐτὸν καλεῖν, τουτέστιν ἀντικείμενον. ἐπιθυμία γὰρ τῷ Σατανᾷ τὸ μὴ παθεῖν τὸν Χριστόν. διὸ καὶ σφοδρῶς τῷ Πέτρῳ ἐπετίμησε· καὶ φησι πρὸς αὐτὸν· ὅτι ἀνάξιόν μου ἐστὶ τὸ πάθειν ὡς εἴρηκας Πέτρε; ἐγὼ δὲ σοι λέγω, ὅτι οὐδὲ σὺ αὐτὸς δυνήσῃ σωθῆναι, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς σταυρωθήσῃ, καὶ πάντα πάθῃς ὅσα τοῦ σωθῆναι βουλόμενοι πάσχουσι.

ANONYMI. Satan & Satanas Adversarium sonat. Hoc vocabulo Petrũ appellat, ut obstare ausum & contra occurrere de se dictis. *Quoniam*, ait, *non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum*. Humanus enim erat sensus de cruce, ut re infami & deprimente, Dominum erubescere. divinum autem consilium propter omnium salutem usq; ad mortis experientiam descendere.

VICTORIS ANTIOCHENI. Quid hoc tandem est? qui modò divina revelatione dignatus declarabatur. qui beatus paulò ante prę-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σατὰν μὲν καὶ Σατανᾶς ὁ ἀντικείμενος ἑρμηνεύεται. τοῦτο οὖν καλεῖ τὸν Πέτρον ὡς ἀντιθέοντα τοῖς εἰρημένοις περὶ αὐτοῦ. ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. ἀνθρώπινον γὰρ ἦν φρόνημα τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ ὡς ἀδόξῳ καὶ εὐτελίζοντι, τὸν Κύριον ἐρυθρᾶν. θεῖον δὲ τὸ διὰ τῶν ἁπάντων σωτηρίαν ἄχρι θανάτου πείρας ἐλθεῖν.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τί δήποτε τοῦτό ἐστιν; ὁ ἀποκαλύψεως τυχὼν, ὁ μακαρισθεὶς οὕτως, ταχέως ἔπεσε καὶ ἐσφάλη; καὶ τί θαυμαστὸν τὸν οὐ δεξάμενον ἐν τούτοις ἀποκάλυψιν τοῦτο ταθεῖν; ὅτι μὲν γὰρ ὁ Χριστός ἐστιν ὁ υἱὸς Θεοῦ, ἔμαθεν

ἔμαθεν· ὅτι ποτέ ἐστι τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως, οὐδέπω δῆλον αὐτῷ ἐγένετο. καὶ γὰρ ἦν φησιν, ὁ λόγος ἐπ' αὐτῶν κεκαλυμμένος. αὐτὸς μέντοι δεικνὺς ὅτι τοσοῦτον ἀπέχει ἄκων ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ πάθος. καὶ ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ καὶ Σατανᾶν ἐκάλεσε, καὶ μόνον οὐκ εἶπεν, ὁ Σατανᾶς ἐφθέγξατο ἐκ σοῦ. Καὶ γὰρ ἐπιθυμία ἦν τοῦ ἀντικειμένου τὸ μὴ παθεῖν τὸν Χριστόν. διὰ τοῦτο μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος αὐτῷ ἐπετίμησε. Σὺ μὲν γάρ φησι, νομίζεις ὅτι ἀνάξιόν μου ἐστὶ τὸ παθεῖν, ἀπὸ τῶν ἐναντίων καταστέλλων αὐτοῦ τὴν ἀγωνίαν. ἕτερος δέ φησι. τῷ μὲν σατανᾷ πειράζοντι αὐτὸν τῶν Ιησοῦν οὐκ εἴρηται ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, ἀλλ' ὕπαγε σατανᾷ· γέγραπται γὰρ, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ τὰ ἑξῆς. τῷ δὲ Πέτρῳ ἔτι ἁμαρτάνοντι, καὶ διὰ τοῦτο ὄπισθεν ὄντι τοῦ Ιησοῦ λέγεται, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, σκάνδαλόν μοι εἶ. εἰ τοίνυν ὁ ἅγιος ὄπισθέν ἐστιν Ιησοῦ, ἀποστὰς καὶ παρακούσας τῶν λόγων Θεοῦ, ὀπίσω ἑαυτοῦ ἔβαλε τὸν Ιησοῦν. καὶ διατοῦτο ἀκούει ὁ Πέτρος, ὕπαγε ὀπίσω μου, τοῦτ' ἔστιν, ἀκολούθει μοι, καὶ τῇ περὶ πάθους μου ἑκουσίᾳ μὴ ἀνθίστασο, τοὺς ἐμοὺς λόγους ὀπίσω σου ῥίπτων, κατὰ τὸ ἐν τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ εἰρημένον τῷ ἁμαρτωλῷ. Σύ μοι φησιν ἐπιτιμᾷς βουλομένῳ παθεῖν. ἐγὼ δέ σοι λέγω ὅτι οὐ μόνον τὸ ἐμὲ κωλύειν, καὶ τῷ ἐμῷ πάθει δυσχεραίνειν, ἐπιβλαβές σοι καὶ ὀλέθριον, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ σὺ σωθῆναι δυνήσῃ ἐὰν μὴ καὶ αὐτὸς ἀποθάνῃς. διατοῦτο οὐκ ἐφ' ἑαυτοῦ προάγει τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐκείνων.

dicatus est, tam citò decidit & erravit? At quid mirum hoc pati eum in iis, de quibus divina revelātione illuminatus non est? nimirum esse Christum Dei Filium didicerat: quid tandem esset mysterium Crucis & Resurrectionis, nōdum illi fuerat manifestatum. *Erat* enim ait, *sermo ab ipsis absconditus*. Ipse quidem ostendens quàm non invitus ad passionem accederet, & increpuit Petrum, & Satanam vocavit: & tantùm non dixit: Satanas per te locutus est. nam votum erat Satanæ non pati Christum. propterea tanta vehementia ipsum objurgavit. Tu quidem, inquit, existimas, rem me indignam esse pati. inculcatione mentionis ipsi exosæ æstum ejus animi frangens, atque opprimens. Alius dicit: Satanæ tentanti Christum, non dictū est: *Vade post me Satana*. sed, *vade Satana: scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis* &c. Petro autem tunc peccanti, ac propterea à tergo habenti Iesum, dicitur: *Vade post me Satana, scandalum mihi es*. Si ergo Sanctus post Iesum est, Apostata & rebellis Dei verbis post tergum suum Iesum rejicit. Propterea Petrus audit: *vade post me*. hoc est: sequere me. & meo voluntario decreto patiendi ne obsiste, meos sermones retrorsum projiciens, ut in Psal. quadragesimo nono scriptum est de peccatore. Ps. 49. 17
Tu mihi succenses, ait, quod pati velim. Ego autem dico tibi: non solùm impedire passionem meam, & illam ægrè ferre noxium & exitiosum tibi est, sed nec habere partem mecum poteris, nisi & ipse moriaris. ad patientiam similium trahere vult eos. propterea non in se cohibet illatam mortis mentionem, sed in ipsos extendit.

34. Et

34. Et convocata turba cum
„ Discipulis suis, dixit eis: Si quis
„ vult me sequi, deneget semetip-
„ sum; & tollat crucem suam, &
„ sequatur me.

„ Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον
„ σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς,
„ ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν, ἀπαρ-
„ νησάσθω ἑαυτὸν καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν
„ αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

EIVSDEM. Tantum est lucrũ ejus rei, ut vobis, ait, infestum ac perniciosum sit non mori, mori autem optabile. non ait autem: Etiam si nolitis volo ego vos hoc pati. sed hoc potiùs modo loquitur. *Si quis vult me sequi.* ad bona enim voco vos, non ad mala & gravia ut cogam. quæ dicens, efficaciùs trahebat. qui enim cogit & vim adhibet, offendit avertitq; qui verò auditori sui arbitrium relinquit, magis eum allicit. vi siquidem potentius obsequium est. Iam discamus quid sit negare semetipsum. Hoc sciemus si noverimus quid sit negare alium. qui negat alium fratrem, servum, aut quid simile: etiamsi flagellatum videat, si vexatum, si abductum, aut quidvis patientem aliud, non assistit, non adjuvat, non patitur pro illo quidquã, quippe semel in totum alienatus ab eo. Sic vult corporis nos abiicere curã nostri, quantumcumque sit quod patiamur. non dixit verò Christus: ne parcat sibi: sed haud paulò incitatiùs *deneget seipsum.* hoc est: nihil habeat commune cum seipso: sed velut alio patiente, sic afficiatur. Illud autem. *tollat crucem suam*, ostendit: abnegare seipsum oportere usque ad mortem crucis: & non semel, non bis, sed per totam vitam hoc faciendum esse. *& sequatur me.* nam fieri potest, ut qui patitur non sequatur Christum. quando quis scilicet propter ipsum non patitur.

ΑΥΤΟΥ. Τοσοῦτον τοῦ πράγματος τούτου τὸ κέρδος, ὅτι ἐφ' ὑμῶν, φησὶ, τὸ μὴ ἀποθανεῖν δεινὸν, τὸ δὲ ἀποθανεῖν ἀγαθόν. οὐκ εἶπε δὲ, κἂν μὴ βούλεσθε, βούλομαι δὴ τοῦτο ὑμᾶς παθεῖν. ἀλλὰ πῶς; ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν. ἐπὶ γὰρ ἀγαθὰ καλῶ, οὐκ ἐπὶ κακὰ καὶ ἐπαχθῆ, ἵνα ἀναγκάσω. ταῦτα δὲ λέγων ἐπεσπᾶτο μειζόνως. ὁ μὲν γὰρ βιαζόμενος, ἀποτρέπει· ὁ δὲ ἀφεὶς Κύριον καὶ ἀκροατὴν εἶναι, μᾶλλον ἐφελκύσεται. βίας γὰρ δυνατότερον θεραπεία. τί ποτε δὲ ἐστιν ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν μάθωμεν. τοῦτο δὲ εἰσόμεθα ἐὰν ἔγνωμεν τί ἐστι τὸ ἀρνήσασθαι ἕτερον. ὁ ἀρνούμενος ἕτερον ἀδελφὸν ἢ οἰκέτην ἢ ὅντινα οὖν, κἂν μαστιζόμενον ἴδῃ, κἂν διωκόμενος, κἂν ἀπαγόμενον, κἂν ὅτι οὖν πάσχοντα, οὐ παρίσταται, οὐ βοηθεῖ, οὐ πάσχει τι πρὸς αὐτοῦ, ἅτε ἅπαξ ἀλλοτριωθείς. οὕτω τοίνυν βούλεται τοῦ σώματος ἡμᾶς ἀπᾴδειν τοῦ ἡμετέρου, κἂν ὅτι οὖν πάσχωμεν. οὐκ εἶπε δὲ ὁ Χριστὸς, μὴ φεισάσθω ἑαυτοῦ, ἀλλὰ ἐπιτεταμένος, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν· τοῦτ' ἔστι, μηδὲν ἐχέτω κοινὸν πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ὡς ἑτέρου πάσχοντος οὕτω διακείσθω. τὸ δὲ, ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, ὅτι ἀπαρνεῖσθαι δεῖ μέχρι θανάτου καὶ θανάτου τοῦ σταυροῦ· καὶ ὅτι οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου τοῦτο δεῖ ποιεῖν. καὶ ἀκολουθείτω μοι. ἐπειδὴ γάρ ἐστι καὶ πάσχοντα μὴ ἀκολουθεῖν, ὅταν μὴ δι' αὐτὸν πάθῃ τις.

„ Ος

„ Ος γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ
„ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν. ὃς δ' ἂν
„ ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν
„ ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου, οὗτος σώσει
„ αὐτήν.

35. Qui enim voluerit animam
„ suam salvam facere, perdet eã:
„ qui autem perdiderit animam
„ suã propter me, & Evangelium,
„ salvam faciet eam.

ΑΥΤΟΥ. Ο λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐκ ἀφείδων ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα φειδόμενος ταῦτα ἐπιτάττω. καὶ γὰρ ὁ φειδόμενος τοῦ παιδίου ἀπόλλυσιν αὐτό· ὁ δὲ μὴ φειδόμενος σώζει. εἶτα ἐπειδὴ εἶπεν, ὁ θέλων σῶσαι ἀπολέσει αὐτήν, καὶ τὰ ἑξῆς. ἵνα μὴ νομίσῃς ἴσην εἶναι τὴν ἀπώλειαν ταύτην κἀκείνην, καὶ τὴν σωτηρίαν, ἵνα μάθῃς ὅσον ταύτης τε κἀκείνης, ἐπάγει ταῦτα κατασκευάζων, ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου.

EIVSDEM. Quod ait hanc habet sententiam: non vos immisericorditer tracto: sed parcens quã maximè, & quàm benignissimè consulens hæc præcipio. qui enim nimis tenerè indulget filiolo, perdit illum; qui verò non parcit, servat. Inde postquam dixit: *Qui vult salvare animam perdit ipsam* &c. ne putares pares esse hanc & illã perditionem, hanc & illam salutem. ut inquam discas quantùm inter has res, uno licèt expressas vocabulo, intersit: addit hæc, ambiguitatem tollens: *propter me, & Evangelium*.

„ Τί γὰρ ὠφελήσει ἀνθρώπῳ, ἐὰν
„ κερδίσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημι-
„ ωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;
„ Ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγ-
„ μα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

36. Quid enim proderit homi-
„ ni, si lucretur mundum totum:
„ & detrimentũ animę suę faciat?
37. Aut quid dabit homo cõ-
„ mutationis pro anima sua?

ΑΥΤΟΥ. Ἰδὲ πῶς ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ αὐτῆς σωτηρία ἀπωλείας πάσης χείρων τε καὶ ἀνίατος οὖσα, τῷ μηδὲν εἶναι λοιπὸν ὃ ἐξωνούμενον αὐτήν. μή γάρ μοι τοῦτο λέγε, φησὶν, ὅτι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔσωσεν κινδύνων διαφυγὼν τοὺς τοιούτους· ἀλλὰ μετὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ θὲς καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, καὶ τί τὸ πλέον ἐντεῦθεν αὐτῷ ἐκείνης ἀπολλυμένης; μὴ γὰρ ἑτέραν ἔχεις ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς δοῦναι. χρήματα μὲν γὰρ ἢ οἰκίαν ἢ ἀνδράποδον δύνασαι ἀνταλλάξασθαι. ψυχὴν δὲ ἀπολλὺς, ἑτέραν ἀποδοῦναι οὐ δυνήσῃ ψυχήν. καὶ τί θαυμαστὸν εἰ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦτο συμβαίνει; καὶ γὰρ ἐπὶ σώματος τοῦτο γινόμενον ἴδοι τις ἄν. κἂν γὰρ μυρία διαδήματα περικείμενος ᾖς, σῶμα δὲ ἔχῃς ἐπίνοσον φύσει

EIVSDEM. Vide quomodo extra Deum animæ salus, exitio quovis pejor est, ut pote irreparabiliter perimens: quippè quæ reliquum illi nihil faciat, quo rependi possit illius ac redimi jactura. Nec enim mihi dicas, inquit, tot eum, tantisque periculis elapsum, animam suam servasse. Sed post animam ejus repone totum etiã mundum: quid inde lucri ipsi supererit, illa semel perdita? nam aliam animam non habes, quàm pro anima des. Pecuniam quidem, aut domum, vel mancipium compensare permutatione potes. pro anima, quam amiseris non poteris aliam reddere. Et quid mirum, si hoc in

anima

anima contingat, cùm idem cernatur in corpore. nam si decé millibus diadematum redimitus sis, corpus autem habeas ægrum, & incurabilibus laborans morbis, nec tot quidem regnorum & tui universi quantum esset imperii sanare illud posses impendio.

TOLOSANI. Quod hic ait, tale quoddam est: *Quicumque vult venire post me abneget semetipsum.* Attende autem non dixisse Dominum: etiam si nolit, moriatur: sed qui in id ultro se obtulerit. ad bona enim voco, inquit, non autem ad mala; ut minimè opus sit cogere. Quid verò est, abneget semetipsum? nihil habeat proprium & peculiare in se, vel apud se, quod servatum velit: sed omnia exponat, committatque periculis. patiatur autem ita constanter, ut non ipse accipere doloris sensum, cum ejus corpus torquebitur, sed alius pro eo quidam cruciari videatur. Multùm hæc exaggerat quod sequitur, *& tollat crucem suam.* non enim qualemcumq; mortem exigit, sed ignominiosam & pudendam. Nec verò hic uno ictu defungi licet, verùm atrocitatem, mali diuturnitate cumulante, totam quam longa est mors hæc infestat vitam. id enim illa verba innuunt, *& sequatur me.* Nam & alioqui facilè fieri potest & sæpè fit, ut qui multis & longis afflictantur malis, non tamen Christum sequantur. Oportet igitur nos quasi in acie stare adversus mortem continuò propositam. Enimverò si in sæcularibus bellis qui sub primam aciem ad certam ferè necé objicitur miles, is esse solet qui præstantissimus judicatur: Quidni observetur id quoque in hoc spirituali certamine, in quo sustentat periclitantis animum, resurrectionis & bonorum æternorú expectata fruitio.

ηρὴ ἀνιάπως ἔχῳ, ὃ δυνήσῃ τὴν βαλείαν ἀπαλλαξαι ὀπισθὲν διορθῶσαι τὸπο.

ΤΟΛΩΣ. Ο δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. ὅστις θέλει ὀπίσω μὲ ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω. ἑαυτὸν· ηρὴ ὁρᾶς. ὅτι εἶπεν κἂν μὴ θέλῃ τις, ἀποθνησκέτω· ἀλλ' ὁ βελόμενος τοῦτο παθεῖν· ὅτι γὰρ ἀγαθὰ καλῶς φησὶν· ὃ μὴν ὅτι κακά· ἵνα μὴ ἀναγκάσω· τί ἐστι ὃ ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν; ὅτι μὴ ἐχέτω ἴδιόν τι πρὸς ἑαυτόν· ἀλλ' ἐκδιδότω τοῖς κινδυνοις· ηρὴ ὕτω διακείσθω ὡς ἑτέρου πάσχοντος. ὃ ἐστιν ηρὴ ἁρπάσῃ σαυτὸν ἀπὸ πολλῶν ἐμφάνει τὴν ἐπιβολήν. ὃ γὰρ μόνον ἀλλὰ θανατου ἀπαιτεῖ ἀφ' ἡμῶν· ἀλλὰ ηρὴ τοῦτον ἐπονείδιστον· ηρὴ ὃχ ἅπαξ ἢ δὶς, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ· ηρὴ ἀκολουθείτω μοι. Επειδὴ ἔστι ποτὲ ηρὴ πάσχοντα μὴ ἀκολουθεῖν· δεῖ δείνωσι πρὸς θανατου διηνεκῆ ἡμᾶς προπαπάχθαι· εἰ γὰρ ηρὴ ὅπὶ τῶν αἰσθητῶν πολέμων ὁ προπαγμὸς εἰς σφαγὴν, ὅτος τῶν ἄλλων προπιμός· πῶς οὐκ ἔσται δὲ ὅπὶ τούτων· ἐν οἷς μᾶλλον ἀναστάσεως ἐλπὶς ηρὴ ἡ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπόλαυσις;

38. Qui enim me cõfusus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & Filius hominis confundetur eum, cùm venerit in gloria Patris sui cum Angelis Sanctis.

„ Ος γὰρ αὖ ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς
„ ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ
„ μοιχαλίδι ηρὴ ἁμαρτωλῷ, ηρὴ ὁ
„ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσε[ται] αὐ-
„ τὸν ὅταν ἔλθῃ τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐ-
„ τοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.

ANO-

Digitized by Google

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μοιχαλίδα καλεῖ, οἱονεὶ εἰδωλολάτρην κατὰ τὸ εἰρημένον, ἐμοιχάλιτο ἐν τῷ ξύλῳ τοῦτ' ἔστιν ἐθνῶν τῷ ξυλίνῳ ἀγάλματι ἤτοι δένδρῳ τινὶ εὐσκίῳ.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Οὐκ ἀρκεῖται τῇ κατὰ διάνοιαν πίστει, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ στόματος ὁμολογίαν ἀπαιτεῖ, εἰς παῤῥησίαν ἡμᾶς ἀλείφων καὶ πλείονα ἀγάπης διάθεσιν, καὶ ὑψηλοὺς ἐργαζόμενος. καθάπερ δὲ μοιχαλὶς λέγεται ἡ ἑτέρῳ γενομένη ἀνδρὶ, οὕτω καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀλήθινον νυμφίον καταλιποῦσα ψυχὴ, καὶ μὴ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάττουσα, μοιχαλὶς χρηματίζει δηλονότι καὶ ἁμαρτωλός. ὁ οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων τὴν ἐμὴν ἀρνούμενος δεσποτείαν, καὶ ἐπὶ τῷ εὐαγγελικῷ ἐγκαλυπτόμενος λόγῳ, ἀξίαν τῆς ἀσεβείας τίσεται τιμωρίαν, ἀκούων ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ φοβερᾷ παρουσίᾳ, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν οὐκ οἶδα ὑμᾶς. διὰ δὴ τοῦτο κἂν ποιήσῃς τι χρηστὸν, καὶ μὴ λάβῃς αὐτοῦ τὴν ἀντίδοσιν ἐνταῦθα, μὴ ταράττου.

ANONYMI. Adulterã vocat Idololatram. juxta dictum, mœchata est in ligno, hoc est in Gentilium ligneo simulacro, aut arbore umbrosa.

SCHOL. Sub qua videlicet arbore, ut in lucis fiebat, superstitiosæ cerimoniæ, aut sacra nefaria celebrarentur.

VICTORIS ANTIOCH. Nõ satis habet fidem mente conceptã, sed & confessionem, quæ ore fit, exigit. ad liberam nos excitans & velut exercitans agẽdi, loquendiq; fortiter fiduciam, necnõ maiorem affectum caritatis: omninoq; nos excelsos & magnanimos studens reddere. ut autem adultera vocatur, quæ cum alio viro fuerit, sic anima, quæ Deum verum suum sponsum reliquerit, & mãdata ejus non custodierit, adultera videlicet ac peccatrix est. qui ergo coram talibus dominationem meam negaverit; & citatus ad profitendam doctrinam Evangelicam se se absconderit, dignam impietate luet pœnam, audiens in secundo & terribili adventu: *Amen, amen dico vobis, nescio vos*. Propter hoc si feceris aliquid benè, nec tamen ejus mercedem hic receperis, ne turberis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'

„ ΚΑΙ ἔλεγεν αὐτοῖς, ἀμὴν λέγω
„ ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων,
„ οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως
„ ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυ-
„ θυῖαν ἐν δυνάμει.

ΤΟΛ. Οὐ μόνον ἡ κατὰ διάνοιαν πίστις ἱκανὴ πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν τυγχάνει· ἀλλὰ δεῖ ἡ μῖν καὶ τῆς διὰ στόματος ὁμολογίας. Καὶ γὰρ ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος συγκείμενος· οὐκοῦν καὶ ἀμφότερα ἁγιάζεσθαι χρέων· ἁγιάζεται μὲν γὰρ ἡ ψυχὴ δι' ἀκριβοῦς τε καὶ βεβαίας πίστεως· ἁγιάζεται

CAPVT IX.

1. ET dicebat illis, Amen di-
„ co vobis, quia sunt quidã de hic
„ stantibus, qui non gustabunt
„ mortem, donec videant regnum
„ Dei veniens in virtute.

TOLOSANI. Sola mente cõcepta fides ad salutem non sufficit: sed ejus præterea necessaria nobis est ore ac verbo promulgata confessio. Etenim ex corpore & anima conflatus homo est. unde utramque istam pariter partem sanctificari est opus. Sanctificatur

autem anima per ſynceram & firmam fidem: ſanctificatur & corpus per confeſſionem nominis Chriſti. Propterea enim Salvator dicit: *qui erubuerit me*. & quæ ſequuntur. quia verò de gloria ſua commemoraverat obiter, oſtẽdere volens quàm non ex vano id jactaſſet, ait: *ſunt quidam de hic ſtantibus*. (Petrum ſignificans & Iacobum & Ioannem) qui non moriẽtur ante quã ego ipſis demonſtravero in Transfiguratione mea, cũ quanta gloria ſecũdo advẽtu meo. reuehendus olim in orbem ſim.

δὲ ἡμῖ ὃ σῶμα διὰ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας· διὰ γὰρ ταῦτά φησιν ὁ Σωτὴρ· ὃ δ' ἂν ἐπαισχυνθῇ με· καὶ τὰ ἑξῆς. ἐπεὶ δὲ περὶ τ δόξης αὐτῦ εἶπε, θέλων δεῖξαι αὐτοῖς ὅτι ὐ μάτην ταῦτα λέγει, φησί· ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων. (Πέτρ ἀινιττόμενος καὶ Ἰάκωβ καὶ Ἰωάννην) οἵτινες ὐ μὴ ἀποθάνωσιν ἄχρις αὖ δείξω αὐτοῖς ἐν τῇ μεταμορφώσει, μεθ' οἵας δόξης ἐν τῇ δευτέρα παρουσίᾳ μ μέλλω παραγενέσθαι.

ANONYMI. Regnum Dei vocat fidem in ſeſe firmiter apprehenſam, & libera profeſſione declaratam. hoc enim ſonat illud: *in virtute*.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Βασιλείαν τῦ Θεῦ λέγει τ εἰς αὐτ πίστιν ἐν παῤῥησίᾳ ἐληθῶς καὶ πεπυσμένην· τῦτο γάρ, ἐν δυνάμει.

2. Et poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioãnem: & ducit illos in montem excelſum ſeorſum ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis.

„ Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμ„ βάνει ὁ Ιησῦς τ Πέτρ, καὶ τ Ιά„ κωβ, καὶ τ Ιωάννην, καὶ ἀναφέ„ ρει αὐτὺς εἰς ὄρ ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν „ μόνυς· καὶ μετεμορφώθη ἔμπρο„ σθεν αὐτῶν.

„ Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτῦ ἐγένετο στίλ„ βοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιών, οἷα γνα„ φεὺς ἐπὶ τῆς γῆς ὐ δύναται λευκᾶ„ ναι.

3. Et veſtimenta ejus facta sũt „ ſpiendentia & cãdida nimis ve„ luti nix, qualia fullo non poteſt „ ſuper terram candida facere.

TOLOS. Lucas octo dies ait: nihil huic propterea cõtrarium affirmans, ſed ſummè conſentiens. Ille enim in iſtam ſummam imputavit & hanc diem qua hæc prædicta ſunt; & illam qua in montem venerunt. Marcus autem eas tantùm dies, quæ inter has duas interjectæ ſunt, numeravit. Quare autem hos tantùm tres ſecum aſſumpſit Salvator, & coram ipſis transfiguratus eſt? quoniam eminebant ſupra reliquos. Nam Petrus vehementer amabat Ieſum: Ioannes vehementer ab eo dilige-

ΤΟΛΩΣ. Ο Λυκᾶς μὲ ὀκτὼ ἔφασκεν ἡμέρας· οὐκ ἐναντιόμενος τύτῳ· ἀλλὰ καὶ σφόδρα συνᾴδων. ὁ μὲ γὰρ καὶ καθ' ὑὸ ἐφθέγξατο ἡμέραν λέγει· καὶ καθ' ὑὸ εἰς ὄρ ἀνῆλθον. ὅτ δὲ τὰς μεταξὺ τύτων μόνας. Φησὶ δὲ τύτυς μόνυς τὰς ῥηθείσας ἑλαβεν ὁ Σωτὴρ μεθ' ἑαυτῦ· καὶ ἐνώπ αὐτῶν μετεμορφώθη; διότι τῶν ἄλλων ἦσαν ὑπερέχοντες. ὁ μὲ γὰρ Πέτρ σφόδρα ἐφίλει αὐτόν· ὁ δὲ Ιωάννης σφόδρα ἐφιλεῖτο ὑπ' αὐτῦ· ὁ δέγε Ιάκωβ ἀφ' ἧς ἀπεκρίθη ἀποκρίσεως μ τῦ ἀδελφῦ· λέγων· δυνάμεθα πᾶν ὃ ποτήρι. εἰς ὄρ δὲ ἀναφέρει ὑψηλὸν· ἵνα

μάζ

μείζω φανῇ τὸ θαῦμα· καὶ κατ' ἰδίαν· διότι μυστήριον ἔμελλεν αὐτοῖς ὑποδείξαι. Καὶ μὴ νομίσῃς τὴν μεταμόρφωσιν ἐξαλλαγὴν εἶναι τοῦ χαρακτῆρος. Καὶ γὰρ μένοντος αὐτοῦ, προσθήκη φωτὸς ἀῤῥήτου ἐπεγένετο.

batur. Iacobum verò commendabat fortis illa responsio, qua suo & fratris nomine, bibere se posse passionis calicem, audacter atque intrepidè dixit. In montem porrò ascendit excelsum, ut majus miraculum appareret. Seorsim autem, quia privatim, & sub obligatione secreti, communicare ipsis mysterium volebat. Ne verò existimes Transfigurationem hanc mutationem fuisse characteris, & consueti vultus ac speciei, verùm his manentibus immensa vis quædam ineffabilis lucis adjuncta est.

„ Καὶ ὤφθη αὐτοῖς Ηλίας σὺν Μω-
„ σεῖ, καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες τῷ
„ Ιησοῦ.

„ Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος λέγει
„ τῷ Ιησοῦ, ῥαββί, καλόν ἐστιν ἡμᾶς
„ ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς
„ τρεῖς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσεῖ μίαν,
„ καὶ Ηλίᾳ μίαν.

4. Et apparuit illis Elias cum
„ Moyse: & erant loquentes cum
„ Iesu.

5. Et respondens Petrus, ait
„ Iesu, Rabbi, bonum est nos hic
„ esse: & faciamus tria tabernacu-
„ la, tibi unum, & Moysi unum,
„ & Eliæ unum.

ΤΟΛΩΣ. Τῶν Ιουδαίων οἱ μὲν ἔλεγον Ηλίαν εἶναι τὸν Χριστόν. ἕτεροι δὲ Ιερεμίαν. Καὶ ἄλλοι ἕνα τῶν προφητῶν· τοῦτο δὲ γέγονεν αἰτία τοῦ ὦ Μωυσὴν καὶ Ηλίαν εἰς μέσον ἄγειν ὦ Χριστόν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι ἐν οὐδενὶ τῶν ἐκ τοῦ λόγων καὶ διδασκαλιῶν ὤφθη ποτὲ ὦ νόμον παραβεβηκὼς, Μωσέως τοῦ νομοθέτου ὀφθέντος ὡς ὑπηρετοῦντος αὐτῷ ἐν τῇ μεταμορφώσει. ὡσαύτως δὲ καὶ Ηλίας ὤφθη ὡς ζηλωτὴς καὶ θερμὸς τὴν πρὸς τὸ θεῖον ἀγάπην· ὡς ἂν φανερὸν γένηται ἔτι μειζόνως· ὅτι οὐκ ἀντίθεος, οὐδὲ νόμον παραβαίνων ὤφθη ποτὲ ὁ Χριστὸς ἐν ταῖς οἰκείαις πράξεσιν. εἰ γὰρ ἦν· οὐκ ἂν Ηλίας παρεγένετο ὑπηρετῶν αὐτῷ. δηλοῖ δὲ τὸ ὀφθῆναι ἀμφοτέρους τοὺς προφήτας· καὶ τὴν τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης συνάφειαν· ἐκ ἅμα τῶν τε ἀποστόλων καὶ προφητῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ τοῦ Κυρίου παρουσίᾳ· ὃ δὲ φησιν ὁ Πέτρος, Καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· οὐ μάτην ἀκουστέον· μαθὼν γὰρ ὅτι ἐλεύσεται ὁ

TOLOSANI. Christum alij ex Iudæis dicebant Eliam esse: alij Ieremiam: alij unum ex Prophetis. Hæc causa fuit cur Moysem & Eliam in Transfiguratione produceret Christus, medius inter ambos apparens. quamquam & alia cur hoc fecerit ratio est. quia enim ut Legis transgressor, & Deo contrarius, quotidianis calumniis traducebatur, apparere sibi, ac ministrare in Transfiguratione sua voluit ipsum Legislatorē Moysem, & summum honoris Dei zelatorē Eliam. Qui sua præsentia, atque auctoritate pro invicto testimonio esse possent ad probandum, nihil unquā in ullo Christi verbo, dogmate aut opere, Legi aut Dei honori adversum extitisse. Id enim si esset, numquam eum Moyses, aut Elias, pro suo uterque notissimo Legis & divini honoris studio, cohonestandum suis obsequiis pu-

tavissent. Significat præterea hæc Prophetarum duorum apparitio novi ac veteris Testamenti connexionem, conjunctionemque; simul etiam præfigurabat miscendos olim Apostolos cum Prophetis in secundo Christi adventu, & in illo supremo triumpho confusis turmis in unum comitatum coalituros. Quod ait Petrus, *bonum est nos hic esse*, non simpliciter accipiendum prout sonat, aliquid enim subastutum hic moliebatur Apostolus. Audiverat profecturum Ierosolyma Salvatorem, ibique crucifigendum à Iudæis. metuens igitur Domino & sibi ab eventu prophetiæ istius rogat, ut maneant in monte, in quo transfiguratus fuerat Christus, nec descendant iterum Ierusalem. agit autem id non palàm, sed clàm, ac latenter. veritus scilicet objurgationem ejus similem, qua præstrictus paulò ante fuerat, cùm revocare Salvatorem voluisset à consilio proficiscendi ad mortem. quando audivit ab eo: *Satana, non quæris quæ Dei sunt, sed quæ hominum.*

* fort. leg. αὐτοῦ.

Σωτὴρ εἰς τὰ Ιεροσόλυμα μέλλων σταυρωθῆναι ὑπὸ Ιουδαίων. καὶ δεδοικὼς ὑπὲρ * ἑαυτοῦ· παρακαλεῖ ἐν τῷ ὄρει ἐν ᾧ μετεμορφώθη μένειν· καὶ μὴ κατιέναι εἰς Ιερουσαλήμ. οὐ φανερῶς μὲν τοῦτο ποιῶν· λεληθότως δὲ. διὰ τὴν προτέραν ἐπιτίμησιν ἣν αὐτῷ ὁ Σωτὴρ ἐπετίμησε· λέγων πρὸς αὐτὸν· Σατανᾶ, οὐ ζητεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

6. Nō enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti.
7. Et facta est nubes obūbrans eos: & venit vox de nube, dicens, Hic est filius meus charissimus: audite illum.
8. Et statim circumspicientes neminem amplius viderunt, nisi Iesum tantùm secum.

„ Οὐ γὰρ ᾔδει τί λαλήσῃ· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι.
„ Καὶ ἐγένετο νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς· καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε.
„ Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ιησοῦν μόνος μεθ' ἑαυτῶν.

ΑΥΤΟΥ. Εἰ καὶ τῷ χωρισμῷ, φησὶ, διαιρεῖται ἀνδρὸς, ἀλλὰ τῇ ἐξ ἀρχῆς συζεύξει ἀδιαίρετός ἐστι. Διὰ τοῦτο μοιχείαν ἐκάλεσε τὸ συζεύγνυσθαι πρὸς ἄλλην ζώσης ἐκείνης. καὶ ἐπὶ γυναικὸς δὲ τοῦ ἴσον. καὶ ὁ μὲν νόμος τὴν προφανῆ μοιχείαν ἀπεκώλυσεν, ὅτε τὴν ἐνοικοῦσαν ἑτέρῳ τις διαφθείροι. ὁ δὲ Σωτὴρ καὶ τὴν οὐχ ὁμολογουμένην παρὰ πᾶσιν οὐδὲ γινωσκομένην τῇ φύσει διελεγχομένην κατέκρινε. καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος πρὸς τοὺς Φαρισαίους καὶ ταῦτα τὸν σωτῆρά φησιν εἰρηκέναι· ὁ Μάρκος, δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς. οὐκ ἔστι δὲ ἐναντίον. ἐνδέχεται γὰρ καὶ τούτοις κἀκείνοις ταῦτα εἰρηκέναι. ὑπομιμνήσκειν δὲ ἡμᾶς δοκεῖ ὁ Μάρκος ὡς πρὸς τούτοις οἱ μαθηταὶ περὶ τούτου ἐπηρώτων τὸν Ἰησοῦν, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτοῖς.

ΤΟΛΩΣ. Ὁ μὲν Ματθαῖος πρὸς τοὺς Φαρισαίους φησὶ ταῦτα λέγεσθαι· ὁ δὲ Μάρκος πρὸς τοὺς ἀποστόλους· οὐδὲν γὰρ ἄτοπον·

ἀτοπῶ· ἐπεὶ καὶ πρὸς τούτους κἀκείνους ἐνδέχεται τὰ τοιαῦτα λέγεσθαι· μοιχείαν δὲ καλεῖ ἐνταῦθα οὐχ ἁπλῶς τὴν ἐν τῷ νόμῳ λεγομένην· ἀλλ' ὅταν τις τὴν ἰδίαν καταλιπὼν γυναῖκα ἑτέραν γαμήσῃ· τοῦτο τοίνυν ἐν μὲν τῷ νόμῳ οὐκ ἔστι μοιχεία. γέγραπται γὰρ διὰ τὴν τῶν Ιουδαίων σκληροκαρδίαν· τῇ δὲ ἀληθείᾳ μοιχεία ἐστὶν, ὥς φησιν ὁ Σωτήρ.

interrogatum seorsum à Discipulis de illa quæstione Iesum, hæc dixisse memorat.

TOLOSANI. Matthæus hæc affirmat ad Pharisæos esse dicta, Marcus ad Apostolos. Quæ nequaquam dissident. Facile enim & his & illis talia potuerunt dici, ut & dicta constat. Adulteriũ porrò hic vocat non illud distinctè in Lege prohibitum alieno toro vitiũ oblatum, sed aliam quandam Lege non expressam flagitij speciem, quo quis propria uxore repudiata aliam duxerit. nam hoc quidem adulterium in Lege non vocatur se se ad duritiem iudaicorum cordium accomodante: verè id tamen adulterium est, ut hic Salvator docet.

„ Καὶ προσέφερον αὐτῷ παιδία, „ ἵνα ἅψηται αὐτῶν. οἱ δὲ μαθηταὶ „ ἐπετίμων τοῖς προσφέρουσιν.

„ Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἠγανάκτησε, „ καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ἄφετε τὰ παιδία „ ἔρχεσθαι πρὸς με, καὶ μὴ κωλύετε „ αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασι- „ λεία τοῦ Θεοῦ.

„ Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέ- „ ξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, „ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν.

„ Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, „ τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὰ, ηὐλόγει „ αὐτά.

13. Et offerebant illi parvulos, „ ut tangeret illos. Discipuli autẽ „ comminabantur offerentibus.

14. Quos cùm videret Iesus, „ indignè tulit, & ait illis: Sinite „ parvulos venire ad me, & ne „ prohibueritis eos: talium enim „ est regnum Dei.

15. Amen dico vobis, quisquis „ non receperit regnũ Dei velut „ parvulus, non intrabit in illud.

16. Et complexans eos, & im- „ ponens manus super illos, be- „ nedicebat eos.

ΑΥΤΟΥ. Ἰδίων τοῦ δημιουργοῦ ὁ τοῖς ἑαυτοῦ ποιήμασι χαίρειν, καὶ τὴν πρόσοδον αὐτῶν τὴν πρὸς ἑαυτὸν μὴ ἀποκωλύειν, καὶ μάλιστα τοῦ κωλύοντος οὐκ ὄντος. μόνη γὰρ κακία καὶ διαφθορὰ τῆς δημιουργίας ἀποκωλύει παρελθεῖν τῷ δημιουργῷ· ὁ δὲ τῆς φρονήσεως ἐνδεὲς οὐ κωλυτικὸν τῆς προσόδου. πλήρωσιν γὰρ ἐπιζητεῖ· ταύτην δὲ πρόσοδος χαρίζεται. διὸ καὶ ἀκριβὴς ἡ λέξις, τῶν τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. οὐ γὰρ τούτων εἶπεν, ἀλλὰ τῶν τοιούτων. ἐπειδὴ πρόσεστι καὶ ὁ τῆς φρονήσεως ἐνδεὲς τοῖς παισίν. οὗπερ ἀποτρέπων ὁ ἀπόστολος ἔλεγε, μὴ παιδία γίνεσθε τῇ φρε-

EIVSDEM. Proprium Creatoris est suis ipsius delectari creaturis: & earum ad se accessum non prohibere: maximè ubi nulla prohibendi causa est: qualis esset malitia qua opus Creatoris perversè corrumpitur: quæ sola creaturæ ad Creatorem intercludit accessum. non autem defectus sapientiæ, qui cernitur in pueris. hic enim potiùs defectus complementum suũ postulat: cujus cùm ipse ad autorem accessus instrumentum sit, invitatur potiùs ea ratione Creator ad

eos

eos facilè accipiendos, cùm ad se veniunt. Illa igitur exacta locutio est: *Talium est regnum Cœlorum*. non horum, sed talium. qui quoad decet & par est, sunt similes parvulis. non in defectu prudentiæ, quem Apostolus excludens, ait: *nolite pueri effici sensibus*. Disertius porrò exprimit hic Evangelista, velut interpretans, causam dicti, dum scribit, Talium est enim regnum Cœlorum. quæ verò causa erat Discipulis pueros repellendi? quod id putarent dedecere dignitatem suam, & Magistri sui. quid igitur ipse? docet ipsos modestiam sectari, & conculcare mundanum fastū. pueros verò admittit & complexatur, & talibus regnum Cœlorum promittit. nam omni vitio munda est anima pueri, nec in eos iram servat qui se læserunt; & à matre flagellatus, illam requirit, illam omnibus præfert. Si ei Reginam diademate fulgentem offeras, haud eam præhabeat matri pannosæ: sed eam cum ijs; quibus squallet centunculis malet intueri, quàm Imperatricem cultu exornatam regio. Idem nihil supra necessaria quærit. & ubi lactis quantùm opus est suxit, ultrò avertit se à mamma. nec damno rei familiaris fortè facto movetur, aut similibus. Non percellitur visu formosorum corporum. Ideò dixit: *Talium est regnum* &c. ut nos inducat ad ea studio conanda quæ pueri natura faciunt. Pulchrè autem eos complexus, bene dicebat. Rursus enim velut in ulnas Conditoris, ab eo separata casu primævi lapsus, redibat creatura. Imponit porrò manus pueris, ista impositione manuum divinæ potestatis adhibitionem declarat. ἐπεξῆλθε δὲ ὁ παρὼν διαλεγόμενος τὴν αἰτίαν λέγων, ἡμῖν οἷον ἐρμηνεύων, ὅτι τῶν τοιούτων γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία. τίνος δὲ ἕνεκεν ἀπεσόβησε τὰ παιδία καὶ μαθητάς; ἀξιώματος ἕνεκεν. τί γὰρ ἂν αὐτούς; διδάσκει αὐτοὺς μετριάζειν καὶ τύφου καταπατεῖν κοσμικοῦ. τὰ παιδία δὲ λαμβάνει καὶ ἀγκαλίζεται καὶ τοῖς τοιούτοις ἀπαγγέλλει τὴν βασιλείαν. καὶ γὰρ πάντων τῶν παθῶν καθαρεύει ἡ ψυχὴ τοῦ παιδίου, καὶ τοῖς λελυπηκόσιν οὐ μνησικακεῖ. ὑπὸ τῆς μητρὸς μαστιχθεὶς ταύτῃ δρέπεται, καὶ πάντων αὐτὴν προτιμᾷ, κἂν βασιλίδα δείξῃς μετὰ διαδήματος, οὐ προτίθησι τῆς μητρὸς ῥάκια προβεβλημένης. ἀλλ' ἐλθὼν μᾶλλον ἐκείνῃ ἰδεῖν μετὰ τούτων, ἢ τὴν βασιλίδα μετὰ κόσμου. καὶ τῶν ἀναγκαίων οὐδὲν πλέον δρέπεται, ἀλλ' ὅσον ἐμπλησθῆναι τοῦ μαθεῖν, καὶ ἀφίσταται τῆς ἡλικίας. οὐ λυπεῖται ἐφ' οἷς ἡμεῖς, οἷον ὑπὲρ ζημίας χρημάτων καὶ τοῖς τοιούτοις. οὐ πλοεῖ πρὸς κάλλη σωμάτων. διὰ τοῦτο εἶπε, τῶν τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία, ἵνα τῇ προαιρέσει παῦτα ἐργαζώμεθα, ἃ τῇ φύσει τὰ παιδία ἔχει. καλὸν δὲ καὶ ὁ ἀγκαλισάμενος αὐτὰ κατηυλόγησε. πάλιν γὰρ ὥσπερ εἰς ἀγκάλας ἐπανάγεται τοῦ δημιουργοῦ ὁ ποίημα χωρισθὲν αὐτοῦ, κατ' ἀρχὰς δὲ ἐκπεπλωκώς. ἐπέτιθει δὲ τὰς χεῖρας τοῖς παιδίοις, τὴν ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν διδασκούσης τὴν τῆς θείας δυνάμεως ἐπίθεσιν ἢ ὁ ἔργῳ ὁ ἑαυτοῦ τελειοῖ. ὁ δὲ σχῆμα κοινὸν καὶ τὴν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιτίθεσθαι τὴν τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως ποιεῖ ὁ Χρυσός, ἢ μὴ τὴν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐνεργεῖ. Θεὸς γὰρ ὢν τὰ ἀνθρώπινα ἐθεράπευσεν ὡς ἄνθρωπος τελείως.

ΤΟΛΩΣ. Καὶ προσέφερεν αὐτῷ, φησὶ, παιδία ἵνα ἅψηται αὐτῶν. οἱ δὲ μαθηταὶ τοὺς προσφέροντας ἐκώλυον τιμῆς ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν Κύριον. ἰδὼν δὲ ὁ Σωτὴρ καὶ βουλόμενος πάντος καὶ κενοδοξίας ἀπαλλάξαι τοὺς μαθητὰς

θητὰς ἐναγκαλίζετο μᾶλλον αὐτὰ καὶ τούτων ἔτι τὴν βασιλείαν ἐπαγγέλλετο· καθαραὶ γὰρ εἰσι κακίας αἱ τῶν παίδων ψυχαί· ἀλλ' οὐ λόγῳ οὐδὲ προαιρέσει· κἀντεῦθεν ἡμᾶς διδάσκει ἃ ἐκεῖνα φύσει ποιεῖ καὶ οὐ προαιρέσει, ἡμᾶς λόγῳ τε καὶ ἐπιστήμῃ ἐργάζεσθαι· δεικνύει δὲ ἡμῖν καὶ διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως τὴν ἄῤῥητον αὐτοῦ καὶ ἄφατον δύναμιν· καὶ ὡς καθαρτική τε καὶ τελειωτικὴ τυγχάνει αὕτη. Καὶ ὅτι Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος ἀληθινός. καὶ πάντα ἐνεργεῖ μετὰ τῆς τοῦ θατέρου κοινωνίας. τουτέστι τὰ μὲν θεῖα μετὰ τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ φύσεως ἐνεργῶν· τὰ δὲ σωματικὰ καὶ ἀνθρώπινα μετὰ τῆς θείας αὐτοῦ καὶ ἀϊδίου φύσεως ἐκτελῶν.

rante qua opus ipsa suum perficit. cæterùm gestus ille quidem impositionis manuum, comunis & vulgò erat usitatus: non tamen erat usitata peculiaris quædam vis & efficacia, quam per eam transmittebat Christus; quippe qui Deus cùm esset, humana operabatur, ut homo perfectus & divinus.

TOLOSANI. *Et offerebant*, inquit, *illi parvulos*, *ut tangeret illos*: Id verò Discipuli quasi Domino minus honorificum prohibebant. quo animadverso Salvator, ut Discipulos tumore omni ac superbia liberaret, oblatos puerulos ultrò complexatur, & horum regnum Cœlorum esse pronunciat. Puræ scilicet à malitia sunt animæ puerorum: tametsi non illæ quidem ratione ac consilio innocentiam nactæ. quare hic docemur, quod illis naturæ quodam bono contingit non electione ulla, id nos ut arbitrio judicioque, atque industria laudabiliùs assequamur. Ostendit autem nobis illa impositione manuum arcanam, atque ineffabilem virtutem suam, quæ ad purgandum eadem, atque ad perficiendum valet. Seque hoc ipso probat Deum esse verum simul & hominem, mutua communicatione proprietatum utriusque ad omnia ex æquo potens. Ita ut & quæ divinæ naturæ sunt propria per humanam operetur: & corporea atque humana per divinam æternamque naturam efficiat.

„ Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν, „ προσδραμών τις καὶ γονυπετήσας „ αὐτὸν ἐπηρώτα αὐτὸν, διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον „ κληρονομήσω;

17. Et cũ egressus esset in viã, „ procurrens quidã genuflexo ante eum, rogabat eũ, Magister bone, quid faciam ut vitam æternam percipiam?

ΤΟΛΩΣ. Ὡς κακόν τινα καὶ τὸν τρόπον μοχθηρότατον ἔνιοι τὸν παρόντα ἄνθρωπον διαβάλλουσιν· ἀλλὰ καὶ ὡς ὕπουλον καὶ πειραστὴν προσελθόντα τῷ Κυρίῳ. οὐκ ὀρθῶς· ἀλλ' ὡς φυλάργυρον μὲν ἴσως αὐτὸν καὶ φιλοχρήματον ὄντα ἔξεστι διαβάλλειν. οὐ μὴν γε ὕπουλον ἢ πονηρόν· Καὶ γὰρ ὁ Εὐαγγελιστής φησιν· ἐμβλέψας αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς ἠγάπησεν αὐτόν. εἰ τοίνυν πειράζων προσ-

TOLOSANI. Hunc hominem ut malitiosum quendam ac moribus improbissimis aliqui criminãtur: sed & ut subdolum dissimulandi artificem, qui insidiosè ac tẽtandi animo ad Dominum accesserit. non rectè. nam una ille premi accusatione ex vero potest cupiditatis atque avaritiæ. Fraudulenti quidem ac maligni crimine

liberat illum, quod Evangelista scribit: *Intuitus eum Iesus dilexit eum*. quod utique nec diceret Marcus, nec Iesus faceret, si tentabundus hic & insidiandi consilio venisset. Nec illud item his cohæret quod additur, ipsũ hunc hominem ob ea quæ audierat mœrentem abscessisse.

ἦλθεν, ὑκ ἂν ἔλεγεν ὅτι ἠγάπησεν αὐτὸν ὁ Ιησῦς. ὑ δ' ὅτι λυπούμενον ἀπῆλθεν ἐφ' οἷς ἤκουσεν.

18. Iesus autem dixit ei, Quid
„ me dicis bonum? nemo bo-
„ nus, nisi unus Deus.

„ Ο δὲ Ιησῦς εἶπεν αὐτῷ, τί με
„ λέγεις ἀγαθόν; ὑδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ
„ εἷς ὁ Θεός.

ANONYMI. Hominem cernens, ut ad hominem accedit, ut hominem interrogat. Iesus autem in hoc eum convincens imperitiæ, ait: Solus Deus verè bonus est. cur ergo tu ad me ut merum hominem accedens, Bonum appellas, cùm ista uni Deo propria reservãda sit appellatio? quod si me nosti Deum esse, ac consequenter iure bonum vocas, cur ad me ut merũ hominem accedis? aut cur nihil in me homine majus credens Deo peculiarem dignitatem homini attribuis? Est igitur hoc Christi dictum convictio imperitiæ sic alloquentis se, non suæ professio divinitatis.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ ἄνθρωπον βλέπει, ὡς ἀνθρώπῳ προσέρχεται, ὡς φιλὸν ἄνθρωπον ἐρωτᾷ. Ιησῦς δὲ ἐξελέγχων ὡς ἀμαθῆ, φησι, μόνος ἀγαθὸς κατ' ἀλήθειαν ὁ Θεός. τί τοιγαροῦν ὡς ἀνθρώπῳ προσπελθών, τῷ μόνῳ πρεσὸν τῷ Θεῷ κ) φύσιν, ἐμοὶ προσπίθης ἀγαθὸν ἀποκαλῶν; εἷς γάρ ἐστιν ὁ φύσει ἀγαθὸς, Θεὸς δηλαδή. εἰ μὴ οὖν οἶδάς με Θεὸν ὄντα, φησὶ, κμὴ ἁπλῶς τοῦτο ἀγαθὸν, ὅτε δὴ χάριν ὡς ἀνθρώπῳ προσέρχῃ φιλῷ; εἰ δὲ ὑ πιστεύεις εἶναί με Θεὸν, ἀλλ' ἄνθρωπον εἶ) φιλὸν, τί δήποτε τῷ Θεῷ πρέπων ἀξίωμα μόνῳ προσάπτεις ἀνθρώπῳ. ἔλεγχος οὖν ἀμαθίας ὃ εἰρημένον ἐστὶν, ὑ θεολογίας ἔκφανσις.

19. Præcepta nosti, Ne adulte-
„ res, Ne occidas, Ne fureris, Ne
„ falsum testimonium dixeris, Ne
„ fraudem feceris, Honora patrem
„ tuum & matrem.

20. At ille respondens ait illi,
„ Magister hæc omnia observavi
„ à juventute mea.

21. Iesus autem intuitus eum,
„ dilexit eum, & dixit ei, Vnum
„ tibi deest: vade, quæcumq; ha-
„ bes vende, & da pauperibus, &
„ habebis thesaurum in Cœlo: &
„ veni sequere me.

„ Τὰς ἐντολὰς οἶδας, μὴ μοιχεύσῃς, μὴ φονεύσῃς, μὴ κλέψῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, μὴ ἀποστερήσῃς· τίμα τὸν πατέρα σου κμὴ τὴν μητέρα.

„ Ο δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, διδάσκαλε, ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου.

„ Ο δὲ Ιησῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτὸν, κμὴ εἶπεν αὐτῷ, ἓν σοι ὑστερεῖ· ὕπαγε· ὅσα ἔχεις πώλησον, κμὴ δὸς τοῖς πτωχοῖς, κμὴ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ. κμὴ δεῦρο ἀκολούθει μοι αἴρας τὸν σταυρόν.

ΤΟΛΩΣ.

Digitized by Google

ΤΟΛΩΣ. Διατί ἀποκρίνεται αὐτῷ ἐρωτήσαντι ὁ Χριστός· οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; δῆλον γὰρ ὅτι ὡς ἀνθρώπῳ διελέγετο αὐτῷ, καὶ οὐχ ὡς Θεῷ· τί οὖν οὐκ ἔστι τίς ἄνθρωπος ἀγαθός; ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀγαθότητα ἀφορῶν ὁ Σωτὴρ εἴρηκεν αὐτῷ ταῦτα· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ὑπάρχουσαν ἀγαθότητα. ἥτις καὶ ἁπλῶς ἀγαθότης λέγεται καὶ πηγὴ ἀγαθότητος. πρὸς οὖν ταύτην βλέπων ὁ Σωτὴρ λέγει τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ. οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός· εἶτα εἰπόντος τοῦ Σωτῆρος πρὸς αὐτόν· φύλασσε τὰς ἐντολάς. αὐτὸς ἀπεκρίνατο λέγων· ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου. διὸ καὶ ἠγαπήθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ὥς φησιν ὁ Εὐαγγελιστής· καὶ ἤκουσε παρ' αὐτοῦ· εἰ θέλεις τέλειος γενέσθαι πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σοι καὶ δὸς πτωχοῖς.

TOLOSANI. Cur respondet ipsi interroganti Christus: *Nemo bonus nisi solus Deus*. nimirum patet istum ita egisse cum Christo, ut eum hominem putaret nõ Deum. Quid tum verò, dicat aliquis. an nemo est homo bonus? sit sanè aliqua hominum bonitas quamdiu spectatur sola. comparatione quidem ad ineffabilem ac superexcellentem Dei bonitatem, quę & simpliciter bonitas dicitur, & bonitatis fons est omnis, evanescit humana bonitas, quam ideo negare videtur ullam esse sic loquens Dominus & isti homini respondens: *nemo bonus nisi solus Deus*. Qui homo Salvatore sibi postea dicente, Serva mandata, respondit dicens: *Hæc omnia observavi à juventute mea*: quapropter dilectum eum à Domino Evangelista notat. audivisseque ab ipso: Si vis perfectus esse, vende quæ habes & da pauperibus.

„ Ὁ δὲ συγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ;
„ ἀπῆλθε λυπούμενος. ἦν γὰρ ἔχων
„ κτήματα πολλά.

22. Qui contristatus in verbo,
„ abiit mœrens: erat enim habens
„ multas possessiones.

ΑΥΤΟΥ. Ὅθεν οὐκ ἐννεγκὼν ἐκεῖνος τῆς ἐντολῆς τὸ βάρος, καὶ ἀσθενήσας περὶ τὴν ἀρετὴν, ὀχλάζει περὶ τὸ πρόσταγμα. ἀπῆλθε γὰρ λυπούμενος. ποῖος οὖν ἦν ἐνθάδε θεολογίας καιρός; ἐρωτήσαντι γὰρ τί ἄρα ποιήσας ἔσται καὶ αὐτὸς τοῖς σωζομένοις ἐναρίθμιος; ποῖον ἔχει λόγον μὴ ὅπερ ἐζήτησε μαθεῖν· ἀλλ' ἀποκαλύψαι μᾶλλον ἕτερόν τι παρὰ τὸ ἐκείνῳ ποθούμενον; πῶς δὲ οἷόν τε ἦν τὸ ἐνεγκεῖν οὐκ ἰσχύοντα ἐντολῆς εὐαγγελικῆς φορτίον, τὸ ὑπὲρ πάντα διδάσκεσθαι μυστήριον, οὕτως ἀτονοῦντα περὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἄφεσιν, ὡς μηδὲ λόγῳ δύνασθαι ταύτην χωρεῖν; λελύπηται γὰρ, ὡς γέγραπται.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τινὲς δέ-

EIVSDEM. Vnde impar ferendo talis mandati oneri, quippe imbecillus & malè paratus à virtute, ad sequendi præceptum claudicat. *Abijt*, enim, *mœrens*. qui ergo locus hic esset tradendæ de Christi divinitate doctrinæ? nam quærentem: quid faciendo salvus fieret? quid attinebat non docere quod petebat: sed revelare potius aliud longè diversum ab eo quod desiderabat? quomodo autem qui præcepti evangelici ferre pondus non valuit, potuisset capere mysterium supra cuncta cætera excellens? Homo inquam adeò remissus ac languidus in desiderio summi boni;

ut ne mentionem quidem ejus ſuſtinuerit? contriſtatus enim abijt mœrens, ut ſcriptum hic eſt.

VICTORIS ANT. Quidam adoleſcentem hunc traducunt ut ſubdolum quemdam, ac malum; qui ad Chriſtum acceſſerit ejus tẽtandi cauſa? Ego avarum & deditum pecuniæ dicere hunc non dubitaverim: Chriſto utique autore, qui eum talis vitij convicit: ſubdolum non dixerim; quippe quem & Marcus ab hac ſuſpicione purget: dum ait procurriſſe, & genuflexo Chriſtum rogaſſe. tum Ieſum in ipſum intuitum, dilexiſſe illum. Cur igitur ſic illi reſpondit Chriſtus, dicens: *nemo bonus niſi ſolus Deus*? quoniam ut ad hominem acceſſerat, habens ipſum pro uno aliquo è Iudaicis Magiſtris. propterea enim ei ut homini loquitur. Enimverò ſæpè Dominus ad arcanas cogitationes accedentium ad ſe reſponſiones ſuas accomodabat. ut quando dicit: *nos adoramus quod ſcimus*. &: *ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum verum eſt*. quando autem dicit: *nemo bonus*, excludit à bonitate omnes homines; non omninò, ita ut ullam bonitatis partẽ eſſe in quovis hominum neget: ſed in comparatione divinæ bonitatis, cui humana collata, nulla eſſe videatur. Propterea addidit: *niſi ſolus Deus*. & non dixit: *niſi Pater meus*. ut diſcas, nequaquam ipſum ſe revelaſſe huic iuveni. Conſidera porrò quam is paratum ſe hactenus exhibuerit ad obedientiam mandatorum. non enim dixit: *quomodo ingrediar in vitam* &c.? ſed, *quid faciendo*? adeo promptus & expeditus erat ad opere explendum quod

Ioan. iv.

βάλλουσι τῷ νεανίσκῳ τοῦτον ὡς ὑπουλόντινα καὶ πονηρὸν, καὶ μετὰ πείρας τῷ Ιησοῦ προσελθόντα. ἐγὼ δὲ φιλάργυρον αὐτὸν οὐκ ἂν παραιτησαίμην εἰπεῖν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς τοιοῦτον αὐτὸν ὄντα ἤλεγξεν. ὑπουλὸν δὲ οὐδαμῶς, διὰ δὲ καὶ τὸν Μάρκον ταύτην ἀνῃρηκέναι τὴν ὑποψίαν. καὶ δραμὼν γάρ φησι, καὶ γονυπετήσας παρεκάλει. καὶ ὅτι ἐμβλέψας αὐτῷ ὁ Ιησοῦς ἠγάπησεν αὐτόν. διατί οὖν οὕτω πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο ὁ Χριστὸς, λέγων, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; ἐπειδὴ ὡς ἄνθρώπῳ προσῆλθε καὶ ἑνὶ τῶν πολλῶν διδασκάλων Ιουδαϊκῶν. διὰ τοῦτο γὰρ ὡς ἄνθρωπος αὐτῷ διαλέγεται. καὶ γὰρ πολλαχοῦ πρὸς τὰς ὑπονοίας προσιόντων ἀποκρίνεται. ὡς ὅταν λέγῃ, ὑμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν, καὶ, ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἐστὶν ἀληθής. ὅταν οὖν εἴπῃ, οὐδεὶς ἀγαθὸς, τοῦτ' ἔστιν, οὐδεὶς ἀνθρώπων. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀποστερῶν ἀγαθότητος τοῦτο λέγει. ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος. διὸ καὶ ἐπήγαγεν, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. καὶ οὐκ εἶπεν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου, ἵνα μάθῃς οὔτι οὐκ ἐξεκάλυψεν ἑαυτὸν τῷ νεανίσκῳ. σκόπει γοῦν πῶς ἦν παρεσκευασμένος τέως πρὸς τὴν τῶν ἐπιταγπάτων ὑπακοήν. οὐδὲ γὰρ εἶπε, πῶς εἰσέλθω εἰς τὴν ζωήν; ἀλλὰ, τί ποιήσας; οὕτως ἕτοιμος ἦν πρὸς ἐργασίαν τῶν λεχθησομένων. εἰ δὲ πειράσων προσῆλθεν, ἐδήλωσεν ἂν ἡμῖν καὶ τοῦτο ὁ Ευαγγελιστὴς, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ποιεῖ. εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐσίγησεν, αὐτὸν οὐκ εἴασε λαθεῖν, ἀλλ' ἤλεγξεν ἂν σαφῶς, ἢ καὶ ἠνίξατο. εἰ πειράσων προσῆλθεν, οὐκ ἂν ἀπῆλθεν λυπούμενος ἐφ' οἷς ἤκουσεν. ἐπιθυμεῖ οὖν τῆς ζωῆς, κατέχεται δὲ πάθει χαλεπωτάτῳ. καὶ ἕξεις, φησὶν ὁ Ιησοῦς, θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ. ἰδὲ πόσα βραβεῖα, ἰδὲ πόσους στεφάνους τίθησι τῷ σταδίῳ τούτῳ. εἰ δὲ ἐπείραζεν ἐκεῖνος, οὐκ ἂν αὐτῷ ταῦτα

εἶπεν

εἶπεν ὁ Σωτήρ· νυνὶ δὲ καὶ λέγει, ὥστε αὐτὸν ἐφελκύσασθαι καὶ τὸν μισθὸν αὐτῷ δείκνυσι πολὺν ὄντα· καὶ γὰρ τῷ ἀκολουθεῖν αὐτῷ μεγάλη ἀντίδοσις. καλῶς δὲ οὐχὶ ζωῆς ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ θησαυροῦ. ἐπειδὴ γὰρ περὶ χρημάτων ἦν ὁ λόγος, προστίθησι δὲ τοῖς οὖσι πλείονα ὧν ἐκέλευσε παρασχεῖν, καὶ τοσοῦτον μείζων, ὅσου γῆς ὁ οὐρανός. ὁ δὲ συγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. οὐχ ὁμοίως κατέχονται τὰ ὀλίγα ἔχοντες, καὶ τὰ πολλά. ἡ γὰρ προσθήκη τῶν ἐπεισιόντων, μείζονα ἀνάπτει τὴν φλόγα, καὶ πενεστέρους ἐργάζεται τοὺς κτωμένους. σκόπει οὖν καὶ ἐνταῦθα ποίαν ἐνεδείξατο τὴν ἰσχὺν τοῦ πάθος. τὸν γὰρ μετὰ χαρᾶς προσελθόντα καὶ προθυμίας, ἐπειδὴ ἐκέλευσε ῥίψαι τὰ χρήματα, οὐδὲ ἐννοῆσαι τὴν ζωὴν εἴασεν, ἀλλὰ συγνὸν ἐποίησε.

ipsi diceretur. nec tentandi gratia accessit. Significasset enim nobis hoc Evangelista, ut & in alijs solet facere, si hoc animo hic juvenis venisset. nec ei profuisset ad latendum, si qua in hoc uteretur, dissimulatione. quantumvis ille sileret, manifestasset ejus arcanas insidias clarè scriptor sacer, aut certè subindicasset. Præterea si tali consilio accessisset, non recessisset postea contristatus & mœrens ob ea, quæ audivit. Cupit igitur vitam æternam. sed laborat morbo animi vehementissimo. *Et habebis*, inquit Iesus, *thesaurum in Cœlo*. vide quanta præmia, vide quales coronas proponat in hoc stadio certantibus. quod si tentaret ille, non utique hæc illi Salvator diceret. nunc autem dicit ut illum pertrahat. & mercedem ipsi ostentat multam & magnam. Etenim sequenti Iesum ingens servatur remuneratio. Scitè autem non vitæ meminit, sed thesauri. quoniam de pecunia sermo præcesserat, quam ex patrimonio vendito redactam dari pauperibus suaserat. Addit autem si obtemperaret sibi, quæ habebat largiendo, plura quam ea forent quę sic spargeret, se illi repositurum; ac tantò majora, quantò præstantius terra Cœlum est. *Ille autem contristatus sermone* &c. non similiter tenentur qui pauca habent, ac illi qui multa possident. nam adjectio supervenientiũ majorem accedit flammam, possessoresque eò reddit egèntiores quò plus habent. cerne hic præsenti experimento quanta sit vis hujus vitij: quod hunc qui cum gaudio & alacritate accesserat, simul ei est dictum: abjiciendam esse pecuniam, ita perculit ac consternavit, ut ne meminisse quidem amplius visus sit illius, quam cupere se ostenderat, vitæ æternę: sed tristis abietit.

„ Καὶ περιβλεψάμενος ὁ Ἰησοῦς,
„ λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, πῶς δυσ-
„ κόλως τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς
„ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελεύσονται.
„ Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς
„ λόγοις αὐτοῦ.

23. Et circumspiciens Iesus, ait
„ Discipulis suis, Quàm difficile
„ qui pecunias habent, in regnum
„ Dei introibunt!
24. Discipuli autem obstupe-
„ scebant in verbis ejus.

ΤΟΛΩΣ. Εἰπὼν ὁ Σωτὴρ πρὸς αὐτὸν· πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σοι καὶ δὸς

TOLOSANI. Consilio vendendi omnia largiendique pretium egenis

egenis ſpem addit ac promiſſionē Salvator theſauri in Cœlis habendi. Quare autem nō potiùs vitam promiſit ſempiternam? nimirum cum avaro ſibi homine ac divitiarū cupido rem videbat eſſe, cui tamen cùm nuditatem contemptumque opum ſuaderet, ſolatium nimirum quæſtuoſi promiſſi objectare debuit, & pro ſua trahendarum mentium induſtria, eſcam huic propriā offerre qua pelliceretur: intelligeretque non ſe perdere, ſed fœnerare quas abjiceret divitias, magno deinde cumulatas auctu redituras. Addit Evāgeliſta, mœroris iſti quæ cauſa fuerit: *Erat enim*, inquit, *habens multas poſſeſſiones*. unde manifeſtum eſt nequaquam tam inextricabiliter impediri à divitijs qui pauca habent, ac qui plurima poſſident. *Obſtupeſcebant*, porrò inquit, *Diſcipuli in verbis ejus*. ſic ſecum ipſis dicentes: Quomodo poteſt dives ſalutem conſequi.

πλωχοῖς, προσέθηκε δὲ· ὃ ἔξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς· τίνος ἕνεκεν οὖν εἶπεν αὐτῷ· ἔξεις ζωὴν αἰώνιον· ἀλλὰ θήσαυρον ἐν οὐρανῷ; τοῦτο δὲ εἴρηκε διότι φιλοχρήματος ἦν ἄνθρωπος· ἦν δὲ καὶ ὁ λόγος αὐτοῖς περὶ χρημάτων ὧν τούτων ὁ Σωτὴρ γυμνωθῆναι παρακελεύεται. Ἀλλὰ τοῦτο καὶ προσέθηκαν αὐτῷ ταῦτα ὡς ἐρωντι αὐτῶν, καὶ δείκνυσιν ὡς οὐκ ἀφαιρεθήσεται ταῦτα, ἀλλὰ καὶ προσκτήσεται αὐτῷ πλείονα ὧν ἀπέλυσε δῆναι. προσέθηκε δὲ ὁ Εὐαγγελιστὴς καὶ τινὰ τῆς λύπης αἰτίαν· λέγων. ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά· καὶ δῆλον ὡς οὐχ ὁμοίως ἐμποδίζονται ὑπὸ χρημάτων οἱ ὀλίγα ἔχοντες καὶ οἱ πλεῖστα κεκτημένοι· εἶτα καὶ ἐθαμβοῦντο, φησὶν, οἱ μαθηταὶ ὅτι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, λέγοντες πρὸς ἑαυτούς· πῶς δύναται σωθῆναι πλούσιος;

„ At Ieſus rurſus reſpondens,
„ ait illis, Filioli quam difficile
„ eſt confidentes in pecunijs, in
„ regnum Dei introire!

„ Ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν ἀποκριθεὶς,
„ λέγει αὐτοῖς, τέκνα, πῶς δυσκολόν
„ ἐστι τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

25. Facilius eſt Camelum per
„ foramen acus tranſire, quàm
„ divitem intrare in Regnum
„ Dei.

„ Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

26. Qui magis admirabantur,
„ dicentes ad ſemetipſos, Et quis
„ poteſt ſalvus fieri?

„ Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες πρὸς ἑαυτούς, καὶ τίς δύναται σωθῆναι;

27. Et intuens illos Ieſus, ait,
„ Apud homines impoſſibile eſt;
„ ſed non apud Deū: omnia enim
„ poſſibilia ſunt apud Deum.

„ Ἐμβλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγει, παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ'
„ οὐ παρὰ τῷ Θεῷ· πάντα γὰρ δυνατά
„ ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ.

TOLOSANI. Quare alloquens Diſcipulos Dominus ait: ægrè ac difficile divitem in regnum ingreſſurum? quid enim hoc quidem ad

ΤΟΛΩΣ. Τίνος ἕνεκεν πρὸς τοὺς μαθητὰς διαλεγόμενος ὁ Κύριος λέγει. δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν· πένητες γὰρ ἦσαν καὶ μηδὲν

μηδὲν ἔχοντας. τοῦτο γὰρ ἔλεγεν· οὐχ ὡς κελεύων ἀποζῆναι τῶν χρημάτων, οὐ γὰρ εἶχεν, ὡς εἶπεν· ἀλλὰ παιδεύων αὐτοὺς μὴ αἰσχύνεσθαι πένητας ὄντας. ἔστι δὲ εἰπεῖν ὅτι οὐ τὰ χρήματα διαβάλλων ὁ Σωτὴρ ταῦτά φησιν· ἀλλὰ τοὺς ἁπλήστως χρωμένους αὐτοῖς· ἢ δυσκόλως ὑπ' αὐτῶν κατεχομένους. εἰπὼν δὲ δύσκολον εἰσελθεῖν, προϊὼν δείκνυσι καὶ ἀδυνάτον· καὶ σφοδρῶς ἀποφαίνεται οὕτως ἔχειν. καὶ τοῦτο οὐκ τῷ παραδείγματος δῆλον τῆς τε καμήλου καὶ τῆς βελόνης. διὸ καὶ μέγας δίδοται μισθὸς τοῖς πλουτοῦσί τε καὶ δυναμένοις φιλοσοφεῖν. τοῦτο δέ, φησί, Θεοῦ ἔργον ἐστί· καὶ τούτῳ πυγχάνει δυνατόν· οὐ μὴν γε ἀνθρώπῳ. Καὶ δῆλον ὅτι πολλῆς δεῖται τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ βοηθείας τε καὶ χάριτος ὁ μέλλων τοῦτο ποιήσειν.

Ενιοι δὲ ἀπορῆσαι λέγοντες· εἰ πάντα δυνατὰ τῷ Θεῷ, τὰ δὲ πάντα καλά τε ἐστὶ καὶ κακά· ἔστιν ἄρα καὶ τὰ κακὰ δυνατὰ παρὰ τῷ Θεῷ; φατέον ὡς ἐρητέον· ὅτι οὐ (συναριθμεῖται) τοῖς παρὰ τῷ Θεῷ δυνατοῖς τὰ κακά. ὅπου γὰρ Θεὸς ἐκεῖ καὶ τὰ καλὰ ἀκολουθεῖ· τὰ δὲ κακὰ ἐκ ποδῶν ἔχει. οὐ γὰρ δυνατόν ἐστι κακὸν ἀδυναμίας ἐστὶν ἐλάττων· οὐ μὴν γε δυνάμεως.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ. Τὸ, πῶς δυσκόλως λέγων, οὐ τὰ χρήματα διαβάλλει, ἀλλὰ τοὺς παρὰ τοῦ μέτρου κατεχομένους ὑπ' αὐτῶν. τί δήποτε δὲ τοῖς μαθηταῖς πένησιν οὖσιν καὶ οὐδὲν κεκτημένοις ἔλεγε, πῶς δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; παιδεύων αὐτοὺς μὴ αἰσχύνεσθαι τὴν πενίαν. εἰπὼν δὲ δύσκολον, οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ἀλλὰ μετ' ὑποπτώσεως ἐδήλωσεν ἐκ τοῦ παραδείγματος τοῦ κάμηλον καὶ τὴν βελόνην. ὅθεν δείκνυται ὅτι οὐχ ὁ πτωχὸν μισθὸς τοῖς πλουτοῦσι καὶ δυναμένοις φιλοσοφεῖν. διὸ καὶ Θεοῦ ἔργον ἔφησεν αὐτὸ εἶναι, ἵνα δείξῃ ὅτι πολλῆς δεῖται τῆς χάριτος

illos pauperes qui essent & rerum egeni omnium? Nempe id illis nō dixit tamquam juberet eos abjicere pecunias atque opes, quas ut dixi, habebant nullas: sed ut vitiosū ipsis paupertatis suæ pudorem eriperet: impetraretque ne erubescerent ob rem ita salutarem. Porrò non divitias Salvator ipsas damnare, cùm hæc diceret voluit, sed vitium eorum, qui & avidius inhiant absentibus, & adeptas cupidius amplectuntur. Cùm autem esse difficile dixisset, ut ingrederetur in Cœlum dives: sermone hinc provectus ne fieri quidem id posse indicat: graviterque id affirmat sic habere, proposita similitudine Cameli & acus. Quare præcipuam existimandum est mercedem ijs reservari, qui rem adeò difficilem perfecərint, & divitiarum usum cum studio Evangelicæ disciplinæ rara virtute conjùnxerint. Id verò, inquit, Dei opus est, & huic uni scilicet possibile; homini nō item. Equidem satis apparet quā prompto & efficaci & sæpiùs, opportunèque oblato indigeat divinæ gratiæ auxilio qui hoc facturus sit.

Hic suboritur dubitatio quibusdam hujusmodi. Si *omnia*, ut hic dicitur, *possibilia sunt Deo*, cum ea, quæ universali comprehenduntur isto nomine omnium bifariam dividantur in bona videlicet & mala, dicendum erit igitur etiam mala possibilia esse apud Deum? Quibus respondendum est, ijs quæ à Deo possunt fieri nequaquam esse accensenda mala. ubi enim Deus, eo bona ultrò sequuntur, spontèq, adsunt: mala illinc facessunt. Posse enim malum facere, summæ est impotētiæ, nullius verò potestatis.

VICTO-

VICTORIS. Illud dicens: *quã difficile* &c. non pecunias vituperat; ſed eorum vitium qui ultra modum ijs ſe teneri ſinunt. quorſum hæc autem Diſcipulis, utique pauperibus & nihil poſſidentibus differit? quid enim ad tales attinebat difficultas obtinẽdi regni Dei, quam à ſuis opibus divites patiuntur? nimirum docere ipſos voluit, quam non oporteret pudere ac pœnitere ipſos paupertatis ſuæ. nec ſatis habuit ſimpliciter dicere, difficilem eſſe divitibus ingreſſum regni. nam hãc difficultatem exaggeravit adducto exemplo Cameli tranſmittendi per foramen acus. quo demonſtravit non vulgarem & laudem & mercedem fore illorum, qui inter affluentem copiam divitiarum, & earum uſum, attendere tamen ſtudio vitæ perfectioris & virtutem exercere potuerint. Itaque Dei opus id eſſe dixit: ut oſtenderet multa opus eſſe gratia, ad illud conſummandum. quare admirantibus Diſcipulis & dicentibus: quis poterit ſalvus fieri? ipſe Dei potentiam in medium adduxit: ſignificans id perfici poſſe ſola invocatione auxilij divini per orationem ad Deum, quælibet quantumvis ardua facilè ad exitium perducentem.

τῷ τῷ μέλλοντι τοῦτο καθορθοῦν. τὴν γοῦν μαθητῶν ἀκπλαγῆναι τῶν λεγόντων, τίς δύναται σωθῆναι; αὐτὸς τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν εἰς μέσον ἤγαγε, ὅτι τοῦτο καθορθωθήσεται ὅτι μόνης εὐχῆς πρὸς Θεὸν γινομένης τῷ πάντα ῥᾳδίως περάνοντι.

28. Et cœpit ei Petrus dicere,
„ Ecce nos dimiſimus omnia, &
„ ſecuti ſumus te.

29. Reſpõdens Ieſus, ait, Amen
„ dico vobis, nemo eſt qui reli-
„ querit domum, aut fratres, aut
„ ſorores, aut patrem, aut matrẽ,
„ aut filios, aut agros propter me,
„ & propter Evangelium.

30. Qui non accipiet centies
„ tantum, nunc in tempore hoc,
„ domos, & fratres, & ſorores, &
„ matres, & filios, & agros cũ per-
„ ſecutionibus, & in ſæculo futu-
„ ro vitam æternam.

„ Ἤρξατο δὲ ὁ Πέτρος λέγειν αὐ-
„ τῷ, ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ
„ ἠκολουθήσαμέν σοι.

„ Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν,
„ ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆ-
„ κεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφάς,
„ ἢ πατέρα ἢ μητέρα ἢ γυναῖκα ἢ τέκνα,
„ ἢ ἀγροὺς ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ ἕνεκεν τοῦ
„ εὐαγγελίου·

„ Ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα
„ νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, οἰκίας, καὶ
„ ἀδελφοὺς, καὶ ἀδελφὰς, καὶ μητέ-
„ ρας, καὶ τέκνα, καὶ ἀγροὺς, μετὰ
„ διωγμῶν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρ-
„ χομένῳ ζωὴν αἰώνιον.

TOLOSANI. Cùm Petrus dixiſſet: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*; dicit ipſi Salvator; qui reliquerit aliquid magnũ aut parvum propter me, multiplicatum recipiet idipſum in hoc tẽpore, & in futuro. Quando igitur

ΤΟΛΩΣ. Εἰπόντος τοῦ Πέτρου ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτήρ· ὁ καταλιπών τι ἢ μέγα ἢ μικρὸν ἕνεκεν ἐμοῦ πολλαπλασίως λήψεται αὐτὸ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· ὅταν οὖν, λέγῃ ὃς ἀφῆκε γυναῖκα, ἢ λέγῃ ἀγα-

διαζυγῆναι παντελῶς τῆς γυναικὸς καὶ καταλιπεῖν αὐτὴν ἀπερίστατον. ὥσπερ οὐδ' ὅταν λέγῃ· ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν, προστάττει ἡμᾶς ἑαυτοὺς ἀνελεῖν· οὐ τοῦτο λέγει· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἵνα πάντων προτιμῶμεν τὴν εὐσέβειαν. καὶ τοῦτο δεῖ φυλάττεσθαι ἐπὶ γυναικὸς καὶ παίδων, ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὧν νῦν ὁ Εὐαγγελιστὴς ἡμῖν παραδέδωκε. ὃ δὲ, ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ ἕνεκεν τοῦ εὐαγγελίου, οὐδὲν διαφέρει, ὡς ὁ Μάρκος· ἢ ἕνεκεν τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ὡς ὁ Λουκᾶς· ἔστι δὲ ἡ τῶν πολλαπλασίων ἀπόλαυσις κατὰ τὴν ἀκτημοσύνην μάλιστα λεγομένη. οὐ μήν γε κατὰ τὴν κτῆσιν. οἱ γὰρ λόγῳ ἀκτήμονες, πλεῖστα κέκτηνται, ὡς μὴ δεόμενοι πλείστων· εἰ δὲ καὶ ἀδελφοὺς καὶ γυναῖκας πολλαπλασίους ζητήσεις, εὑρήσεις καὶ ταῦτα τοῖς εὐσεβέσιν εὐπόριστα οὐ κατὰ τὴν τῆς μίξεως λόγον. ὡς ἐπὶ γυναικῶν ἴσως, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς ἀγάπης λόγον, ὃν ἡμᾶς ὁ Κύριος ἐδίδαξε. δεῖ τοίνυν μὴ τοῖς γονεῦσι πείθεσθαι ἀσεβέσιν οὖσι. Καὶ τῷ τοῦ Κυρίου δόγματι ἀντικειμένοις· ἀλλὰ προτιμᾶν ἐκείνων τὴν εὐσέβειαν ὡς εἴρηται· μὴ μέντοι καὶ ἀμελεῖν αὐτῶν· καὶ μήτε τροφὰς παρέχειν, μήτε περιβλήματα. κἂν γὰρ ἀσεβεῖς ὦσιν οὐδὲν ἧττον ἀσεβὲς δὲ παντελῶς ἀμελεῖν αὐτῶν, καὶ τούτους ἐᾶν ἐν ἀσθενείᾳ τε καὶ ἀπορίᾳ διαζῆν· προστέθεικε δὲ καὶ δὲ· μετὰ διωγμῶν ἔχειν τὰ πολλαπλασίονα νῦν. καθὸ διὰ τὴν εὐσέβειαν πολλοὺς εὑρήσει γνησιοτέραν αὐτῷ ἀπονέμοντας τὴν διάθεσιν. ὃ δὲ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι· καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι. τοῦτο σημαίνει· ὅτι τῶν πρώτων εἰς δοκούντων ἔσονται πρῶτοι οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύοντες· τῶν δὲ ἐσχάτων ἔσχατοι οἵτε Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς· καὶ εἴτις ἕτερος μὴ πιστεύσας εἰς αὐτόν.

dicit: *qui dimiserit uxorem*, non dicit, separari penitus oportere disjungique à conjuge, relinquereque omni præsidio atque auxilio destitutam illam. Sicuti neque cùm dicit: *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam*, præcipit ut nos ipsos interimamus, nõ hoc, inquam, dicit. absit. sed id solùm vult docere, pietatem ac religionẽ rebus omnibus præferendam: obtinendamq; ac conservandam nobis illam utiq; tenaciùs ac fortiùs, quàm aut uxorem, aut filios, aut omninò quidvis eorum, quæ hic Evangelista memorat. Illa porrò duo, quæ continuantur hic apud Marcum, *propter me & propter Evangelium* unum prorsus & idem sonant, nec quidquam in sententia differunt ab eo quod scribit Lucas sermonem hunc eundem Christi referens: *propter regnum Dei*. Iam illa, quæ ostentatur hoc loco rerum pro Christo dimissarum multiplicata fruitio, potiùs ad æquo animo toleratum defectum ac nuditatem, quam ad copiam & frequentatam possessionem pertinet. qui enim vulgo dici pauperes solent, & nihil habentes, ij plurima possident; ut qui plurimis non egeant. Si verò & fratres & uxores multiplicatas quæras, invenies religiosos homines ac pios etiam hujus generis copia beatos: non sanè, quod mulieres attinet, complexu ac toro, sed caritatis necessitudine ac vinculo, quo fideles suos Dominus docuit inter se se colligatos esse oportere. Mens igitur hęc est mandati hujus: parentibus obtemperandum nequaquam esse, cùm ad impietatem impij trahunt: & doctrinæ Domini adversantur. tum enim sanè potior habenda religionis, quàm ipsorum ratio, ut dictum est. Non tamen in

Luc. 18. 29.

necessitate ipsorum negligendi sunt, ac nudi famelicique relinquendi. eo enim in statu positis quantumlibet impijs & cibos & vestes, cæteraque infirmitatis ac inopiæ remedia negare impium fuerit. Addidit autem & illud; *cum persecutionibus* habiturum multo plura in hoc sæculo: quoniam cùm in adversa propter religionis causam incidet, multò plures experturus est fraterno sibi animo condolentes succurrentesq; quàm quot ei materna paternaque cognatio fratres ac necessarios dederat. Illa denique appendix: *Primi novissimi, & novissimi primi*. hoc significat. Ijs qui se primos arbitrantur, priores fore illos qui credent in Christum: Illis verò qui postremi omnium habentur, posteriores inferioresq; multò futuros esse Pharisæos ac Scribas, & si qui sunt alij, qui credere in Iesum recusarint;

SCHOLIVM.

Liceat hic annotare ad illa verba: *cum persecutionibus* &c. contineri ijs prophetiam eventu postea patratam caritatis olim extituræ Christianorum erga vinctos & persecutionem fidei causa tolerantes; cujus caritatis, benignitate ac liberalitate incredibili conjunctæ, cum omnia passim Antiquitatis Ecclesiasticæ Monumenta luculentis impressa vestigijs visuntur hodièque: tum ea res adeò vulgò mirabilis, itàque pervagata ac celebris fuit, ut ejus memoria etiam Gentilium Libris consignata reperiatur. Et juvabit, ut opinor, Lectorem, videre: à Luciano, blasphemo licèt scurra, & Christianis rebus perinfenso, Evangelici hujus promissi sancitam fidem. Scripsit is cujusdam *Peregrini* vitam cognomento *Protei*, nebulonis hominis & perditi. qui cùm versutè & ficto animo Christiana sacra suscepisset, eoque nomine à persecutoribus Christianorum comprehensus conjectusque fuisset in carcerem, magno eam rem habuit quæstui. *Etenim*, inquit (Græcis abstineo brevitatis causa) *huic in custodiam tali ex causa dato genus omne ministerij atque obsequij, non perfunctoriè, sed cum studio ac perdiligenter adhibebatur. utique cùm jam à primo mane videre esset ante custodiam opperientes Aniculas, viduas quasdam & pueros orphanos. At nobiles & opulenti Christianorum pernoctabant cum eo intus, corruptis pecunia custodibus. Epulæ deinde ac cœnæ varij apparatus inferebantur. Nec à præsentibus solùm talia curabantur; sed aderant missi publicè à Christianis Civitatum Asiæ, qui eo pro ipsis coràm fungerentur officio, adjuvandi, patrocinandi, consolandi hominis. nam celeritate incredibili & norunt quid cuique hujus generis acciderit, & statim ministraturi occurrunt, nulli sumptui parcentes, nullo periculo deterriti. unde ingentem sanè collatitiæ pecuniæ proventum ea tunc vincula Peregrino attulere*. Hæc ibi, & quædam alia Lucianus; quæ facilè ostendunt; quomodo ipsarum maximè persecutionum tempore Confessores centuplum eorum quæ Christi causa reliquerant, anticipata jam hinc solutione repræsentatum haberent. etiam, prout paulò ante Expositor monebat, in matribus, fratribus & similium necessitudinibus affectuum. Nam ut disertè adjungit ibidem Lucianus: *Christiani cùm fratres omnes inter se sint ex præcepto Legislatoris ipsorum, nihil privi ac peculiaris habent, quod non quivis ipsorum libenter effundat, in occasione benè merendi de quopiam laborante*. Hoc, tanti fuit, gemino exemplo Balaamici jumenti, documentum illustre veritatis Evangelicæ ex eo expressisse qui se fuisse Asinum proprio eoque verboso professus est libro: cùm ejus tamen in Trinitatem, in Christum, in Apostolos, doctrinamque sacram scelestissimæ blasphemiæ, tetriorem fuisse belluam demonstrent.

VICTORIS. *Dimisimus omnia*, quæ omnia, ò Beate Petre? nempe arundinem, reticulum, naviculam, & artem. Hæc nobis amplo *omnium* vocabulo prædicas? Ita sanè, inquit, non ambitiosa jactantia: sed ut hac interrogatione qua-

ΒΙΚΤΩΡΟΣ. Ποῖα πάντα ὦ μακάριε Πέτρε; ἢ κάλαμον, ὃ δίκτυον, ὃ πλοῖον, τὴν τέχνην. ταῦτάμοι πάντα λέγεις; ναί φησιν. ἀλλ' οὐ διὰ φιλοτιμίαν, ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς ἐρωτήσεως ταύτης τὴν τῶν πενήτων εἰσαγάγω δῆμον, ὅτι κἂν ὀλίγα τις ἀφῇ, κἂν πολλὰ, ἕνε-

κεν

κεν αὐτοῦ, αἰώνιον θησαυρὸν λήψεται. ὅταν δὲ λέγει, ὃς ἀφῆκε γυναῖκα, οὐ τοῦτό φησιν, ὥστε διασπᾶσθαι τοὺς γάμους, ἀλλ' ὃ περὶ τῆς ψυχῆς ἔλεγεν, ὅτι ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτὴν, οὐχ ἵνα ἑαυτοὺς ἀναιρῶμεν, οὐχ ἵνα ἐντεῦθεν χωρίζωμεν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ σώματος, ἀλλ' ἵνα πάντων προτιμῶμεν τὴν εὐσέβειαν· τοῦτο καὶ ἐπὶ γυναικὸς καὶ ἀδελφῶν καὶ τῶν ἄλλων φησί. δοκεῖ δέ μοι καὶ τοὺς διωγμοὺς ἐνταῦθα αἰνίττεσθαι· ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ ἦσαν καὶ πατέρες εἰς ἀσέβειαν ἕλκοντες παῖδας, καὶ γυναῖκες ἄνδρας, ὅταν ταῦτα κελεύσωσι, φησὶ, μήτε γυναῖκες ἔστωσαν, μήτε πατέρες· ὅπερ οὖν καὶ ἀπόστολος ἔλεγεν, εἰ δὲ καὶ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωρίζέσθω. ἀναστήσας οὖν τὰ πάντα φρονήματα, καὶ ποιήσας τῷ Θεῷ ὑπὲρ πάντων θαῤῥεῖν.

le spero Christi respõsum eliciens, magnum pauperum numerum in regnum introducam: sic unoquoque persuaso; sive quis pauca, sive multa Christi causa reliquerit, cunctos pariter æterno nihilominus thesauro donandos. Cùm autem dicit: *qui dimiserit uxorem*, non jubet dissociari conjugia. Sed sic intelligendum hoc est, ut illud quod de anima præcepit: *qui perdidetit animam suam propter me*. non imperans ut nos ipsos occidamus: nec eo dicto suadens ut animam nostrã separemus à nostro corpore; sed ut rebus omnibus quantumvis caris præferamus religionem & officium in Deum. Eo sensu hæc de uxore, fratribus, & alijs dixit. videtur etiam mihi tempora persecutionum hic innuisse. In quibus cùm multi patres conaturi essent pertrahere filios ad impietatem, & uxores viros: adversus hæc pericula jam nunc præmuniens, edicit: qui vobis talia suaserint, nec patrum, nec uxorum loco sunto. quod & Apostolus dixit illis verbis: *Si verò infidelis discedit, discedat*. Vult igitur hoc loco Christus excitare omnium mentes ad adhærendum Deo super omnia. 1. Cor. 7. 15.

„ Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχα-
„ τοι, καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι.

31. Multi autem erunt primi,
„ novissimi; & novissimi, primi.

ΑΥΤΟΥ. Δεικνὺς ὅτι τῶν πρώτων εἶναι δοκούντων ἔσονται πρῶτοι οὗτοι οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύοντες καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀφέντες. ἐνταῦθα δέ μοι δοκεῖ Φαρισαίους αἰνίττεσθαι· ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν εἶπεν, ὅτι υἱοὶ τῆς βασιλείας ἔξω βληθήσονται. ἄλλοι δὲ ἐρωτῶσιν εἰ τοῖς ἀντεχομένοις χρημάτων δύσκολος ἡ σωτηρία, τοῖς ἀπολιποῦσι πάντα τίς ἡ ἐλπίς; δῆλον δὲ ἀπὸ τοῦ ὅτι τὸ, τις ἄρα δύναται σωθῆναι; περὶ πλουσίων ἐλέγετο. περὶ δὲ ἑαυτῶν εἰδέναι βούλονται τὴν ἀποκειμένην ἐλπίδα, οὐχ ὡς μεγάλα τινὰ καταλελιπότες, ἀλλ' ὡς αὐτῶν ὧν εἶχον ἐκστάν-

EIVSDEM. Ostendens ijs qui primi viderentur, priores futuros qui in se crediderint, & sua ipsorũ propter se reliquerint. quo loco mihi videtur Pharisæos innuere; uti & quando superius dixit: *Filij regni foras eijcientur*. Alij verò interrogant. si mordicus retinentibus divitias difficilis est salus, ijs qui cuncta reliquerunt, quid sperandum est? unde apparet, illud: *Quis poterit salvus fieri*? De divitibus dictum. de se autem ipsis scire volunt, quid sibi sperandum re-

servetur. non quod magna quædam reliquerint; sed quod illis ipsis paucis quæ habebant dimissis, Christum secuti sunt. At Salvator mercedem illis revelat: admittens desiderium illorũ, & caritatẽ roborans.

τες. καὶ ὁ Σωτὴρ ἀποκαλύπτει τὴν ἀνταπόδοσιν, ἀποδεχόμενος τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἀγάπην ἐπιῤῥωννύων.

32. Erant autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebant: & sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim, cæpit illis dicere quæ essent ei ventura.

33. Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotũ & Scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus,

34. Et illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget.

„ Ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἦν προάγων αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐθαμβοῦντο καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο. καὶ παραλαβὼν πάλιν τοὺς δώδεκα, ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν.

„ Ὅτι ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ τοῖς γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι,

„ Καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

EIVSDEM. Prædicit hæc necessariò Discipulis, ut maturè ipsis persuadeatur: Christum prudentem & scientem, non autem ignorantem; ac non invitum, sed volentem, ultrò ad passionem processisse. quare sæpiùs idem hoc declaravit. ut Marcus significat dicens: *Et iterum assumptis duodecim cæpit illis dicere quæ sibi ventura erant*. Hæc porrò Discipulis seorsum familiariter communicabat, quod & illi tali prænotione digni erant; & quod erat ea illis utilis futura, præmuniens eos ne turbarentur incursuris in ipsos adversis casibus. unde talia seductis à cætero multorum simul euntium comitatu, privatim ipsis disserit. prænuncians clarè futura, ac distinctè memorans baptizãdũ se baptismo

ΑΥΤΟΥ. Προλέγει τοῖς μαθητὰς ἀναγκαίως ταῦτα, ἵνα γινώσκοιαν ὅτι προειδὼς καὶ οὐκ ἀγνοῶν πέπονθε, καὶ οὐκ ἄκων ἀλλ' ἑκὼν ἐπὶ τοῦτο βαδίσας. διὸ καὶ πολλάκις τὸ τοιοῦτο προσηγόρευσεν, ὡς ὁ Μάρκος ἐπισημαίνεται λέγων, καὶ παραλαβὼν πάλιν τοὺς δώδεκα ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν. καὶ κατ' ἰδίαν τοῖς μαθηταῖς τὰ τοιαῦτα προσαποκαλύπτων οἰκείως ἐγίνετο. οὗτοι γὰρ καὶ τῆς προγνώσεως ἄξιοι, καὶ τοῦ μὴ θορυβηθῆναι τοῖς πάθεσιν. ὅθεν χωρὶς αὐτοῖς διαλέγεται πολλῶν καὶ ἄλλων συνοδοιπορούντων. λέγει δὲ καὶ σαφῶς τὰ ἐσόμενα καὶ τὸ ἐμβαπτισθῆναι δὲ ἀπεμνημόνευσεν, ἵνα μηδὲν ᾖ παρασεσιωπιμένον οἱ διὰ τὸ μὴ προεγνῶσθαι παράξει τοὺς ἐξαίφνης ὁρῶντας. ἴασις δὲ τούτων τὸ, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. ἀναγκαῖον δὲ προσαπεμνημόνευσεν ὁ Λουκᾶς καὶ τὸ

ἐκ

ἐκ προφητῶν δ' τελεθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου. μέγιστον γὰρ εἰς παραμυθίαν δ' καὶ διὰ τῶν προφητῶν προειρῆσθαι τὴν σωτῆρα τοιαῦτα μέλλοντα πάσχειν, ἵνα ὅταν τὰ σκυθρωπὰ ταῦτα ἐξέλθῃ, καὶ τὴν ἀνάστασιν ἐντεῦθεν προσδοκήσωσι.

ΤΟΛΩΣ. ἵνα μὴ θορυβηθῶσιν οἱ Ἀπόστολοι ὁρῶντες τὰ πάθη τοῦ Κυρίου, προλέγει αὐτοῖς ταῦτα. καὶ τοῦτο πολλάκις ποιῶν βεβαιοτέρους ἀπετέλεσεν αὐτοὺς· ἵνα ὅταν ἥξει τοῦ πάθους ὁ καιρὸς, πιστεύσωσιν ὅτι ἑκὼν πάσχει, ὡς προεγνωκὼς ταῦτα καὶ προειπὼν αὐτοῖς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον ὧν ἔμελλε παθεῖν προαγορεύει αὐτοῖς δ' τε ἐμπαιχθῆναι, καὶ ἐμπτυσθῆναι, καὶ τελέως ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι· ταῦτα πάντα προαγορεύει ἵνα μάθωσιν, ὅτι ἑκὼν μέλλει παθεῖν· ἤδη δὲ καὶ τὰς τῶν προφητῶν ῥήσεις εἰς μέσον ἄγει· ἵν' ὅταν τὰ σκυθρωπὰ ἐπιστῇ, μεγίστην παραμυθίαν ἕξουσι τὰς τοῦ Κυρίου προῤῥήσεις καὶ αὐτῶν τῶν προφητῶν.

passionis, ut nihil eorum quę deinde erant eventura, tacitum antea nec præcognitum, subita eos nec opinata turbaret novitate. Medicina verò cunctorum horum illa erat resurrectionis adjuncta mentio: *& tertia die resurget*. Necessariò & illud admonitũ, quod Lucas refert, consummanda in his cuncta quæ Prophetæ prædixissent eventura Filio hominis. magnum enim ad consolationem habebat pondus hoc habere perspectum: prævidisse ac prænũciasse Prophetas talia passurum Christum. ut cũ tristia illa incidissent, Resurrectionem pariter prædictam, inde secuturam expectarent.

TOLOSANI. Ne turbarentur Apostoli videntes passiones Domini, prædicit ipsis eas: atque hoc subinde faciens, firmiores ipsos reddit, quò deinde adveniente passionis tempore minimè dubitent, quin volens patiatur, quem meminerint hæc eadem quæ nunc experiretur sibi eventura, sępè prodidisse. In quo etiam diligens esse voluit enumerandis generibus varijs malorum. Illudendum quippe se ait à Iudæis, ac flagellandum conspuendumque, ac demum interficiendum. verùm tertia mox die à mortuis resurrecturum. Hæc, inquit, prædicit & prædicat omnia ut intelligerent discipuli, libenter ac volenti animo, cogenteque nemine, passurum ipsum. Iam verò & Prophetarum voces idipsum docentes in mediũ profert: ut tristi postmodum ingruente tempore, ad consolationis cumulum haberent supra prædictiones sui Domini, etiam ijs consentientes aliorum Prophetias divinorum vatum.

„ Καὶ προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκω-
„ βος καὶ Ἰωάννης, οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου,
„ λέγοντες, διδάσκαλε, θέλομεν ἵνα
„ ὃ ἐὰν αἰτήσωμεν, ποιήσῃς ἡμῖν.
„ Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, τί θέλετε
„ ποιῆσαί με ὑμῖν;
„ Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, δὸς ἡμῖν ἵνα
„ εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύ-

35. Et accedunt ad eũ Iacobus,
„ & Ioannes filij Zebedæi, dicen-
„ tes, Magister, volumus ut quod-
„ cumq; petierimus, facias nobis.
36. At ille dixit eis, Quid vultis
„ ut faciam vobis?
37. Et dixerunt, Da nobis ut
„ unus ad dexteram tuam, & alius
„ ad

„ ad finistram tuam sedeamus in
„ gloria tua.

38. Iesus antem ait eis, Ne-
„ scitis quid petatis. Potestis bi-
„ bere calicem quem ego bibo,
„ aut baptismo, quo ego bapti-
„ zor, baptizari?

39. At illi dixerunt ei, Possu-
„ mus. Iesus autem ait eis, Calicē
„ quidem quem ego bibo, bibetis,
„ & baptisma quo ego baptizor,
„ baptizabimini:

40. Sedere autem ad dexteram
„ meam vel ad sinistram, non est
„ meum dare vobis, sed quibus
„ paratum est.

TOLOSANI. Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes, qui & petierūt, sibi ut duobus primos duos ab ipso consessus in gloria sua reservaret: ita ut alter ad ejus dexteram, alter ad sinistram sederet. Atqui Matthæus id dicit matrem ipsorum à Christo filijs postulasse: quod Marcus ipsos egisse pro se memorat. Itaque in hoc conflictus Evangelistarum apparet quidam, cōpositu tamen facilis. quid enim vetat contigisse utrumque? ut inquam diverso tempore idem hoc & ipsi sibi & mater filijs poposcerit. quarum postulationum cùm Matthæus uni, Marcus alteri præsens interfuisset, eorum quisque quod viderat in narratione sua posuit, transmisitque nobis. Verum unde impulsa mater ad id petendum est, aut unde sumpta filij ejus fiducia in rei tantæ ambitionē proruperunt? Equidem crediderim istuc inductos observatis signis præcipuæ in ipsos Christi dignationis: & crebra ex ipso audita mētione regni ejus, quod humanum & cæterorum in terris notorum

„ μων σου καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ
„ σου.

„ Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, οὐκ
„ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δυνάσθε πιεῖν τὸ
„ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, καὶ τὸ βάπτισ-
„ μα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτι-
„ σθῆναι;

„ Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, δυνάμεθα.
„ ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, τὸ μὲν πο-
„ τήριον ὃ ἐγὼ πίνω, πίεσθε, καὶ τὸ
„ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπ-
„ τισθήσεσθε.

„ Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ
„ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦ-
„ ναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται.

ΤΟΛΩΣ. Καὶ προσπορεύονται αὐτῷ, φησὶν, Ἰάκωβος καὶ ὁ Ἰωάννης οἵτινες καὶ ᾐτήσαντο ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ εὐωνύμων καθίσαι ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ· καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος τὴν μητέρα αὐτῶν φησὶν αἰτήσασθαι τῶν Κύριον ὑπὲρ τῆς τοιαύτης καθέδρας· ὁ δὲ Μάρκος τοὺς υἱοὺς αὐτῆς μᾶλλον ἤπερ ἐκείνην. Κἂν τούτῳ διαφωνεῖν δοκοῦσιν οἱ εὐαγγελισταὶ πρὸς ἀλλήλους· ἀλλ' οὐκ ἔστι διαφωνία τὸ τοιοῦτον. ἐνδεχόμενον γὰρ ἔστιν αὐτήν τε κἀκείνους αἰτήσασθαι ἐν διαφόροις καιροῖς. διὸ ἕκαστος τῶν Εὐαγγελιστῶν ὃ ἐθεάσατο καὶ ὅτε δῆλον ἡμῖν πεποίηκεν. ἀλλὰ πόθεν ὥρμητο ἡ μήτηρ τοιοῦτον αἰτησαμένη αἴτημα· ἢ πόθεν οἱ παῖδες αὐτῆς τοιαύτην ἔχοντες ὑπόληψιν. εἶμαι δὲ ἐκ τῆς ἄγαν τιμῆς ἣν ὁ Σωτὴρ ἔσχε πρὸς αὐτούς. Καὶ δὴ καὶ ἀκούσαντες αὐτοῦ περὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας πολλάκις διαλεγομένου, κοσμικὴν εἶναι αὐτὴν ἐνόμιζον. εἰπόντων δὲ αὐτῶν τὸ βούλημα· τί θέλετέ φησιν πρὸς αὐτοὺς ὁ Σωτὴρ, οὐκ ἀγνοῶν· ἀλλ' ἵνα ἀναγκάσῃ αὐτοὺς εἰπεῖν· καὶ οὕτω διδάξῃ· οἱ δὲ οὐ δημοσίᾳ λέγουσιν· ἠσχύνοντο γὰρ· κατ' ἰδίαν δὲ λαβόντες αὐτῶν, ἀπεφήναντο· ἰδὼν δὲ ὁ Σωτὴρ ὡς οὐδὲν πνευματικὸν ἔλεγον· οὐκ οἴδατέ φησι τί αἰτεῖσθε.

εἶτα

εἶτα λέγει πρὸς αὐτοὺς· δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ἢ ἐγὼ πίνω. ὧν θάνατον ἐνταῦθα λέγει ποτήριον καὶ τὴν σφαγὴν· καὶ τοῦτο αὐτὸ βάπτισμα ἐκάλεσεν, ὡς ἔσχατον ὂν καθαρτήριον καὶ ἀμόλυντον. ταῦτα γὰρ ἔλεγεν ὡς ἂν τῇ κοινωνίᾳ προθυμοτέρους ποιήσειν· οἱ δὲ εὐθέως ἐπηγγείλαντο· ἐλπίζοντες εὐθὺς παρ' αὐτοῦ τὴν αἴτησιν λαβεῖν. διὸ καὶ φησί· τὸ μὲν ποτήριον πίεσθε. Καὶ τὸ βάπτισμα ὃ βαπτίζομαι βαπτισθήσεσθε. οὐ γὰρ ἀλαζονείας ταῦτα καὶ βασιλείας αἰσθητῆς· ἀλλὰ μαρτυρίου καὶ σφαγῆς καταξιωθήσεσθε ἐπαινετῆς· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου, καὶ ἐξ εὐωνύμων οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι· ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου. ἐκεῖνοι γὰρ, ὥς τινων καθεδουμένων ἐν ἐκείνῃ τῇ βασιλείᾳ, ᾔτουν τὴν καθέδραν, ἓν τοῦτο ποθοῦντες τὸ τῶν πρωτείων ἀπολαῦσαι· ὁ δὲ Σωτὴρ πρὸς τὴν ὑπόνοιαν αὐτῶν ἀπεκρίνατο· λέγων μὴ εἰδέναι αὐτοὺς ὅπερ δὴ καὶ ᾐτήσαντο. δώδεκα γὰρ θρόνους ἀκούσαντες, καὶ ἀγνοήσαντες τί τὸ εἰρημένον δηλοῖ, τὴν προεδρίαν ἐξῄτουν· διὸ καὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ Σωτὴρ ἔφη· ἀποθανεῖσθε δι' ἐμὲ, καὶ κοινωνοὶ γενήσεσθε τοῦ πάθους· ἀλλ' οὐ μόνον τοῦτο ἱκανὸν πρὸς τὸ πρώτην τάξιν ὑμᾶς λαβεῖν. εἰ γὰρ τις μετὰ τοῦ μαρτυρίου καὶ τῆς σφαγῆς, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας ἀρετὰς ἔχων, πρώτιστος· καὶ οὐκ ἐπειδὴ φίλους ὑμᾶς ἔχων τῶν ἄλλων προκρίνω διὰ τοῦτο ἐκείνου προτιμήσομαι ὑμᾶς· καὶ δώσω ὑμῖν τὰ πρωτεῖα· τοῖς διὰ τῶν ἔργων γὰρ πρώτοις γενέσθαι δυναμένοις, ἐκείνοις παρὰ τοῦ πατρός μου ἡτοίμασται τὰ πρωτεῖα.

simile putarent. Cognita porrò voluntate ipsorum aliquid à se petendi: quid vultis? ait ipsis Salvator. non utique ignorans, sed ut fateri ipsos ac enunciare mentem suam cogeret. sicque eliceret unde possent erudiri. Tamen illi non palàm quod cogitabant protulerunt, pudore videlicet cohibiti: sed seducto in partem commiserunt. animadverso verò Salvator nihil ipsos spirituale proponere, *Nescitis*, inquit, *quid petatis*. Deinde addit: Potestis bibere calicem quem ego bibo? ubi calicis vocabulo, mortem quam erat passurus sævã & cruentam indicat. quam eandẽ baptismum vocavit, quòd ea purgatio futura esset ultima omnem eluens maculam. Hæc dixit, ut comunione ac societate secum, eliceret ad animosius audendum. Illi autem statim promiserunt. Sperantes vicissim nullam futuram in Domino moram postulationi annuendi. A qua eos opinione ut abduceret, calicem, inquit, vos quidem bibetis meũ, & baptismo quo sum baptizandus abluemini: non enim his ambitio inest vitiosa regni sensibilis, qua vos implicari nolim: sed generosus impetus ad martyrium ac cædem, quo ut vobis glorioso sanè dignabimini. Sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare nisi quibus paratum est à Patre meo. Errabant videlicet illi opinantes consessum in illo regno fore humanorum similem; in quo ideò sibi pręcipuum optabant locum. unum hoc sequentes, ut primatum obtinerent supra cæteros omnes. At Salvator isti eorum opinioni occurrit, ajens nescire ipsos quis peterent. Duodecim quippe sedium mentione audita, & quid ea significaret ignorantes, primos ejus consessus locos affectabant. quare inde illos Salvator avertit, moriemini propter me, inquiens, & meæ passionis participes eritis. Sed non hoc sufficit ad primatum

matum quem ambitis assequẽdum. Si quis enim ad martyriũ ac cædem aliarum præterea virtutum omnium in vita exercitarum merita cumulans adjecerit, is sanè longè omnium evadet primus. neque vos quod familiariores cæteris habeo, idcirco extra sortem supra reliquorum meritum in istum primatum tollam, qui virtuti, non amicitiæ debetur. Operum enim tantùm & rectè factorum, in ejus attributione dignitatis, rationem habet Pater meus, qui solis labore atque industria præstantibus istum honorem præparavit.

SCHOL. Quod dicit Marcum interfuisse cuidam petitioni à Matre Filiorum Zebedæi Christo factæ, innititur opinioni hujus Autoris minus, ut superius observatum est, probabili; qua is existimavit Marcum Evangelistam eundem fuisse cum Ioanne cognominato Marco, cujus est mentio in Actis Apostolorum Cap. xii.

41. Et audientes decem, cæperunt indignari de Iacobo & Ioanne.

42. Iesus autem vocans eos ait illis, Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominãtur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum.

43. Non ita est autem in vobis, sed quicunque voluerit fieri major, erit vester minister.

44. Et quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium servus.

45. Nam & Filius hominis nõ venit ut ministretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suã redemptionem pro multis.

„ Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα, ἤρξαντο ἀγανακτεῖν περὶ Ιακώβου καὶ Ιωάννου.

„ Ο δὲ Ιησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, λέγει αὐτοῖς, οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν.

„ Οὐκ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν. ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ γενέσθαι μέγας ἐν ὑμῖν, ἔσται ὑμῶν διάκονος.

„ Καὶ ὃς ἂν θέλῃ ὑμῶν γενέσθαι πρῶτος, ἔσται πάντων δοῦλος.

„ Καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

TOLOS. Imperfecto adhuc & humano hæc æstimantes Discipuli reliqui judicio, invidebant & ipsi, nihilo sapiẽtius, quàm fratres duo cogitantes. quare in ipsos indignabantur, eò liberius quod repulsam à Domino passos videbant. unde dari sibi quasi licentiam interpretabantur de ipsis inclementiùs cẽsendi; quippe velut soluti reverentia qua ipsos priùs constringebat autoritas Domini palàm duos illos cæteris præferentis: nemine tunc Discipulorum invidere audente.

ΤΟΛΩΣ. Ατελῶς διακείμενοι οἱ μαθηταὶ καὶ ἀνθρωπίνως, ἐφθόνουν ἔτι καὶ αὐτοὶ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις· διὸ καὶ ἠγανάκτουν κατὰ τῶν δύο, καὶ μάλιστα ὅταν ἐθεάσαντο αὐτοὺς ἀπωσθέντας παρὰ τοῦ Κυρίου. Καὶ γὰρ καὶ τιμώμενοι ἦσαν οἱ δύο καὶ πρὸ τῆς αἰτήσεως. Καὶ οὐδεὶς τῶν ἄλλων μαθητῶν ἐφθόνει αὐτοῖς. ἐπειδὴ δὲ ἑώρων αὐτοὺς αἰτησαμένους τὴν τιμὴν, ἐταράττοντο μὴ φέροντες. καὶ νῦν μὲν διὰ τὴν ἀτέλειαν οὕτω διέκειντο. ὕστερον δὲ τέλειοι γενόμενοι, οὐ μόνον οὐκ ἐφθόνουν ἀλλὰ καὶ τῶν πρωτείων ἀλλήλοις παρεχώρουν. ὁ δέ γε Σωτὴρ θεραπεύει αὐτοὺς

τοὺς πραΰνας τῷ ἔγγιστα αὐτοῦ φέρειν αὐτοὺς. εἶτα δὲ τῷ δεῖξαι ὅτι οὐκ ἔστιν ἁρπαγμὸς ἡ τιμή. τῶν ἐθνῶν γὰρ τοῦτον· καὶ ἐκείνοις οἱ ἄρχοντες αὐτῶν τυραννικῶς τε καὶ ὀξυσιαστικῶς προφέρονται. ὑμῶν ὁ θέλων εἶναι πάντων πρῶτος πάντων ἔστω ἔσχατος. καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι ἀλλὰ διακονῆσαι. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν δοῦναι λύτρον ἀντὶ πολλῶν· ἀλλ' ὅμως ἡ διακονία αὕτη ὕψος ἐστὶ καὶ δόξα· ὅπερ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἐγένετο· καὶ γὰρ πρὸ τοῦ σαρκωθῆναι, ἀγγέλοις ἐγνωρίζετο μόνοις· ἐπειδὴ δὲ ἄνθρωπος ἐγένετο, πᾶσιν ἐγνωρίσθη καὶ πάντων βασιλεύει.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Προσῆλθον οἱ Ζεβεδαίου παῖδες τὴν ἐν ἄκρῳ κειμένην αἰτοῦντες τιμήν. ἀλλ' ἦν ἀπίθανον μὴ τὴν τοῦ χορηγοῦντος περιμένειν φιλοτιμίαν, ἁρπάζειν δὲ ὥσπερ τὴν ἑτέροις ἐσθότε χρεωστουμένην δωρεάν. πρὸς οὖν τὴν οὕτως ἄτοπον αἴτησιν εἰκότως ἔφησεν ὁ Σωτὴρ, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, οὐχ ὅτι μὴ ἠδύνατο παραχεῖν; ἀλλ' ὅτι τῶν πονούντων ἐστὶν, ἀναλόγως ὡς κάμνουσι κομίζεσθαι τὸν μισθόν. ὥσπερ γὰρ εἴτις τοῖς εἰς ἀγῶνα κεκλημένοις τὰ γέρα προσθείς, λέγει πρὸς αὐτοὺς, οὐκ ἐμόν ἐστιν ὦ οὗτοι τὸ μεῖζον ἑλεῖν καὶ ᾧ βούλομαι παραχεῖν. ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τὸ πῦρ τῷ καταψύχεσθαι βουλομένῳ καὶ αἰτοῦντι παρ' αὐτῷ, λέγει, οὐκ ἔστιν ἐμὸν ὃ ζητεῖς ἐπιδοῦναί σοι. φύσεως γὰρ ἑτέρας εἰμί. ἢ καὶ ὁ διδάσκων μὴ νοσεῖν οὐκ ἂν αὐτὸς ἐπιδοίη τοῦτό τινι. οὐ γὰρ ἐπὶ τούτοις τέθηκα τῷ σταδίῳ τοὺς ὅρους, ἀλλ' ἐκεῖνος λήψεται τοῦτο ᾧ τὸ πάντα νικήσαντι περιποιήσει δικαίως τὸ τιμᾶσθαι μειζόνως. οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ οὐκ εὔλογον εἶναί φησι τοῖς αἰτοῦσι τὸ μεῖζον περιδοῦναι προχείρως, ἢ ὀφείλοντα δικαίως λαβεῖν παρωσάμενον, ἀλλ' ἐκείνους ἔχειν ἐστὶ πρεπωδέστερον οἷς ἡ τοῦ πατρὸς πρόγνωσις, τοῦ ἐν ἐμοὶ καὶ δι' ἐμοῦ πάντ' ἐργαζομένου, διὰ τὴν

Tantum ubi viderunt ambire ipsos prærogativam honoris, non contentos ultrò delata dignitate, commoti sanè in eos sunt. Et hi quidem erant eorum sẽsus in hoc imperfectionis statu, quando autẽ postea perfecti fuerunt, non modò non invidebant invicem, sed primatum pro se quique recusantes, ultrò sibi mutuò cedebant. Cęterùm quod gravia memoraverat, mentione calicis necis patientiam injungens, emollit societate sui, similia se quoq; passurum ferens; deinde ostendendo meritis obtineri legitimũ honorem, non sorte aut raptu provenire. Hoc enim Gentium est, apud quas summæ quoque dignitates vi & terrore comparantur. Inter vos autem meos Discipulos qui volet esse omnium primus, sit omnium postremus. Etenim Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare; neque hoc solùm, sed & animam suam dare redemptionem pro multis. Verumtamen hoc ipsum ministerium excelsitas est & gloria: sicut & in Salvatore apparuit. Siquidem is antequam incarnaretur, à solis agnoscebatur Angelis; postquam autem homo factus est, omnibus innotuit, & cunctis imperat.

ANONYMI. Accesserunt filij Zebedæi honorẽ supremi loci postulantes. sed erat prępostérum & improbabile non expectare prębẽtis liberalitatem: at pręripere quodammodo debitum fortassè alijs donum. Ad petitionem ergo adeo absurdam, meritò sic Salvator respondit: *Non est meum dare*: non quod dare non posset; sed quod pręmium laborantibus propositũ, contra rationem gratis otiosi au-

ferre moliantur: ut enim si quis vocatis ad certamen pugilibus aut athletis, ostensisque victorię præmijs dicat: non meum est, heus vos! optimum ex his seponere, & cui voluero largiri. quemadmodũ si quis refrigerari cupiens, id ab igne petat, respondeat ignis. non est meum quod petis dare tibi. alterius enim naturæ sum. Pari modo si quis à profitente medendi artem subitò repręsentari sibi sanitatem flagitet, ab illo audiet: non est meum dare tibi antequam adhibueris remedia pręscripta. non enim in eam formulam pręfinivi leges stadio; sed in hanc: ut certaminis coronam ille ferat cui omnium victori merita suppetent, ob quę jure pręcunctis unus honoretur. Sic Salvator non ęquum esse ait, pręrogativam pręcipui honoris eximiè quibusdam attribuere gratuitam, alijs repulsis qui eam legitimè sunt promeriti. sed ijs id decus servari longè decentius est, quibus Patris pręscientia, in me & per me cuncta operantis, propter egregiorum excellentiam facinorũ hoc pręparavit. Est igitur hic sermo non confitentis infirmitatem: sed prudentem, & res suas bono more dispensantem autoritatem profitentis. Nemo ergo putet Patris eum huc mentionem intulisse, ut potestatis dandi defectum cujus sibi esset conscius, vel tegeret, vel excusaret; sed ut hac occasione naturę suę inferioris, hoc est humanę, officio aç sensu loqueretur. Solitũ quippè ipsi quidquid humanę facultatis excedit modum, Patri adscribere, ut Deo. Deus porrò cùm esset ipse quoque per naturam, nõ utique supra vim agnoscat suam

τῶν ἀνδραγαθημάτων ὑπεροχὴν τοῦτο εὐτρέπισεν. ἔστιν οὖν ὁ λόγος οὐκ ἀσθενείας ἀπόδειξις, ἀλλ' οἰκονομικῆς ἐξουσίας. οἰέσθω δὲ μηδεὶς διὰ τὸ αὐτὸν μὴ δύνασθαι παραχεῖν τὴν τοῦ πατρὸς ἐπωνυμίαν εἰσφέρεσθαι, ἀλλ' οἰκονομικῶς εἶναι τοῦτο. ἔθος γὰρ αὐτῷ πᾶν ὅπερ ἂν ὑπάρχει τὴν ἀνθρώπου δύναμιν ἀναβαίνων, τοῦτο ἀνατιθέναι τῷ πατρὶ ὡς Θεῷ. Θεὸς δὲ ὢν καὶ αὐτὸς κατὰ φύσιν, καὶ ὢν ὡς πρὸς τὸν πατέρα, οὐκ ἀδυνατήσει περὶ τὸ ἀνατιθὲν τῇ θείᾳ φύσει, ἀλλ' αὐτὸς ἔσται πάντων ἐργάτης. φιλαρχίαν οὖν τινα καὶ κενὴν ὠδίναντας δόξαν εὑρίσκει τοὺς Ζεβεδαίου παῖδας, καὶ πιθανῶς ἀποτρέπει μὲν καὶ ἐξίστησι τοῦ κακοῦ· μέτρια δὲ μᾶλλον διδάσκει φρονεῖν, καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς τοῦτο εἰσόμεθα. ἀγανακτοῦσι μὲν γὰρ οἱ ἕτεροι μαθηταί, τὸ πᾶσιν ὀφειλόμενον ὑπὸ δύο μόνων ἁρπαζόμενον βλέποντες, ὅσον εἰς τὴν αἴτησιν αὐτῶν. προσκαλεσάμενος δὲ, ὡς γέγραπται, πάντας ὁ Σωτὴρ παιδεύει τοὺς τοῦ Ζεβεδαίου παῖδας, οὐκ ἀποτόμως ἐλέγχων, φιλάγαθος ὢν, ἵνα μὴ τὸ βάρος τῆς λύπης βαπτίζῃ εἰς ἀθυμίαν. πιθανῶς δὲ φησι καὶ ἀπολελυμένως πρὸς ἅπαντας, ἵνα μὴ δοκῇ πρὸς μόνους τοὺς δύο ἀποτείνεσθαι. δέδεικται τοίνυν ὅλου τοῦ κεφαλαίου καθ' ἑξῆς τὴν πρέπουσαν ἐσχηκόσι βάσανον, ὅτι οὐκ ἀσθενήσας περὶ τοῦ δοῦναι τὴν χώραν ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ τῆς προαποδεδομένης οἰκονομίας ἕνεκεν, τὸ οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, εἴρηκε.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Πῶς ὁ Ματθαῖός φησιν, ἡ μητὴρ προσῆλθεν; ἀμφότερα γενέσθαι εἰκός. τὴν γὰρ μητέρα παρέλαβον ὡς μείζονα τὴν ἱκετηρίαν ἐργασόμενοι, καὶ ταύτῃ τὸν Χριστὸν δυσωπήσοντες. ὅτι γὰρ τοῦτο ἦν καὶ αὐτῶν μᾶλλον ἡ αἴτησις ἦν, καὶ αἰσχυνόμενοι προβάλλονται τὴν τεκοῦσαν, σκόπει τῷ πρὸς αὐτοὺς ἀποτείνει τὸν λόγον. μάθωμεν δὲ τί πρότερον αἰτοῦσι καὶ ἀπὸ ποίας γνώμης εἴτε αὐτοὶ εἴτε μητὴρ,

καὶ

καὶ πόθεν ὅτι τοῦτο ἦλθεν. ἐώρων αὐτὸς τιμωμένους παρὰ τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπεδέκνυσαν ἑαυτοὺς θαρροῦντας ἀποδέξασθαι. ἀλλὰ τί ποτε ἔστιν ὃ αἰτοῦσιν; ἄκαιρον ἐπὶ τῇ θαλασσίῳ σαφῶς ἐγκαλύπτοντος. διὰ γὰρ ὃ ἐλθὼν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ δοκεῖν ὅτι ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἤδη φαίνοιτο, παῦσαι ἤτουν. ἐνόμιζεν γὰρ ὅτι μὴ τὴν βασιλείαν ἐθάρρουν. διὰ τοῦτο γοῦν καὶ τῶν ἀποστόλων ἀξιοῦντες. ὅθεν δῆλον ὅτι περὶ αἰωνίου καταπαύσεως βασιλείας. ἀλλὰ μηδεὶς καταγινωσκέτω δεσπότου, εἰ ὕστερον ἀπαλέστερον διέκειντο. ὕστερον σωτῆρος ἦν, ὕστερον πνεύματος χάρις. διὰ τοῦτο γὰρ ἐκαλύπτετο αὐτοῖς τὰ ἐλαττώματα, ἵνα μὴ παῦσαι γνῶσι τίνες διὰ τὴν χάριτος ἐγίνοντο: πῶς ἀγνοοῦν ὁ Σωτὴρ τί αἰτῶνται βούλονται φησὶ τί θέλετε; ἀλλ' ἵνα ἀναγκάσῃ αὐτοὺς ἀποκρίνασθαι, καὶ ὕστερον διδάξαι. οἱ δὲ αἰσχυνόμενοι (ἐπειδὴ διὰ πάθους ἀνθρωπίνου τοῖς τοῦτο ἔπασαν) κατ' ἰδίαν ἐκ τοῦ μαθητοῦ λαβόντες αὐτὸν ἠρώτησαν. προσεπορεύθησαν γάρ, φησὶν, ὥστε μὴ γνῶναι αὐτοῖς καταδῆλον. τί δέ ἐστι; δῆλον ὅτι ἡδύ τι πνευματικὸν ἤτουν, ὅτε ἤδεισαν ὅπερ ἤτουν· οὐ γὰρ αὖ ἐτόλμησαν τοσοῦτον αἰτῆσαι. φησὶν, οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε, πῶς μέγα καὶ τὰς ἄνω ὑπερβαίνῃ δυνάμεις. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω; ἰδὲ πῶς θύραθεν ἐπήγαγε τὰ τῆς ὑπονοίας αὐτοῖς εἰς ἐναντία. ὑμᾶς μὲν γὰρ φησι δεῖ τιμᾶσθαί μοι ζηλέσθαι, ἐγὼ δὲ δεῖ ἀγώνων ὑμῖν καὶ ἱδρώτων. οὐ γὰρ ὅτε ὅτου ὁ τῶν ἐπάθλων καιρὸς, ἀλλὰ σφαγῆς καὶ πολέμων καὶ κινδύνων. καὶ ὅρα πῶς τῷ πρόσωπον τὴν ἐρωτήσεως ἐφέλκεται. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, ἵνα τῇ πρὸς αὐτὸ κοινωνίᾳ προθυμοτέρους ποιῶν. καὶ βάπτισμα πάλιν ἀνακαλεῖ. δεινὸν μέγαν ἀπὸ τῶν νενομένων καθαρμὸν, αὐτοῖς μὲν δι' ἑαυτοῦ, τῇ οἰκουμένῃ δὲ διὰ τοῦ σταυροῦ. λέγω-

quod naturę divinę reſervatũ eſt: aut talium etiam operum ſe poſſe, cùm vellet, autorem eſſe diffiteatur. Affectationem ergo principatus quandam, & vanam appetitionem gloriæ, cùm in filijs Zebedæi comperiſſet, opportunis ipſos coercet monitis, & à malo revocat. modeſtè autem de ſe potiùs ſentire docet· quod etiam è ſequẽtibus iutelligemus. Indignantibus enim cæteris Diſcipulis, quod rem cunctis debitam, à duobus ſolis, ſi eorũ poſtutationi deferretur, præripi viderent: vocatis, ut ſcriptũ eſt, omnibus Salvator, monet Zebedæi filios; non ille quidem acriter eos objurgans; quippe lenis, & alioqui bonis indulgens, ne nimiæ ignominiæ dolore ipſos in puſillanimitatem mergeret; plauſibiliter autẽ cunctis in univerſum, neminem privatim compellans, de modeſtia præcipit: ne videretur hos duos potiſſimùm notare. Oſtenſum igitur eſt, ſubtili diſcuſſione totius hujus Capitis & ſingularum ipſius partium; Salvatorem non negaſſe ſe poſſe dare petitum locum, quod poteſtate ad id verè careret: ſed quod à prius conſtituto providè propoſito, dandi illum ijs qui meruiſſent, nollet recedere.

VICTORIS ANT. Quomodo Matthæus dicit: Matrem acceſſiſſe? utrumque factum, eſt veriſimile. Matrem enim ſecum Chriſtum adeuntes aſſumpſerunt, efficaciores ejus preces arbitrati fore, revereturo matronam Domino: ſimul ſe ſperabant agente pro ipſis matre audacis petitionis pudorem lucrifacturos. Videamus ergo prius, quid, qua mente, qua impulſi ratione, ſive ipſi, ſive mater poſt u

lent? videbant se honorari præ cæteris. hinc fiduciam sumunt impetrandi quod volunt. Quid autem id tandem est quod petunt? Audi ab alio Evangelista clarè id prodente. nam ex eo quòd appropinquarent Ierosolymæ, quò tendere ipsis Christus videbatur, ut regni sui possessionem mox adiret, & ejus gloriam monstraret, ejus rei petendæ occasionem sumpserunt. Reputabant scilicet secum, si cunctarentur, & sinerent iniri possessionem regni, tunc, re jam non integra, petitionem ipsorum serã & irritam futuram. propterea festinarunt nunc accedere, captato temporis articulo. unde patet de sensibili eos regno cogitasse. Sed ne quis condemnet Apostolos, quòd tam imperfectè affecti tum fuerint, cùm nondum gratia, quam Christus morte sua, quam Sanctus Spiritus adventu in orbem suo intulit, hominum animos illuminaret & accenderet. Propterea enim nunc deteguntur eorum defectus, ut quid postea effecerit in ijs gratia, & quales ex qualibus reddiderit, cognosceretur. Non ignorans autem Salvator quid petituri venissent, rogat: *quid vultis?* sed ut eliceret responsum, cujus occasione doceret ipsos. Porrò illi, pudore humani affectus quo instincti veniebant, tractum in partem Dominum & extra condiscipulorum conscientiam seductũ rogaverunt. Accesserunt, inquit, ut ipsi nimirũ soli loquerentur, cæteris non audientibus. Quid ergo petierunt? Profectò nihil spirituale; at neque sciebant quid peterent: si enim scirent, numquam auderent tantùm petere. meritò igitur audiunt:

σιν αὐτῷ, δυνάμεθα. εὐθέως ἐπηγγείλαντο, προσδοκῶντες ἀκούσασθαι ὅπερ ᾔτησαν, ἐπειδὴ ταῦτα εἶπον. δεικνὺς δὲ ὅτι οὐκ ἀλαζωνεία τὰ εἰρημένα, φησὶ, τὸ μὲν ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω πίεσθε, τοῦτ' ἔστι, μαρτυρίου καταξιωθήσεσθε, καὶ ταῦτα πείσεσθε ἅπερ ἐγώ· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ πατρός. ἰδὲ πῶς ἐπῆρεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς καὶ ὑψηλὰς ἐποίησε, καὶ πρὸς λύπην ἀχειρώτους εἰργάσατο. ἀλλὰ τί ποτε ἐστὶ τὸ εἰρημένον; καὶ γὰρ δύο ἐστὶν τὰ ἀπορούμενα· ἓν μὲν, εἰ ἡτοίμασταί τινι καθίσαι ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ; ἕτερον δὲ, εἰ ὁ πάντων Κύριος ἐκείνοις οἷς μὴ ἡτοίμασται οὐκ ἦν κύριος παρασχεῖν; πρὸς μὲν οὖν τὸ πρότερον ἐροῦμεν, ὡς οὐδεὶς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἢ ἐξ ἀριστερῶν κάθηται. ἄβατος γὰρ πάσῃ τῇ κτίσει ὁ θρόνος ἐκεῖνος. ὡς οὖν ἐξαίρετον τοῦ μονογενοῦς τίθησιν αὐτὸ ὁ Παῦλος λέγων, πρὸς τίνα γὰρ τῶν ἀγγέλων εἴρηκέ ποτε, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους φησὶν· ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα· πρὸς δὲ τὸν υἱὸν ὁ θρόνος σου ὁ Θεός. πῶς φησι τὸ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου ἢ ἐξ εὐωνύμων οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ὡς ὄντων καθεζομένων τινῶν ἢ οὐκ ὄντων, ἄπαγε· ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόνοιαν ἀπεκρίνετο τῶν ἐρωτώντων συγκαταβαίνων τῇ αὐτῶν διανοίᾳ. οὐ γὰρ ᾔδεσαν τὸν ὑψηλὸν θρόνον ἐκεῖνον καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθέδραν. ἀλλ' ἐνεζήτουν μόνον τῶν πρωτείων ἀπολαῦσαι καὶ πρὸ τῶν ἄλλων στῆναι. ἐπειδὴ γὰρ δώδεκα θρόνους ἤκουσαν, ἀγνοήσαντες τί ποτε ἦν τὸ εἰρημένον, τὴν προεδρίαν ἐπεζήτησαν. ὃ τοίνυν φησὶν ὁ Χριστὸς τοῦτ' ἔστιν· ὅτι ἀποθανεῖσθε μὲν δι' ἐμὲ καὶ κοινωνήσετέ μοι κατὰ τὸ πάθος· οὐ μὴν ἀρκεῖ τοῦτο ποιῆσαι πρὸς τὴν πρώτην τάξιν ὑμᾶς κατασχεῖν. ἂν γάρ τις ἕτερος ἔλθοι μετὰ τοῦ μαρτυρίου καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετὴν κεκτημένον πολλῷ πλείονα ὑμῶν, οὐκ

ἐπειδὴ

ἐπειδὴ φιλαυτοῦσι, καὶ τῶν ἄλλων προκρίνω, διὰ τοῦτο παρωσάμενος ἐκείνους, ὑμῖν δώσω τὰ πρωτεῖα. ἐκείνοις οὖν ἡτοίμασται τοῖς ἀπὸ τῶν ἔργων δυναμένοις γενέσθαι λαμπροτέροις. πανταχόθεν οὖν αὐτοὺς συνελαύνει, μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, εἰς τὴν τῶν οἰκείων κατορθωμάτων ἐπίδειξιν τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως ἔχειν. ὅτι γὰρ αὐτὸς Κύριός ἐστι τοῦ παντὸς, δῆλον ἐξ ὧν αὐτὸς πᾶσαν ἔχει τὴν κρίσιν, καὶ αὐτὸς ἀποδώσει ὡς δίκαιος κριτὴς Παύλῳ τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον, οὐ μόνον δὲ αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, κατὰ τὸν τοῦ ἀποστόλου λόγον. παραπεμπόμενος οὖν αὐτοὺς οἰκονομικῶς, ὥστε μὴ ὑπὲρ πρωτείων ἐνοχλεῖν εἰκῆ καὶ μάτην, ὅμως δὲ μὴ λυπῆσαι βουλόμενος. ἀμφότερα ταῦτα κατορθοῖ. οὐ τοίνυν τὸν υἱὸν ὑπερβέβηκεν ἡ τοιαύτη δόσις. ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὡς εἰ καὶ ἔλεγεν, ὑπ' ἐμοῦ. ὅθεν ὁ Μάρκος οὐδὲ εἴρηκε τὸ ὑπὸ τοῦ πατρός μου. ἀκούσαντες δέ φησιν οἱ δέκα ὅτι ἐπετιμήθησαν, ἠγανάκτησαν. ἕως μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ὁ ψῆφος ἦν, οὐκ ἠγανάκτουν, ἀλλ' ὁρῶντες αὐτοὺς προτιμωτέρους, ἔστεργον, αἰδούμενοι τὸν διδάσκαλον. καὶ πρὸς Πέτρον δέ τι παθόντες ἀνθρώπινον, οὐκ ἐδυσχέραινον, ἀλλ' ἠρώτησαν μόνον, τίς ἄρα μείζων ἐστίν; ἐπειδὴ δὲ ἐνταῦθα τῶν μαθητῶν ἡ αἴτησις ἦν, ἀγανακτοῦσι, καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα εὐθέως, ἀλλ' ὅτε αὐτοῖς ἐπετίμησεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἔδειξεν οὐ πάντως λελογισμένους. οὕτω ἅπαντες ἀτελέστεροι ἦσαν. ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ὄψει αὐτοὺς πάντων τούτων ἀπηλλαγμένους τῶν παθῶν, καὶ τὰ πρωτεῖα παραχωροῦντας ἀλλήλοις.

Nescitis quid petatis. Adeò magnum id est & supernas excedens virtutes. Potestis bibere calicem quem ego bibo? vides ut statim cogitationes ipsorum in contrariũ detorqueat. Vos quidem, ajens, de honore mecum agitis; Ego certamina & sudores vobis propono. nam hoc quidem præmiorum tẽpus non est, sed præliorum, periculorum, & cædium. Vide autem ut modo ipso interrogationis allicit. *Potestis bibere calicem quem ego bibo?* ut talis invitamento communionis cũ ipso alacriores ad quidvis exsorbẽdum amaritiei fierent. Eandem rẽ quã calice designaverat rursus baptismum vocat, innuens magnam & plenam ablutionem, & emundationem inde secuturam, ipsis quidem per se ipsum, orbi vero universo per crucem ipsius. Dicunt ei: *possumus*, statim promiserunt quod exigebatur, expectantes continuò se audituros assensum largituri ea quæ petierant, quem ista sic prompta exhibitione sui promereri se putabant. At Dominus testimonium ijs reddens, verè ipsos hoc, non autem inani ostentatione polliceri, ait: *Calicem quidem quem ego bibo bibetis*, hoc est: martyrio vos quidem dignabimini, & paria mecum patiemini: sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis; sed quibus paratum est à Patre meo. Vide ut attollat eorum animas, ac sublimes & dolore invictas reddat. Sed quid hoc est quod dicit? nam duo hic dubia occurrunt. Prius: an alicui præparatum sit, sedere ad dexteram Christi? alterum: an Dominus omnium dare id pro arbitrio nequeat, etiam ijs quibus non est præparatum? Ad prius quidem dicemus: nullum ad ejus dexteram aut ad sinistram sessurum. sublimior ejus ille thronus est, quam ut eò possit assurgere creatura quælibet.

libet. Eximiã quippe istam reservatam unigenito dignitatẽ cuivis incomunicabilem docet Paulus dum ait: *Cui enim Angelorum dixit aliquando* sede à dextris meis? *& ad Angelos quidem dicit*: qui facit Angelos suos spiritus. *Ad Filium autem*: Thronus tuus Deus &c. quomodo igitur dicit: *Sedere ad dexteram meam aut sinistram non est meum dare*? An ut indicet aliquos confessu isto dignandos, alijs exclusis? minimè id quidem: sed ad humilem cogitationem quærentium responsum accomodavit se se demittens. Non enim illi notitiam informarant sublimis illius throni, & assessus ad Patris dexteram: sed petebant tantùm primatu dignari & præ alijs locari. quippè cùm audissent thronos memorari duodecim, ignari quid id esset, præsidentiam poscebant. Hoc ergo est quod ait Christus: moriemini quidem propter me, ac passioni meæ communicabitis: non tamen id sufficit ad vos in isto primatu constituendos. Si quis enim venerit qui cum martyrio majora quam vos virtutum cæterarum & rectè factorum merita afferat, is sanè vobis præferetur. non enim quia vos nunc amo & cæteris præfero, propterea putetis me tunc, alijs vos superantibus rejectis, primatum vobis tributurum. quin illis id scitote reservatum qui heroicis facinoribus præ cunctis excelluerint. Hæc eò pertinebat oratio, ut eos undique stimulis haud mollibus urgeret, ad spem salutis & exaltationis, post Dei gratiam, in proprio conatu, & præclarorum operum editione collocandam. Ipsum autem revera pro arbitrio quidvis si velit posse, patet ex eo quod omne ipsi judicium datum est. & ipse ut justus Iudex Paulo reddet coronam justitiæ: non solùm autem illi, sed & ijs qui diligunt adventum ejus. ut idem Apostolus loquitur. Cùm ergo se posse negat, naturam in se solùm considerat humanam. & ea modesta discretione aptè utitur ad eos à se dimittendos, excutiendamque ipsis ambitiosam spem primatus favore consequendi: & sic eos suaviter ac citra molestã ignominiam repulsæ, coercendos, ne sibi molesti esse pergerent vana & inutili prensatione. utrumque igitur illud responsionis caput ita intelligendum est: ut nec Filij potentiam excedere putetur primi confessus largitio: nec mentio illa Patris, ubi dicitur ab illo quibusdam præparatum, Filium excludat, quasi non idem ipse quoque cum Patre præparaverit. quòd innuens Marcus, Patris ibi non meminit. Audientes porrò decem, repulsos increpitosque duos, indignati sunt. quamdiu enim Christi ultrò his faventis suffragio illos sibi præferri videbant, Magistri reverentia acquiescebant. In Petri quoque prærogativa, etsi aliquid humanitùs patiebantur, non tamen usque ad murmurationem proruperunt: sed disputarunt tantùm, quis major esset? Ad duorum dumtaxat petitionem palàm indignantur; neque id statim: sed tum demum cum eos rejectos à Christo vident, & eorum ambitionem reprobatam. Ita omnes adhuc imperfectiores erant. cæterùm eos postea videbis omnibus his purgatos vitijs, primatum sibi mutuò deferre.

Hebr. 1.5

2. Tim. 4.

Digitized by Google

» Καὶ ἔρχονται εἰς Ιεριχώ. Καὶ ἐκ-
» πορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ιεριχὼ, καὶ
» τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ ὄχλου ἱκανοῦ,
» υἱὸς Τιμαίου Βαρτίμαιος ὁ τυφλὸς
» ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν.

» Καὶ ἀκούσας ὅτι Ιησοῦς ὁ Ναζω-
» ραῖός ἐστιν, ἤρξατο κράζειν καὶ λέ-
» γειν, ὁ υἱὸς Δαβὶδ Ιησοῦ ἐλέησόν
» με.

» Καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοὶ ἵνα σιω-
» πήσῃ. ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκρα-
» ζεν, υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με.

» Καὶ στὰς ὁ Ιησοῦς εἶπεν αὐτὸν
» φωνηθῆναι. καὶ φωνοῦσι τὸν τυφ-
» λὸν, λέγοντες αὐτῷ, θάρσει, ἔγει-
» ραι. φωνεῖ σε.

» Ὁ δὲ ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ,
» ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν Ιησοῦν.

» Καὶ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ ὁ Ιη-
» σοῦς, τί θέλεις ποιήσω σοι; ὁ δὲ τυ-
» φλὸς εἶπεν αὐτῷ, ῥαββουνί, ἵνα
» ἀναβλέψω.

» Ὁ δὲ Ιησοῦς εἶπεν αὐτῷ, ὕπα-
» γε· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. καὶ εὐ-
» θέως ἀνέβλεψε· καὶ ἠκολούθησε τῷ
» Ιησοῦ ἐν τῇ ὁδῷ.

ΤΟΛΩΣ. Καθὸ μὲν ἡ θεράπεια τοῦ τυφλοῦ λέγουσι κατὰ τὴν ὁδὸν, σύμφωνα δοκεῖ λέγειν τῷ Ματθαίῳ καὶ τῷ Λουκᾷ. Καθὸ δὲ ὁ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς ἕνα τυφλὸν λέγουσι, δύο δὲ ὁ Ματθαῖος, δοκοῦσι διαφωνεῖν· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο διαφωνία· τοῦ γὰρ ὀπτανεσέρου ὁ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς μνημονεύουσι. καὶ γὰρ ὀνόματι δεδήλωκε τοῦτον ὁ Μάρκος λέγων Βαρτίμαιος ὁ τυφλός· τουτέστιν ὁ υἱὸς τοῦ τιμαίου. καὶ ὃν Δαβὶδ ἐκάλει ὁ τυφλὸς τὸν Κύριον, ἀπὸ τῆς κοινῆς περὶ αὐτοῦ φήμης, ἐλέγετο γὰρ ὑπὸ πάντων· ὅτι μέλλει ἔρχεσθαι ὁ Χριστὸς ἐκ σπέρματος Δαβὶδ. ἐρωτᾷ δὲ αὐτὸν ὁ Ιησοῦς ἵνα μὴ τις εἴπῃ ἄλλο θελομένῳ λαβεῖν ἄλλο δεδόναι· ἦν γὰρ ἔθος τῷ

46. Et veniunt Iericho: & pro-
» ficiſcẽte eo de Iericho, & Diſci-
» pulis ejus, & plurima multitudi-
» ne, filius Timæi Bartimæus cœ-
» cus ſedebat juxta viã mẽdicans.

47. Qui cùm audiſſet quia Ie-
» ſus Nazarenus eſt, cæpit clama-
» re & dicere, Ieſu fili David, mi-
» ſerere mei.

48. Et comminabantur ei mul-
» ti, ut taceret. at ille multò ma-
» gis clamabat, Fili David, miſe-
» rere mei.

49. Et ſtans Ieſus præcepit il-
» lum vocari. Et vocant cœcum
» dicentes ei, Animæquior eſto,
» ſurge: vocat te.

50. Qui projecto veſtimento
» ſuo exiliens, venit ad eum.

51. Et reſpondens Ieſus dixit
» illi, Quid tibi vis faciam? Cœ-
» cus autem dixit ei, Rabboni ut
» videam.

52. Ieſus autem ait illi, Va-
» de, fides tua te ſalvum fecit. Et
» confeſtim vidit, & ſequebatur
» eum in via.

TOLOSANI. Quatenus cu-
rationem hanc cœci factam dicit
in via, conſentire videtur Evange-
liſta noſter Matthæo & Lucæ. qua-
tenus autem Marcus & Lucas unũ
cœcum memorant, duos autem
Matthæus, apparet inter eos diſ-
ſenſio quædam: ſed non eſt diſſen-
ſio. Illuſtrioris enim inter duos
cœcos Marcus & Lucas meminẽ-
runt. nam & nominatim eũ Mar-
cus indicavit dicens, Bartimæus
cœcus. hoc eſt filius Timæi. Por-
rò filium David vocat cœcus Do-
minum ex communi de ipſo fama.
Celebrabatur enim paſſim ſermo-
ne populari, venturum Chriſtum

ex

ex semine David. Interrogat autē Dominus, ne quis diceret, aliud datum, aliud petenti. Quare solebat Salvator elicere interrogationibus votum ac desiderium cujusque laborantis, & sic optatam ipsis curationem indulgere.

VICTORIS ANT. Plena se potestate curationē operari, ostendit dicens: *Quid tibi vis faciam?* Apparet autem & veneratio multitudinis in eum ex eo quod cœcū prohibent vociferari: quasi silentium facientes Regi prætereunti. unde intelligitur, numquam istam plebem in Christi necem consensuram, nisi ad id scelus autoritate Principum traheretur. Dementat enim rude vulgus imperantium autoritas ad prava incitans. Porrò filium David Christum vocabat cœcus, celebri tūc per vulgus edoctus fama, & Prophetijs persuasus talem expectari. Nec renuit id genus Dominus: etsi alibi significet superius in se aliquid esse isto genere carnali. non enim si putaret cœcum mentiri vocantem ipsum David filium, in præmium mendacis adulationis curationem cœcitatis ipsi tribuisset: quo argumēto refelluntur qui Christum ajunt aut speciem inanem ostentasse hominis, aut ex alia, quā Davidica, carnem originę sumpsisse. Quare autem interrogat ipsum Iesus: *Quid tibi vis faciam?* ne quis putaret eū aliud obtrudere aliud petenti. nam & in cæteris passim solebat, elicere percontando & manifestum cūctis facere desiderium eorum quos curabat, & sic exhibere medicamnianum, professis antea quid cuperent; duabus id agens de causis. Primùm quidem, ut alios laborantes

Σωτῆρι, καὶ πάλιν τῷ πιστῷ ἑκάστῳ τῶν θεραπευομένων τὴν προαίρεσιν, εἶθ' ὕστερον δίδοναι τὴν θεραπείαν.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Οὐ κατ' ἐξουσίαν ἡ ἴασις ἦν, ἔδειξε λέγων, τί θέλεις ποιήσω σοι; δῆλον δὲ καὶ ἡ παρὰ τοῦ πλήθους ἦν εἶχε πρὸς αὐτὸν τὸν ὑπηρέτουντες τῷ τυφλῷ βοᾶν ὥσπερ ὑπὸ βασιλέως πορευόντος. ὥστε καὶ αὐτὴ σωτηρίας πρὸς τὴν χριστοκτονίαν ὁ λαὸς, εἰ μὴ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων παρήχθη. βλάπτει γὰρ λαὸν ἐξουσία πονηρά. ἡ οὖν Δαβὶδ ἐκάλει ὁ τυφλὸς, ἣν μαρτύρησαν ἐν τῷ λαῷ φήμην ἀκοῦσαι, καὶ τὴν προσδοκίαν τὴν ὑπὸ πάντων πεπεισμένου. καὶ τοῦτο ἀναίνεται τοῦτο μόνον ὁ Κύριος, καίτοι δείξας ἀλλαχοῦ ὅτι καὶ ὑπ' αὐτοῦ ὁ χριστὸς ἐστὶ σαρκικόν. ἐπὶ γὰρ τῷ φιλοδοξοῦντι καὶ καλοῦντι τὸν Δαβὶδ, παρέσχεν αὐτὸν ἰᾶσιν ὑπὸ φιλοδόξου πίστεως καὶ ὑπὸ δυσφήμου λόγου, ὥσπερ οἱ ὄντως δοκήσει αὐτὸν φάσκοντες ἐλπυθέναι, ἢ ἐξ ἑτέρας οὐσίας σεσαρκῶθαι, καὶ μὴ τοῦ ὑπὸ Δαβὶδ φυράματος. τίνος δὲ χάριν ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, τί θέλεις ποιήσω σοι; ἵνα μή τις νομίσῃ ἄλλο βουλομένῳ λαβεῖν ἄλλο τι δίδοναι· καὶ γὰρ ἔθος αὐτῷ παντὶ τὴν τῶν σωμάτων θεραπείαν προτρέπων καταπλήττειν τοῖς θεραπευομένοις, καὶ ὑποκαλύπτειν ἅπασι, καὶ πότε ἐπαίρειν τὴν ἰατρείαν· διὸ ἓν μέν, ἵνα καὶ τοὺς ἄλλους εἰς ζῆλον ἀγάγῃ· δεύτερον δέ, ἵνα δείξῃ τὸ δωρεᾶς ἀξίους ἀπολαύοντας. ὅπερ δὲ ἀξίους καὶ πῶς ἐξ ὧν ἐδόησε καὶ μὴ πάσης σπουδῆς προεσέδραμον, ἀκριβήσας καίπερ ἔφερεν ἁμαρτίαν ἀπερρίψεμονοῦχι παλαιὸν ἐκδύσας χιτῶνα, καὶ ὅλον τὸν Ἰησοῦν ὁμολογοῦντα, καὶ ὑπὸ τῶν μαρτυρησάντων αὐτῷ Χριστὸν καὶ εἰπόντων· ὕπαγε, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. καὶ τῆς ἰάσεως ἣν τυχὼν οὐκ ἀπεκρύβη, ὅπερ πολλοὶ ποιοῦσι μὴ τὰς διεργασίας ἀγνωμονοῦντες· ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς δόσεως καρδιογνώστης, καὶ μὴ τὴν

τ δοσιν διγνώμων. ἀκολύθει δὲ τῷ Ιησοῦ ἐκ τῆ ὁδῷ. ὃ μὲν σαφλότατα ἰαθεὶς χρονίσας τ ὁδὸν συμφανῆ τῷ Ματθαίῳ καὶ Λυκᾷ ἑνα τυφλὸν ἐκτὸς φησι καὶ Λυκᾶς· Ματθαῖος δὲ δύο· τῶν δὲ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τ ἰσορίας. οὐδὲν ἔχει δὲ τὸ ἐπιφανὲς μιμεῖσθαι Μάρκον τε καὶ Λυκᾶν πεποιηκότας, ὡς πρὸς καὶ ὀνόματι δεδήλωκεν ὁ Μάρκος εἰπὼν τ ὑὸν Τιμαίου Βαρτίμαιον τυφλὸν, εἰς ἐπιφανῆ τόπον ὄντα.

æmulatione quadam traheret ad implorandam, qua egerent, opem. Deinde ut ostenderet; merentibus, quippè in se credentibus, ista beneficia contingere. Enimvero hûc fidei præclaræ merito dignum se præbuisse concessa gratia, apparet ex studio quo exiliens procurrit, abjecto etiam vestimento, quasi exuens veterem hominem, & totus in Iesum transiens. ex eo præterea, quòd de ipso testatur Christus dicens: *Vade, fides tua te salvum fecit.* Cæterùm adeptus sanitatem non resilijt, ut plerique faciunt, post beneficia ingrati: sed quàm fortem ac constantem in petenda gratia, tàm se postquam accepit in eadem agnoscenda profitendaque gratum exhibuit. sequebatur enim Iesum in via. Porrò cœcitati remedium oblatum in via referens consentit hic noster cum Matthæo & Luca. unius autem cœci meminerunt Marcus & Lucas: At Matthæus duorum. neque in hoc ulla Historiæ discordia est. Facilè quippè fieri potuit unius insignioris inter duos cœcos Marcum & Lucam rationem habuisse. quod etiam exprimendo ejus nomine Marcus declaravit, qui hunc cœcum filium Timæi Bartimæi vocans, vulgò tunc notiorem, & præ cæteris celebrem ostendit

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια

» Καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ιερουσαλὴμ
» εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς
» τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἀποστέλλει δύο
» τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

» Καὶ λέγει αὐτοῖς, ὑπάγετε εἰς τὴν
» κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν, καὶ εὐ-
» θέως εἰσπορευόμενοι εἰς αὐτὴν εὑρή-
» σετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς
» ἀνθρώπων κεκάθικε· λύσαντες αὐτὸν
» ἀγάγετε.

» Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, τί ποιεῖ-
» τε τοῦτο; εἴπατε ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ
» χρείαν ἔχει· καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀπο-
» στελεῖ ὧδε.

» Ἀπῆλθον δὲ καὶ εὗρον τὸν πῶλον
» δεδεμένον πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ
» τοῦ ἀμφόδου, καὶ λύουσιν αὐτόν.

» Καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων
» ἔλεγον αὐτοῖς, τί ποιεῖτε λύ-

CAPVT XI.

1. ET cùm appropinquarent
» Ierosolymæ & Bethaniæ ad
» montem olivarum, mittit duos
» ex Discipulis suis.

2. Et ait illis, Ite in Castel-
» lum quod contra vos est, & sta-
» tim ingredientes illuc, inve-
» nietis pullum ligatum, super
» quem nemo adhuc hominũ se-
» dit: solvite illum & adducite.

3. Et si quis vobis dixerit, Quid
» facitis? dicite quia Domino ne-
» cessarius est: & continuò illum
» dimittet huc,

4. Et abeuntes invenerunt pul-
» lum ligatum ante januam foris
» in bivio: & solvunt eum.

5. Et quidam de illic stanti-
» bus dicebant illis, Quid faci-

„ tis solventes pullum?

6. Qui dixerunt eis sicut præ-
„ ceperat illis Iesus: & dimiserunt
„ eos.

„ οντες ⲱ̅ ⲡⲱⲗⲱ;

„ Οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς καθὼς ἐνετεί-
„ λατο ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀφῆκαν αὐ-
„ τοὺς.

TOLOSANI. Sæpiùs antea ingressus erat Salvator Ierosolymam: sed seipsum occultans, & notitiam Iudæorum vitans. Nunc autem multo splendore ac strepitu, quasi sese ostentans, palam invehitur. Quoniam enim suæ virtutis experimentum ipsis dederat idoneum: jamque instabat patiendi moriendique tempus: non amplius temperandos existimavit aut cohibendos majestatis illos radios, qui dicta ejus factaq; omnia splendore admirabili commendabant: quin flagrantiores illos atque illustriores in oculos invidentium immittebat, quasi oleum in flammam odiorum, quorum ad effectus animum obfirmaverat, ultrò affundens, atque irritans Iudæorum animos ad se crucifigendum. Equidē non est credibile fatigatione aut debilitate coactum ulla Dominū, qui pedibus Iudæam universam ac Galilæam perambulasset, jumenti vectura permodicum ad iter, quantulum ab Olivarum monte ad Ierosolymam extenditur, eguisse. Verùm ista species insidentis asello novū populum ditioni atque Imperio cœlestis Principis Ierosolymorum Regis cervices submissurum declarabat. Pullus quippè asini, animal immundum juxta legem, Gentilis populi symbolum fuit.

ΤΟΛΩΣ. Πολλάκις εἰσελήλυθεν ὁ Σωτὴρ εἰς Ἱεροσόλυμα προτέρω. ἀλλὰ κρύπτων ἑαυτῶ, καὶ μὴ θέλων γνωρισθῆναι τοῖς Ἰουδαίοις· νῦν δὲ καὶ μετὰ πολλῆς περιφανείας ἐπιβαίνει. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ δυνάμεως πεῖραν αὐτοῖς δέδωκεν ἱκανὴν· καὶ ὁ καιρὸς τοῦ πάθους ἔγγυς ἐτύγχανε. μετὰ δόξης λοιπὸν καὶ πολλῆς λαμπρότητος ἅπαντα πράττει, ὡς αἲ μᾶλλον αὐτοὺς ἐκκαίῃ τὸ μαγείρῃ πρὸς τὸ σταυρῶσαι αὐτόν. οὐ γὰρ χρείας τινὸς ἕνεκα ἐπὶ ὄνου καθήμενος ἄλλως ἀπὸ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐλήλυθεν, ὃς πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν καὶ Γαλιλαίαν πεζῇ ἐπορεύετο. ἀλλὰ τὸ ἐποχούμενον αὐτὸν ἐπὶ πώλου θεωρεῖσθαι δηλοῖ τὸ ἐπὶ τοῦ νέου λαοῦ καθέζεσθαι ⲱ̅ οὐράνιον ἡγεμόνα καὶ βασιλέα τῆς Ἱερουσαλήμ· καὶ ⲱ̅ ἐθνικὸν λαὸν ἐδήλου γὰρ ὁ Πῶλος· μὴ ὄντα καθαρὸν. τοιοῦτον γὰρ παρὰ τῷ νόμῳ καὶ τὸ ζῶον τοῦτο.

7. Et duxerunt pullum ad Iesū
„ & imponunt illi vestimenta sua,
„ & sedit super eum.

8. Multi autem vestimenta sua
„ straverunt in via: alij autē fron-
„ des cędebant de arboribus, &
„ sternebant in via.

9. Et qui præibant, & qui se-
„ quebantur clamabant, dicentes,
„ Hosanna, Benedictus qui ve-

„ Καὶ ἤγαγον τὸν πῶλον πρὸς ⲱ̅
„ Ἰησοῦν, καὶ ἐπέβαλον αὐτῷ τὰ ἱμά-
„ τια αὐτῶν. καὶ ἐκάθισεν ἐπ' αὐτῷ.

„ Πολλοὶ δὲ τὰ ἱμάτια αὐτῶν
„ ἔστρωσαν εἰς τὴν ὁδόν· ἄλλοι δὲ στοιβά-
„ δας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων, καὶ
„ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν.

„ Καὶ οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκο-
„ λουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες, ὡσαν-
„ νά· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν

„ ὀνε-

„ ὀνόματι Κυρίου.

„ Εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία „ ἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦ πατρὸς ἡμῶν „ Δαβὶδ, ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

ΤΟΛΩΣ. Ἐλθόντος τοῦ Σωτῆρος ἔκραζον οἱ παῖδες τὸ ὡσαννά. τοῦτο δὲ μεθερμηνευόμενον σημαίνει, σῶσον δή· ὡς γέγραπται ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ψαλμῷ, ὦ Κύριε σῶσον δή. ὅπερ ἐν τῷ ἑβραϊκῷ ψαλτηρίῳ ὡσαννὰ γέγραπται· τοῦτο δὲ ἔλεγον πιστεύοντες υἱὸν εἶναι αὐτοῦ Δαβὶδ καὶ Χριστόν. οὐ κάθηται δὲ ἐπὶ γυμνοῦ τοῦ πώλου· ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἱμάτια τῶν ἀποστόλων. ἐπεὶ γὰρ τοῦ πώλου ἔλαβον ἅπαντα λοιπὸν προΐεντο. τὸ δὲ εὐήνιον τοῦ πώλου καὶ ἥμερον ἀδαμάστου ὄντος καὶ μήπω πειραθέντος τινὸς χαλινοῦ, δηλοῖ τὸ καταπειθὲς τῶν ἐθνῶν καὶ τὴν ἀθρόαν εἰς εὐταξίαν μεταβολήν.

„ nit in nomine Domini.

10. Benedictũ quod venit re„ gnum Patris nostri David: Ho„ sanna in excelsis.

TOLOSANI. Venienti Salvatori acclamabant pueri *hosanna*; quod ex Hebræo redditum sonat, *age salvum fac*. sicut scriptum est in Psalmo decimoseptimo. *O Domine salvum me fac*. cui verbo in hebraico psalterio respondet: *hosanna*. Hoc autem cùm dicerent, satis indicabant credere se, esse ipsum verè filium Davidis & Christum. Non autem nudo asello Dominus, sed vestimentis Apostolorum quæ illi supra dorsum bestiæ multa congesserant, insedit. nimirum qui missi ad quærendum id animal erant, uno eo contenti, clitellas & ephippia reliquerant. quæ res facilitatem mitis jumenti prodit, sine habenis ad omnem se motum nutumque tractabilem præbentis, etiam si domitus antea numquam frenumque expertus esset. Erat hæc figura docilitatis futuræ Gentilis populi, subitæque mutationis ejus ac conversionis ad rectam disciplinam.

„ Καὶ εἰσῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ „ Ἰησοῦς, εἰς τὸ ἱερόν. καὶ περιβλεψάμενος πάντα, ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας ἐξῆλθεν εἰς Βηθανίαν μετὰ τῶν „ δώδεκα.

„ Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν ἀπὸ Βηθανίας, ἐπείνασε.

„ Καὶ ἰδὼν συκῆν μακρόθεν ἔχουσαν φύλλα, ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι „ ἐν αὐτῷ. καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτὴν οὐδὲν „ εὗρεν εἰ μὴ φύλλα. οὐ γὰρ ἦν καιρὸς „ σύκων.

„ Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν „ αὐτῇ, μηκέτι ἐκ σοῦ εἰς τοῦ αἰῶνα „ μηδεὶς καρπὸν φάγοι· καὶ ἤκουον οἱ „ μαθηταὶ αὐτοῦ.

ΤΟΛΩΣ. Εἰσῆλθε μὲν εἰς τὸ ἱερὸν ὁ

11. Et introivit Ierosolymam „ in Templum: & circumspectis „ omnibus, cùm jam vespera esset „ hora, exijt in Bethaniam cum „ duodecim.

12. Et alia die cùm exirent à „ Bethania, esurijt.

13. Cùmque vidisset à longè „ ficum habentem folia, venit si „ quid fortè inveniret in ea: & cũ „ venisset ad eam, nihil invenit „ præter folia. nõ enim erat tem„ pus ficorum.

14. Et respondens dixit ei, Iam „ nõ amplius in æternũ ex te fru„ ctum quispiam manducet. Et „ audiebant Discipuli ejus.

TOLOSANI. Ingressus quidẽ

in Templum est Iesus, sed rursus egressus inde est; significans fore ut deserta relinqueretur ea sacra domus. Venit autem & in Bethaniam, quæ vox ex originibus sonat, Domus obedientiæ. Videamus autem & quę gesta circa ficũ sunt. hanc enim historiam abundè multę inopinatę circumstantię, & mirabilis ad vocis sonum secuta mutatio, consideratione dignam efficiunt. Quomodo esurijt mane Christus? & quamobrem cũ nondum advenisset tempus ficuum, fructum non ejus tempestatis ab innoxia tam acerbè repetijt arbore? quę item ratio est sumptę ultionis à planta sensus experte? Ad ea dicendum est: certo consilio & arcana ratione talia esse à Salvatore sic gesta. Quoniam enim exempla suę potentię hactenus benefaciendo dumtaxat dederat: neque viderant Discipuli quemquam ab eo mulctatum aut malè habitum, necesse credidit ostendere ad terrorem impiorum, nocendi facultate se minimè carere, si quãdo uti vellet ac necesse esset. Ejus igitur experimentum potestatis, quod pro sua humanitate in homine noluit edere, in ligno sensu casso edidit, arefacienda ficu. quo facto satis ostendit quid adversus eos posset qui crucifixerunt ipsum. Eos tamen cùm ipsi facillimũ esset perdere, abstinere potestatis ejus usu maluit. Propensa enim ad benefaciendũ hominibus Dei natura est: & ab ijs damno afficiendis aliena.

VICTORIS ANT. Postridie, ait, exeuntibus ipsis Bethania, esurijt. Matthæus addit: manè id contigisse. quomodo autem mane esurit? Indulsit hoc carni. Alius

Ιησοῦς, ἀλλὰ πάλιν ἐξῆλθε. σημαίνων ὅτι καταλειφθήσεται ἔρημος ὁ ναὸς οὗτος. ἔρχεται δὲ καὶ εἰς Βηθανίαν· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον οἶκος ὑπακοῆς. Ἰδωμὲν δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν συκῆν. πολλὰ γὰρ ἄτοπα δοκοῦσιν ἕπεσθαι τῷ ῥήματι· πῶς ἐπείνασεν ὁ Χριστὸς πρωΐας. καὶ ἔτι καιροῦ μὴ ὄντος σύκων, ἀπῄτει καρπόν; Καὶ τίς ὁ λόγος ἀναισθήτου φυτοῦ τιμωρίαν γίνεσθαι; πρὸς οὖν ταῦτα ῥητέον· ὡς οἰκονομίας χάριν ταῦτα πεποίηκεν ὁ Σωτήρ· ἐπεὶ γὰρ θαύματα ἐποίει ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων εὐεργεσίᾳ· ἀεὶ γὰρ ἦν ἀγαθοποιὸς ἡ δύναμις αὐτοῦ· ἐπὶ κακώσει δέ τινος οὐδέποτε ἑώρων οἱ μαθηταὶ ταύτην γεγενημένην· διὰ τοῦτο ἐξήρανε τὴν συκῆν· δεικνύων ὅτι καὶ κακῶσαι δύναται. οὕτω μὲν ἔσται φανερὸν ὅτι δύναται καὶ τοὺς σταυρώσαντας αὐτὸν, ἀφανίσαι· ἀλλ' οὐ βούλεται. διὰ τοῦτο καὶ τὴν κάκωσιν οὐκ ἐπ' ἀνθρώπου· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἀψύχου δένδρου ἐνεδείξατο. εὐεργετικὸν γὰρ ἀνθρώπων ὁ θεῖον· ἀλλ' οὐ κακωτικόν.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Καὶ τῇ ἐπαύριόν φησιν, ἐξελθόντων αὐτῶν Βηθανίας, ἐπείνασεν. ὁ Ματθαῖος δὲ πρωϊ προστίθησι. πῶς δὲ πρωΐας πεινᾷ; συνεχώρησε τῇ σαρκὶ τοῦτο. ἄλλος δὲ ἔφη, ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει ἐν αὐτῇ καρπόν. ὅθεν δῆλον ὅτι τῆς ὑπονοίας αὐτῶν ἦν. καὶ γὰρ τὰς ὑπονοίας τῶν μαθητῶν γράφουσιν. οὕτω δὲ καὶ δὲ νομίζειν διὰ τοῦτο αὐτὴν κατηρᾶσθαι. τίνος οὖν ἕνεκεν κατηράθη; τῶν μαθητῶν ἕνεκεν, ἵνα θαῤῥῶσιν. ἐπειδὴ γὰρ πανταχοῦ μὲν εὐεργετῶν οὐδένα ἐκόλασεν· ἔδει δὲ καὶ τῆς τιμωρητικῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἀπόδειξιν παρασχεῖν, ἵνα μάθωσιν ὅτι δυνάμενος ξηράναι Ιουδαίους, ἑκὼν συγχωρεῖ, καὶ οὐ ξηραίνει. οὐκ ἐβούλετο δὲ τοῦτο εἰς ἀνθρώπους ἐνδείξασθαι, καὶ εἰς δὲ φυτὸν τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν ταύτην παρέσχετο. ὅταν δὲ εἰς τόπους γένηται

τι μὴ

τι, μὴ ἀκριβολογώμεθα, δικαίως ἢ ἀδίκως, λέγοντες, ἀλλὰ τὸ δοκοῦν ἰδιωτικῶς. ἐπεὶ καὶ τοῖς τῶν χοίρων πολλοὶ τοῦτο αἰτιῶνται τῶν κατα πονηροδέντων, ἢ τοῦ δικαίου γυμνάζοντες λόγον. ἀλλ' ὑπὲρ ὑπολαβεῖν τοιοῦτόν ἐστι παρὰ τοῖς. καὶ γὰρ καὶ πάντα ἄλογα, ὥσπερ ὀνείρου τὸ φυτὸν ἄψυχον. τίνος οὖν ἕνεκεν τοιοῦτον τοῦτο σχῆμα τῷ παραδείγματι; καὶ τὸ καιρὸς οὐ ἦν παρόντος; ὅπερ ἔφην, τῆς μαθητῶν ὑποψίας τὸ παράδειγμα ἦν, ἀφ' οὗ τοῦτον ὑπὲρ ἀφιλοτιμήσεται. εἰ δὲ λέγοιτο, ὡς οὐ καιρὸς; ἐντεῦθεν δείκνυσιν ὅτι παρωξυμμένως εἰς τοῦτο ἦλθε, τὸ δεῖπνον, ἀλλὰ διὰ τοὺς μαθητάς. τίς γὰρ ἦν ὁ τρόπος ἵνα ὑπολάβωσιν, ὅτι παρεῖναι τῷ καιρῷ ἔσται τοῦτο ἦν πρόφασις; ἢ ὅπερ ἐπεῖνη καὶ ὁ ἐνθύμιον ὑπόμιζε αὐτούς, τί ὁ κωλύων οὖν φανῆναι τῆς οἰκίας ἔξελθεῖν; ὑπὲρ γὰρ ἔστιν αὐτῷ ὡς ἢ τοῦ καιροῦ ἕνα παρὼν πεῖναν αὐτὸ ἔξεκαλέσατο. ὑ γὰρ οὖν καιρὸς συκῶν· πεινῶν δὲ πῶς ὑχ ἑτέρωθεν ἐζήτει τροφήν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς συκῆς, οὖν ὑ δυνατὸν ἦν παρὼν τοῦ καιροῦ καρπὸν δηλαδὴ πᾶσιν ὄντως σαφῶς; ποίας δὲ ἀναγκαίσεως οὖν ἄξιον ἦν μὴ ἔχειν παρὼν καιρὸν; ὥστε ὅλε μὴ πάντως ἀνθρώπως ἱκανῶς ἂν ἐκ τούτων συλλογίσαιτο ἐπὶ πεῖνα μὲν ὄντα οὖν, παράδειγμα δὲ οὖν πείσης τὴν οἰκείαν ἐνδυκνύμενον δυνάμιν, εἰς ὃ μὴ οἴεσθαι αὐτὸς ἀπονίαν ὁ παῖς ἀφ' ἀναδέχεσθαι. διὰ τοῦτο φυτὸν ἐπιλεξάμενος ὃ κἂν εἰ τέμοι τις ὑ ῥᾳδίως τοῦ ἔμφυτον ὑγρασίαν ἀποπίεσθαι πέφυκε· τοῦτο διὰ μόνης ἔξήρανε τὴν ἐπιτιμήσεως.

autem ait: *venit, si forte inveniret in ea fructum*. prout videlicet comites ejus opinabantur. nam opinationes Discipulorum Evangelistæ plerumque sic scribendo exprimunt. cujus generis est: ideo diris devotam à Domino ficulneam. quod in adstantium opinione, non reipsa fuit. Cur igitur isti arbori malè imprecatus est? Discipulorum gratia. ut inde fiduciam conciperent. Quoniam enim, sparsis undequaque beneficijs, neminem umquam, quantumvis malè meritum, læserat, oportuit experimẽtum edere facultatis qua pollebat ulciscendi & nocendi, si vellet: ut sic intelligerent ipsum, cùm posset arefacere Iudæos, abstinere ultrò ab ejus potestatis usu, & indulgentia vim temperare. Noluit autem præ innata lenitate, nocendi potestatem in homines experiri, sed necessaria ejus virtutis demonstratione, in ligno defungi satis habuit. Cùm autem tale aliquid obtulerit historiæ locus occurrens; ne subtiliter disquiramus, jure ne id factũ, an injuria: sed miraculum consideremus. Nam nec in porcis demersis curiosam diligentiã probamus multorum otiosè disputantiũ quã justè id factum à Domino. ne hic quidem talibus attendamus, censeo. nam & illa erant animalia rationis expertia, ut & hoc lignum sensu cassum. cur igitur hanc speciem induit negotio? & maledictionis quis hic prætextus est? Iam dixi, non res ipsas ut erant, sed Discipulorum opinationes expressas. cùm revera nihil eorum quę ipsi putabant per hæc Christus significaret. Cùm dicitur: *non enim erat tempus ficorum*. ostenditur alia longè ex causa eò venisse Dominum, quàm famis explendæ. nimirum ad utilitatem, ut dixi, Discipulorum. quis enim tam stultus sit, ut existimet matutino tempore adeò esurijsse Christum? quod si esurijt & vesci ne tũ quidẽ putavit intempestivũ, quid prohibuerat

Digitized by Google

rat præſumere jentaculum antequam domo prodiret? nam dici profectò nequit, oblato fortè pomiferæ arboris conſpectu natam Domino, & velut irritatam famem. non enim erat tempus ficorum. Porrò eſuriens quomodo non aliunde quæſivit cibum, quàm à ficulnea, quam palàm erat habere tali tempore non poſſe maturas ficus? quam verò indignationem merebatur, non habere ipſam fructum ante tempus? Quare quivis non planè ſtultus ex his abundè argumentatus intelliget: famem in Domino non fuiſſe: ſed ſpeciem ipſum iſtam exhibuiſſe famis, ut occaſionem ſumeret oſtendendi quid valeret ad nocendum & ulciſcendos aggreſſores; ne putarent in paſſione mox futura, idcircò ipſum ſuccubuiſſe adverſantibus, quod debilis eſſet ad repellendam vim. Elegit autem virtuti nocendi demonſtrandæ arborem naturæ tam vivacis, ut ne cæſa quidem ſuccum amittat: quã tamen ipſe ſola increpatione ficcavit.

15. Et veniunt Ieroſolymam.
„ Et cùm introiſſet in Templum,
„ cœpit ejicere vendentes & e-
„ mentes in Templo, & menſas
„ nummulariorum, & cathedras
„ vendentium columbas evertit.
16. Et non ſinebat ut quiſquã
„ transferret vas per Templum.
Iſa. 57. 7. 17. Et docebat dicens eis, Nõ-
„ ne ſcriptum eſt, Quia domus
„ mea domus orationis vocabi-
Ierem. 7. 11. „ tur omnibus Gentibus? Vos au-
„ tem feciſtis eam ſpelunçam la-
„ tronum,
18. Quo audito Principes Sa-
„ cerdotum, & Scribæ quærebant
„ quomodo eum perderent. ti-
„ mebant enim eum: quoniam
„ univerſa turba admirabatur ſu-
„ per doctrina ejus.

„ Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ
„ εἰσελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο
„ ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγο-
„ ράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ τὰς τρα-
„ πέζας τῶν κολλυβιστῶν καὶ τὰς καθέ-
„ δρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς
„ κατέστρεψε.
„ Καὶ οὐκ ἤφιεν ἵνα τις διενέγκῃ
„ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ.
„ Καὶ ἐδίδασκε, λέγων αὐτοῖς, Οὐ
„ γέγραπται ὅτι ὁ οἶκός μου οἶκος προ-
„ σευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν;
„ ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον
„ λῃστῶν.
„ Καὶ ἤκουσαν οἱ γραμματεῖς καὶ
„ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ ἐζήτουν πῶς αὐτὸν
„ ἀπολέσωσιν· ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτὸν,
„ ὅτι πᾶς ὁ ὄχλος ἐξεπλήσσετο ἐπὶ
„ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.

Ioan. 2. TOLOSANI. Ejectionẽ vendentium è Templo per Dominum factam, Ioannes quidem initio Evangelij contigiſſe memorat; hic autem noſter ſub finem: ſicut & Matthæus. dici poteſt bis id eſſe factum, & per occaſiones diverſas. Sanè character differentiæ apparet inter ea quæ noſter hic narrat, in eo quod Ioannes veniſſe Ieſum in Templũ refert ſub tempus Paſchę,

ΤΟΛΩΣ. Τὸ ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Κυρίου· ὁ μὲν Ἰωάννης ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου γεγονέναι φησί· διὸ καὶ πρὸς τῷ τέλει· καθάπερ καὶ ὁ Ματθαῖος. Καὶ ἔστιν εἰπεῖν· ὅτι δεύτερον γέγονε τοῦτο ἴσως· καὶ οὐ διαφόρους καιρούς. ἐν γὰρ τῷ χρόνῳ καὶ τῆς ἀποκρίσεως φανερόν ἐστιν· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν τῷ πάσχα παρεγένετο· ἐνταῦθα δὲ πρὸ πολλοῦ. Τὸν δὲ ναὸν σπήλαιον λῃστῶν ὀνομάζει διὰ τὸ φιλοκερδὲς

κερδὲς τῶν ἐμπόρων. Ὃ γὰρ λῃστρικὸν γένος τοιοῦτον. κολλυβιστὰς δὲ καλεῖ τοὺς τὰ νομίσματα ἀλλάσσοντας. Κόλλυβος γὰρ εἶδος λεπτοῦ νομίσματος καλκοῦ. Συνίστησι δὲ τὴν κατ' αὐτῶν κατηγορίαν ἐκ τῆς τοῦ Ησαΐου προφητείας λέγοντος ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται οὐχ οὗτοι δὲ μόνοι καλοῦνται λῃσταί· ἀλλὰ καὶ ὡς τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ τὴν ἐκ τοῦ βαπτίσματος ἐπαγγελίαν τοῖς βουλομένοις πωλοῦντες. διὰ γὰρ τῆς περιστερᾶς ἐδήλωσε τοῦτο. διὸ καὶ ἀνάξιοι τυγχάνουσι τοῦ ἱεροῦ.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ. Τοῦτο καὶ ὁ Ιωάννης φησίν· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου· οὗτος δὲ πρὸς τῷ τέλει, ὥσπερ καὶ ὁ Ματθαῖος. ὅθεν εἰκὸς δεύτερον γεγενῆσθαι τοῦτο, καὶ κατὰ διαφόρους καιροὺς, καὶ δῆλον καὶ ἀπὸ τῶν χρόνων καὶ ἀπὸ τῆς ἀποκρίσεως. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν τῷ πάσχα παρεγένετο. ἐνταῦθα δὲ προ πολλοῦ. τοῦτο δὲ κατηγορία μείζων τῶν Ιουδαίων· ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ὁ αὐτὸ αὐτοῦ ποιήσαντος, ἐνέμενον ἐπὶ τῇ καπηλείᾳ· καὶ ἀντίθεον αὐτὸν ἔλεγον, δέον κἀντεῦθεν μαθεῖν αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα τιμὴν καὶ τὴν οἰκείαν ἰσχύν. ἑώρων γὰρ τοὺς λόγους τοῖς πράγμασι συμφωνοῦντας· ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐπείθοντο, ἀλλ' ἠγανάκτουν. διὸ καὶ αὐτὸς τὴν Ησαΐαν αὐτοῖς ἐπιτειχίζει κατήγορον, τὴν θυμὸν αὐτῶν κατασβεννύς, καὶ δεικνὺς ὅτι παρὰ Θεοῦ ἥκει. λῃστὰς δὲ τοὺς ἐμπόρους ἐκάλεσε, διὰ δὲ λῃστρικὸν τῆς φιλοκερδίας καὶ τὴν τῶν θυσιῶν χρείαν πρόφασιν αἰσχροκερδίας λαμβάνοντες, βόας, καὶ τρυγόνας, καὶ ἐπιστερὰς ἐπίπρασκον· ἕτεροι δὲ ἀργύρια προὐτίθεσαν λεπτὰ πρὸς τὴν τῶν μειζόνων ἀλλαγήν. σφοδρότερον δὲ ὃ ἔργον οὐκ ἐν ἠπιότητι λόγου γενόμενον, ὅποτε καὶ τοὺς πιπράσκοντας ἐξέβαλε καὶ τὰς τραπέζας κατέστρεψεν. ἄλλος δὲ φησιν ὅτι περὶ τὸν χρόνον οὐ πάνυ τοῖς τρισὶν εὐαγγελισταῖς ἐμέλησεν

ibique, cùm vendentes ejecisset interrogatum à Iudæis illis verbis: *quod signum ostendis nobis?* &c. quorum nihil hic habetur: ubi potiùs indicatur, multò ante Pascha hæc esse gesta. Porrò Templum speluncam latronum nominat, propter lucri studium quo mercatores flagrant, quod genus latrocinantiũ affine est. Collybistas vocat eos, qui permutationi nummorũ mensas expositas habebant. Collybus enim species est minuti nummi ex ære. Peragit verò reos istos testimonio Isaiæ dicentis: *Domus mea domus orationis vocabitur.* Non hi autem soli vocantur latrones, sed etiam ij qui gratiam Sancti Spiritus & Baptismatis administrationem, per id sacramentum ad spem repromissionum admitti cupientibus vendunt. Dona enim ejusmodi spiritualia columbarũ symbolo designata sunt: quæ qui venum exponunt longè indignissimi sunt aditu sacrorum. *Isai. 56.*

VICTORIS. Hoc & Ioannes dicit: sed hic initio, noster sub finem Evangelij, uti & Matthæus, unde verisimile est secundò idem, diversis temporibus iteratũ. quod & ex collatione temporum & ex responso patet. Illic enim circa Pascha venisse dicitur, hic verò lõgè ante. Hinc porrò gravior culpa Iudæorum deprehenditur, quos nec semel iterumque adhibita reprehensio ab impia nundinatione revocavit; neque à blasphemia, qua Christum Deo contrarium jactabant: cùm vel ex his discere ipsos oporteret, & venerationẽ ejus erga Patrem, & propriam ipsius potentiam. Videbant enim congruentes operibus sermones: sed

nec

τῦ Θεῦ. ἐπεὶ γαρ ὡς ἐδόκει, Μωσέα προσεξάλλοντο ἡμῖν ⓦ νόμ@, δ' εἰκνυσιν ἑαυτὺς τὰς γραφὰς ἀγνοῦντας, ὃκ ὂ τὺ τῦ καὶ τὴ δυνάμιν τῦ Θεῦ. καὶ ἐσφδὴ αἴτιον ἰῶ τῦ μὴ νομίζειν ἀνάστασιν, ὃ τοιαύτιω ὑποτυθύειν χρήσεσθαι προγμάτων καπάσαν, ἀπ@ θεραπεύει, εἶτα καὶ ὃ σύμπτωμα. ὃν γὸ τῆ ἀναστάσι, φησὶν, ὅτε γαμῦσιν, ὅτε γαμίσκονται. πλάνδος ἦν ὑπονοήσαιτε ἀγνοῦντες τὴ περὶ τὴ ἀναστάσεως γραφὴν, καὶ τὴ δυνάμιν τῦ Θεῦ τὴ ὃκ μὴ ὄντων τῷ λόγῳ τὰ πάντα συγκαμβύλων· ἥπις καὶ τὰ διεφθαρμένα εἰς ἀνάστασιν ἄγει. καὶ ἐπειδὴ μῦθόν ὡσαύτως ἄνθρωποι μηκέτι ἀνεξανόμβυοι εἰς πλῆθ@, καθάπερ καὶ ⓐ ἄγελοι· διὰ τῦτο κοινωνία γάμων ἀναιρεθήσεται· τῦτο γὸ ὡς ἄγγελοι τῦ Θεῦ ἐν τοῖς ὐρανοῖς. ὥςπερ γὸ ὃ ἀγελικὸν πλῆθος πολὺ μ ὂν ἐ μέλλει ὃκ χρήσεως ἀνεξεθεν, ἀλλ' ὃκ δημιυργίας ὑπαρχ@· ὅτω δὴ καὶ ὃ ἀνισάμβυ@ πλῆθος. ὅτι ὃ χρήσεται ἀνάστασις, καὶ ὃκ ἀδυνατ@ ὃ τοῦτο, ἐξ ἐπαγγελίας τῦ Θεῦ ζωίσησι, καὶ ὃκ ἐκ φυσιολογίας. ὑχὶ γὸ ταῖς ὃκ ὄντων, φησὶν, ἅγι@ Θεὸς ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐμὶ τῶν ζώντων καὶ τῶν ὄντων. ἴσμεν ὃ ὅτι καὶ ποῖς τὸ λέξιν παύτιω ⓐ ἀπὸ τῦ Ουαλεντίνυ καὶ Μαρκίων@ ἐπ' ἀγαθὸν, ὅτι ψυχὰς ἀναγόντες ἐ λόγ@. ταύτας γὸ ζῆν, καὶ ποῖ τύπων εἰρηκέναι ⓦ Κύρι@ ὡς τύπων ὄντα Θεύν. ᾧ δήπυ ὃ Σαδδυκαίοις ποῖ ψυχῶν ἰῶ ἡ ἀπολογία, ἀλλὰ ποῖ σωμάτων· ὥστε ποῖ τύπων ἡ ἀνάκρισις. λέγεται ὃ τότε ἀνίσασθαι ὑ νεκρὺς, ὅτε μ σώματ@ ἡ ψυχή· ὃκ ὡς ἐν τῷ μεταξὺ τῆς ψυχῆς ἀγαλευμένης, ἀλλ' ὡς ἀποκατύσης, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἅγα ὅσα μ σώματ@ ἔχει ὃκ ἐχύσης. ἐν γαρ ᾧ ὃ ἀμφοτέρων ἔστιν ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἡ ζωὴ κοινὴ, καὶ ἑκατέρων δεῖ ποῖς ὃ τῶ ὃκ θα-

funditus ac ſine ſpe reſtitutionis mortui, neutiquam dici poſſet eorum Deus, qui non niſi viventium verè Deus eſt.

VICTORIS ANT. Qui ſunt hi Sadducæi? Secta Iudæorum alia, docens: non eſſe Reſurrectionem, neque Angelum; neque Spiritum. Ac nihil illi quidem rectà de reſurrectione percontantur: confingunt autem cauſam quamdam, & caſum cõformant, ut eſt uſus rerum humanarum, numquam, aut vix patrabilem. Sic rati ſe in arctum contruſuros Dominum, & reſurrectionis dogma ſubverſuros, quare autem non ſatis habuerunt duos aut tres ejuſdē mulieris viros fingere; ſed ſeptem? ut tanto abundantius reſurrectionē traducerent ridendamque propinarent. Quare inculcant: *omnes eam habuerunt*. Quid ergo Chriſtus? utriſque occurrit, non ad verba, ſed ad ſententiam refpõſum accommodans; docenſque & reſurrectionem fore, & eam nequaquã talem fore, qualem quidam dicerent Phariſæos opinari. Quid enim ait? *Erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei*. quia enim velut docti Moyſen protulerunt & Legem, oſtendit ipſos ſcripturas ignorare; & inde virtutem quoque Dei neſcire. Et quia cauſa ipſis negandæ reſurrectionis, erat falſa opinio, qua ſibi perſuaſerant, talem tunc fore ſtatum rerum, qualis nũc cernitur, cauſæ remedium apponit, ut ſecutum ex ea morbum tollat. *In reſurrectione enim*, inquit, *neque nubent, neque nubentur*. Falſum igitur pro conceſſo & confeſſo ſumitis, non intelligentes quid Scriptura de reſurrectione doceat; nec

ſcientes Dei virtutem, quæ verbo κατὰ ζωὴν πάλιν ἀνάγων. cuncta ex nihilo condidit. quæ & corrupta in reſurrectionẽ perducit. Et quoniã ibi permanebunt homines in eodẽ ſemper ſtatu, nõ ulterius multiplicandi, ſicut & Angeli, propterea inde nuptialis cõmunicatio tolletur. Hoc ſonant illa: *Sicut Angeli Dei in cœlis.* ut enim Angelica multitudo quantacũq; eſt, nõ generatione propagata ſenſim eſt, ſed creatione ſimul edita: ſic & multitudo reſurgentium. Futuram autem revera reſurrectionem, & nihil in ea eſſe quod fieri non poſſit, Dei teſtimonio adſtruit, non ratione naturali. Non enim, ait, Deus Sanctus eorum qui non ſunt, Deus eſt: ſed viventium utique ac exiſtentium. Scimus hanc ſententiã Chriſti etiam à Valentinianis & Marcionitis oppugnatam, de animabus dictam, contendentibus. Eas enim vivere, & de his locutum Dominum, cùm dixit: viventium Deum eſſe. At Sadducæis non de animabus erat quæſtio, ſed de corporibus. quare de his agit reſponſio. Dicitur autem tunc reſurgere mortuus, quando ejus anima iterum conjungitur corpori. non quod tempore medio inter mortem & reſurrectionẽ anima diſſolvatur aut evaneſcat; ſed quod otioſa vacet ab operationibus, quas in corpore præſens exercebat, quæ propriæ functiones ejus naturæ ſunt. unum enim quiddam ex ambobus coagmentatum homo eſt, & vita commune bonum partis utriuſq; quare ut reſtituatur vita poſt mortẽ, corporis animæq; cõcurſu opus eſt.

28. Et acceſſit unus de Scribis
„ qui audierat illos conquirentes,
„ & videns quoniam illis benè re-
„ ſponderit, interrogavit eũ quod
„ eſſet primum omniũ mandatũ.

29. Ieſus autem reſpondit ei,
Deut. 6. 4 „ Quia primum omnium manda-
„ tum eſt, Audi Iſraël, Dominus
„ Deus noſter, Deus unus eſt.

30. Et diliges Dominum Deũ
„ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota
„ anima tua, & ex tota mẽte tua,
„ & ex tota virtute tua. Hoc eſt
„ primum mandatum.

31. Secundũ autem ſimile eſt
Levit. 19. 18. „ illi, Diliges proximum tuum
„ tamquam te ipſum. majus horũ
„ aliud mandatum non eſt.

32. Et ait illi Scriba, Bene Ma-
„ giſter in veritate dixiſti, quia
„ unus eſt Deus, & non eſt alius
„ præter eum.

33. Et ut diligatur ex toto cor-

„ Καὶ προσελθὼν εἷς τῶν γραμ-
„ ματέων, ἀκούσας αὐτῶν συζητούντων,
„ εἰδὼς ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη,
„ ἐπηρώτησεν αὐτὸν, ποία ἐστὶ πρώτη
„ πασῶν ἐντολή;

„ Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη αὐτῷ, ὅτι
„ πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν, ἄκουε
„ Ἰσραήλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύ-
„ ριος εἷς ἐστι.

„ Καὶ ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν
„ σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ
„ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς
„ διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου.
„ αὕτη πρώτη ἐντολή.

„ Καὶ δευτέρα ὁμοία αὐτῇ, ἀγα-
„ πήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυ-
„ τόν. μείζων τούτων ἄλλη ἐντολὴ οὐκ
„ ἔστι.

„ Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ γραμματεύς,
„ καλῶς διδάσκαλε ἐπ' ἀληθείας εἶπας,
„ ὅτι εἷς ἐστι Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος
„ πλὴν αὐτοῦ.

„ Καὶ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς

καρ-

Digitized by Google

„ καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως,
„ καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης
„ τῆς ἰσχύος, καὶ τὸν ἀγαπᾶν τὸν πλησίον
„ ὡς ἑαυτὸν πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ὁλο-
„ καυτωμάτων καὶ τῶν θυσιῶν.

„ Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν αὐτὸν ὅτι νου-
„ νεχῶς ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ, οὐ
„ μακρὰν εἶ ἀπὸ βασιλείας τοῦ Θεοῦ.
„ καὶ οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα αὐτὸν ἐπε-
„ ρωτῆσαι.

ΤΟΛΩΣ. Ὁ μὲν Ματθαῖος φησὶ ὅτι πειράζων προσῆλθεν. ὁ δὲ Μάρκος ἐνταῦθα λέγει ὅτι φρονίμως ἀπεκρίθη· καὶ οὐκ ἔστιν ἐναντίωσις ἐν τοῖς Εὐαγγελισταῖς. οὐ γὰρ μάχεται ἑαυτῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀλλ' εἰκὸς πρῶτον μὲν αὐτοὺς ὡς πειράζοντα ἐληλυθέναι· εἶθ' ὕστερον ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀποκρίσεως συνέσιν λαβεῖν· καὶ νουνεχῶς ἀποκριθῆναι· καὶ ἐπαινεθῆναι διὰ τοῦτο. ἐξ ἡμισείας δὲ γέγονεν αὐτοῦ ὁ ἔπαινος. οὐ γὰρ εἶπεν ὅτι ἐντὸς εἶ τῆς βασιλείας· ἀλλ' οὐ μακρὰν εἶ. λέγουσι δέ τινες· ὅτι ἐπιλήψεσθαι τοῦ Χριστοῦ ἐλήλυθεν ὡς ἐπὶ διορθουμένου τοῦ νόμου. Καὶ διὰ τοῦτο ἀποδεῖξαι αὐτὸν ὡς ἀντίθετον τῷ νόμῳ· δείκνυσι δὲ αὐτὸν ὁ Σωτὴρ ὡς ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν ἀγάπην, ἀλλὰ μᾶλλον φθόνον, ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἐλήλυθεν ἐρώτησιν· διὸ καὶ φησιν αὐτῷ· πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή, τὸν ἀγαπᾶν τοῦ Θεόν. δευτέρα δὲ καὶ ὁμοία τὸν ἀγαπᾶν τοῦ πλησίον. ὁ γὰρ τοῦ Θεὸν ἀγαπῶν καὶ τὸν πλησίον ἀγαπᾷ ὡς Θεοῦ ἔργον ὄντα κάλλιστον· καὶ ὁ τοῦ πλησίον ἀγαπῶν, πολλῷ μᾶλλον καὶ τοῦ Θεόν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διατί ὁ Ματθαῖος φησιν ὅτι πειράζων ἐπηρώτησεν αὐτὸν οὗτος ὁ νομικὸς, ὁ δὲ Μάρκος τοὐναντίον; εἰδὼς γὰρ ὁ Ἰησοῦς φησιν ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη αὐτῷ, εἶπεν αὐτῷ, οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. οὐκ ἐναντιούμενοι, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συνᾴδοντες. ἠρώτησε μὲν γὰρ πειράζων

„ de, & ex toto intellectu, & ex
„ tota anima, & ex tota fortitu-
„ dine: & diligere proximũ tam-
„ quã seipsum: majus est omnibus
„ holocautomatibus & sacrificijs.
34. Iesus autem videns quòd
„ sapienter respondisset, dixit illi,
„ Non es longè à regno Dei. Et
„ nemo jam audebat eum inter-
„ rogare.

TOLOSANI. Hunc Matthæus refert accessisse ad Christum tentandi ejus animo. Marcus verò hic ait eum sapienter respondisse, quę nequaquam pugnant nec magis dissidere ab invicem Evangelistæ possunt, quam ipse à se ipso dissentire Dei spiritus, quo uno omnes instincti scripserunt. Verisimile igitur est, primùm venisse hunc hominem consilio tentandi, deinde à responsione Christi prudentiam sumpsisse; quam rectè respondendo probaverit: merueritq; ideo laudari. Nec tamen absoluta laus ejus fuit. Neque enim dixit Christus: intrasti in Dei regnum; sed, *non longe es à regno Dei*. Ajunt verò quidam venisse istum spe ac proposito intercipiendi Christum, quem audiverat se ferre correctorem Legis, ex quo ipso demonstraturum se sperabat esse illũ Legi contrarium, quam corrigere & abrogare idem esset. Opportunè ipsum igitur caritatis Christus commonet, cujus defectu ad istud captationis astutæ consilium descenderat. Commemorato quippe magno ac primo mandato, quod unũ ille petierat, nihilominus pergens ex abundanti Dominus secundum suggerit, quo amor in proximum præscribitur, necessitati potiùs in-

interrogantis, quàm ejus interrogationi responsionem accommodans suam. Addit autem, quod iste nesciebat, primi ac summi quo Dei amor præcipitur, simile esse illud alterum quo amari homines jubentur. Simile planè: cum utriusque amoris par atque eadem ratio sit. ut enim amatur Deus propter se, ita & amari debet homo propter Deũ, cujus opus cũ sit pulcherrimum, ab autoris sui manibus causas cur ametur trahit. quod qui facit satis indicat quanto amore complectatur Deum: tanto scilicet ut ex eo supersit quod in Dei opera refundat.

ANONYMI. Quare Matthæus ait hunc Iurisperitum tentãdi gratia interrogasse Dominum: Marcus autem contra: *Videns enim*, inquit, *Iesus quod sapienter respondisset, dixit illi: non es longe à regno Dei?* Non adversantes sibi invicẽ, sed præclarè cõsentientes hæc scribunt Evangelistæ duo. Interrogavit enim à principio tentandi causa: sed ex tum accepta responsione cùm profecisset, est laudatus. non enim statim initio ipsum laudavit; sed quando dixit: amare proximũ majus esse omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. tunc ait: non longè es à regno. quòd res parvi momenti contempsisset sabbata & ritus exteriores; caput autem & quasi arcem virtutis caritatem esse præclarè vidisset. Tamen nondum ei testimonium perhibuit perfectæ laudis; sed cui aliquid adhuc deesset. eo enim ipso quod ait, nõ longè es. ostendit desiderari aliquid: ut quæreret quod aberat. Si autem dicentem istum: unum esse Deum, & præter ipsum non esse alium,

παρὰ τὴν ἀρχὴν, ἀπὸ δὲ τῆς ἀποκρίσεως ὠφεληθεὶς, ἐπῃνέθη. οὐδὲ γὰρ παρὰ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἐπῄνεσεν, ἀλλ' ὅτε εἶπεν· ὅτι τὸ ἀγαπᾶν ὡς πλησίον πλεῖόν ἐστι τῶν ὁλοκαυτωμάτων. τότε φησὶν, οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας, ὅτι τῶν ταπεινῶν ὑπερεῖδε, λέγω δὴ τῶν σαββάτων καὶ τῶν λοιπῶν· ἐν τῇ ἀρχὴν τῆς ἀρετῆς τὴν ἀγάπην ὁποία τίς ἐστι κατενόησεν. ὅμως οὐδὲ οὕτως αὐτῷ ἀπηρτισμένον τὸν ἔπαινον συνέθηκε, ἀλλ' ἔτι λείποντα. τὸ γὰρ εἰπεῖν, οὐ μακρὰν εἶ, δείκνυσιν ἔτι ἀπέχοντα, ἵνα ζητήσῃ τὸ λοιπόν. εἰ δὲ εἰπόντα αὐτῷ ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλος, ἐπῄνεσε, μὴ θαυμάσῃς, ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν κατάμαθε, πῶς πρὸς τὴν πρόληψιν ἀποκρίνεται τῶν προσιόντων. κἂν γὰρ μυρία περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγωσιν ἀνάξια τῆς δόξης αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦτο οὐ τολμήσουσιν εἰπεῖν, ὅτι τὸ καθόλου οὐκ ἔστι Θεὸς. ἀφίησι δὲ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ προτέρου δόγματος μένειν, καὶ ἐπαινεῖν τὰ παλαιὰ, εἰδὼς ὡς ὅτι περ ἐπιτήδειος ἔσται καὶ τὴν τῆς καινῆς διδασκαλίαν κατὰ καιρὸν προσδέξασθαι. ἄλλως δὲ καὶ τὸ εἷς Θεὸς, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν, καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ πανταχοῦ οὐ πρὸς ἀθέτησιν τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν εἴρηται τῷ εἰδώλῳ. ὥστε καὶ τοῦτον ἐπαινέσας οὕτως εἰρηκότα, τῇ γνώμῃ ἐπῄνεσε.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤ. Ὁ μὲν Ματθαῖος ὅτι πειράζων ἠρώτησεν· ὁ δὲ Μάρκος τοὐναντίον. εἰδὼς γὰρ φησιν ὁ Ἰησοῦς ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ βασιλείας τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐναντιούμενοι ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συνᾴδοντες. ἠρώτησε μὲν γὰρ πειράζων παρὰ τὴν ἀρχὴν, ἀπὸ δὲ τῆς ἀποκρίσεως ὠφεληθεὶς, ἐπῃνέθη. οὐδὲ γὰρ παρὰ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἐπῄνεσεν, ἀλλ' ὅτε εἶπεν, ὅτι τὸ ἀγαπᾶν ὡς πλησίον πλεῖόν ἐστι τῶν ὁλοκαυτωμάτων, τότε φησὶν, οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας· ὅτι τῶν ταπεινῶν ὑπερεῖδε

καὶ

καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀρετῆς κατέλαβε. καὶ γὰρ πάντα ἐκεῖνα διὰ τοῦτο, καὶ τὸ σάββατον καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ οὐδὲ οὕτως αὐτῷ ἀπηρτισμένον τοῦ ἐπαίνου συνέθηκεν, ἀλλ' ἔτι λείποντα· τὸ γὰρ εἰπεῖν, οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας, δείκνυσιν ἔτι ἀπέχοντα, ἵνα ζητήσῃ τὸ λεῖπον. τινος οὖν ἕνεκεν τὴν ἀρχὴν ταύτην τῷ Ἰησοῦ προεβάλετο τὴν ἐρώτησιν; προσδοκῶν τινα λαβὴν παρέξειν αὐτῷ ὡς ἐπιδιορθωσόμενον αὐτὸν, διὰ τὸ καὶ ἑαυτὸν ποιεῖν Θεόν. τί οὖν ὁ Χριστός; δεικνὺς ὅθεν ἐπὶ ταῦτα, ἀπὸ τοῦ μηδεμίαν ἔχειν ἀγάπην, ἀπὸ τοῦ φθόνου καὶ ζηλοτυπίᾳ τήκεσθαί, φησιν, ἀγαπήσῃ Κύριον τὸν Θεόν σου, αὕτη πρώτη, καὶ μεγάλη. δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῆς, καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. διατί δὲ ὁμοία αὐτῆς; ὅτι αὕτη ἐκείνην προοδοποιεῖ, καὶ αὐτὸ τὸ ἀγαπᾶν ἡμᾶς Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν ἤρτηται τοῦ ἀγαπᾶν ἡμᾶς ἑαυτούς. ἀγαπῶντες γὰρ ἑαυτοὺς, ἀγαπῶμεν τὸν ποιήσαντα ἡμᾶς τοιούτους, ὡς ἔτι κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ὑμᾶς. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ ἀγαπᾶν τὸν Θεοὺν ἀγαπῶμεν ἑαυτοὺς, ἀλλὰ τοῦ ἀγαπᾶν ἑαυτοὺς εὐχαριστοῦμεν τῷ ὑμᾶς ποιήσαντι καὶ χαρισαμένῳ τὰ τοιαῦτα ἅπινά ἐστι δυσεξαρίθμητα, ἀμειβόμενοι κατὰ δὲ δυνατὸν ἡμῖν αὐτὸν διὰ τῆς τοιαύτης ἀγάπης. πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς. καὶ πάλιν· εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι Θεός· καί τοι ἀπὸ τούτου διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασι· καὶ ὁ ἀγαπῶν με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καὶ τὸ κεφάλαιον τοῦτον, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου. τὴν πρώτην οὖν ἐρωτηθεὶς, ἐπήγαγε καὶ τὴν δευτέραν οὐδὲν αὐτῆς ἀποδέουσαν· πλεονάζει δὲ τῇ ἐπαναλήψει τῇ περὶ τοῦ αὐτοῦ. τὸ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ, ἵνα ἐπιτείνῃ τὴν ἀγάπην εἰς τελειότητα· μὴ καταλιπὼν ἀπόκλεισιν ἐπ' ἄλλο μηδὲν, ὅπερ ἐλαττώσῃ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην. ταύτην οὖν εἰπὼν μεγάλην ὁ Κύριος, προσέ-

laudavit, ne mireris. Sed & hinc disce, ut ad anticipatas accedentiũ notiones sua responsa conformet. nàm etsi innumera de Christo dicant indigna gloria ejus, illud certè numquam dicere audebunt: ipsum omninò Deum non esse. Sinit autem illum in priori permanere sententia, & laudare veteris testamenti dogmata: sciens eo aptiorẽ ipsum fore ad percipiendã suo tẽpore novi quoque testamenti doctrinam. Cæterũ illud: Deus unus est, & præter eum non est alius, tã in veteri testamento, quàm ubicũque positum, non pertinet ad exclusionem Filij à Divinitate, sed ad distinguendum verum Deum ab Idolo. quare & hunc laudans sic locutum, verè & ex animi sententia laudavit.

VICTORIS ANT. Matthæus ait interrogasse tentando. Marcus contra: *Videns* enim, inquit, *Iesus, quod sapienter respondisset, ait illi: non longè es à regno Dei*. Non adversantes invicem, sed præclarè consentientes. Interrogavit siquidem tentans, sed responsione correctus, laudari meruit. non enim à principio laudavit: sed quando dixit: amare proximum majus esse holocautomatis. tunc ait, non longè es à regno Dei. quoniam humilia contempsit, & principatũ virtutis arripuit. nam omnia illa propter hoc sunt; Sabbatum, inquam, & reliqua. Ac nec sic plenam illi laudem tribuit, sed cui adhuc aliquid deesset. Dum enim ait, non longè es, ostendit nondum ad finem pervenisse; ut quæreret quod deerat. Quare igitur à principio talem Iesu proposuit quæstionem? sperans videlicet, sic se

ansam

ansam ipsi præbiturum quasi emẽdandi se, in eo quod sese Deum faceret. Quid igitur Christus? ostẽdens inde illum ad istam insidiosã captationem descẽdisse, quod nullam haberet caritatem, sed livore, & invidia tabesceret, ait: *Diliges Dominum Deum tuum. Hoc primũ & maximum mandatum: secundum autem simile est huic. Et diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Quare autem simile est huic? quod hoc illi viam sternat. Nam ipsum amare nos Dominum Deum nostrum, sumitur ex amore quo nos ipsos amplectimur. amantes siquidem nos ipsos, amamus eum qui fecit nos tales, ut referremus similitudinem Conditoris nostri. non enim ex eo quod Deũ amamus, nos ipsos amamus. sed & hoc ipsum quod amamus nos, beneficio imputamus Creatoris nostri, cui gratificato nobis talia, quæ numerari vix possunt, reddimus quam possumus vicem gratiarum, talem ei mutuam caritatem rependendo. *Omnis enim malè agens odit lucem, & non venit ad lucem.* Et rursus: *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus*: quare & ex hoc: *Corrupti & abominabiles facti sunt in studijs suis.* &: *Qui diligit me, mandata mea servabit.* Et caput ac summa horum: *Diliges proximum tuum.* De primo igitur interrogatus, secundum etiam apposuit, nihil illo inferius. Illud autem, *in tota mente* &c, abundat repetitione ejusdem per verba paris aut affinis notionis, ut extendat caritatem ad supremum perfectionis apicem, non relinquens exclusionem exceptionemve rei ullius, quæ diminuat caritatem in Deum. Hoc ergo mandatum cùm vocasset magnum Dominus, adjunxit & primum esse, ut ex ea mentione occasionem sumeret secundi memorandi, utpote primo connexi, nec ab eo separabilis. Quamobrem de uno interrogatus, non tacuit de alio huic individuè conjuncto. Non enim vera est in Deum caritas, caritatem in proximum non habens sibi connexam. Deinde postquam respondit, vicissim interrogat.

35. Et respondens Iesus, dicebat docens in Templo, Quomodo dicunt Scribæ Christum Filium esse David?

36. Ipse enim David dicit in Spiritu Sancto, Dixit Dominus Domino meo. sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorũ.

37. Ipse ergo David dicit eum Dominũ: & unde est Filius ejus? Et multa turba eũ libenter audivit.

Ps. 109. 1.

ΑΥΤΟΥ

ΑΥΤΟΥ. Μετὰ τὸ ἐπαινέσαι ὧν εἰρηκότα ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἔχωσι λέγειν ὅτι θαύματα μὲν ἐποίησε, τῷ νόμῳ δὲ ἐναντίος καὶ τῷ Θεῷ πολέμιός ἐστι· διὰ τοῦτο μετὰ τοσαῦτα τοῦτο ἐρωτᾷ, λανθανόντως ἐνάγων αὐτοὺς εἰς τὸ καὶ αὐτὸν ὁμολογῆσαι Θεόν. ἐπειδὴ γὰρ περὶ τὸ πάθος ἤμελλεν ἰέναι, λοιπὸν τίθησι τὴν κυρίαν αὐτὸν ἀνακηρύττουσαν προφητείαν. ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ προηγουμένως, ἀλλ' ἀπὸ αἰτίας εὐλόγου. ἀνατρέπων γὰρ αὐτῶν τὴν πεπλανημένην δόξαν, οὕτως εἰσάγει τὸν Δαβὶδ ἀνακηρύττοντα αὐτοῦ τὴν θεότητα, καὶ τὸ γνήσιον τῆς υἱότητος, καὶ τὸ ὁμότιμον πρὸς ὧν πατέρα. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἵσταται. ἀλλ' ὥστε καὶ φοβῆσαι· καὶ τὰ ἑξῆς ἐπάγει λέγων, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ἵνα κἂν οὕτως αὐτοὺς ἐπαγάγηται. πρότερον δὲ εἶπε, τί ὑμῖν δοκεῖ; τίνων υἱὸς ἦν; ὅστε εἰς ἐρώτησιν αὐτοὺς ἀγαγεῖν. ἐπειδὴ εἶπον, τοῦ Δαβὶδ (καὶ μὴν ὁ Δαβὶδ τάδε ἔφη) ἀλλὰ πάλιν ἐν τάξει ἐρωτήσεως, πῶς οὖν ὁ Δαβὶδ ἐν πνεύματι; ὥστε μὴ προσθεῖναι αὐτοῖς τὰ λεγόμενα. διὸ οὐδὲ εἶπε, τί οὖν ὑμῖν δοκεῖ περὶ ἐμοῦ; ἀλλὰ, περὶ τοῦ Χριστοῦ; ὅρα δὲ πῶς αὐτοὺς συλλογίζεται. εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν Κύριον, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἦν; οὐκ ἀναιρῶν τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἶναι· ἄπαγε· ἀλλὰ τὴν ὑπόνοιαν διορθούμενος· πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἦν οὕτως ὡς ὑμεῖς φατε μόνον υἱὸς καὶ οὐχί Κύριος αὐτοῦ ἦν; ἀλλὰ πῶς, ἐκείνων ἦν ἐρωτῆσαι, ἀλλ' οὐκ ἠρώτησαν. οὐδὲ γὰρ ἐβούλοντό τι τῶν δεόντων μαθεῖν. διὸ καὶ αὐτὸς ἐπήγαγεν, ὅτι Κύριος αὐτοῦ ἦν. οὐκ ἦν δὲ ἴσον ἀκοῦσαι, Ιουδαίων ἁπάντων Κύριον, καὶ τοῦ Δαβίδ. σὺ δέ μοι σκόπει τὸν εὔκαιρον. ὅτε γὰρ εἶπεν ὅτι Κύριός ἐστι καὶ ἀπὸ προφητείας, οὐκέτι ἔργων μόνον, καὶ δείκνυσιν αὐτῶν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀμυνόμενον, καὶ ὁμόνοιαν τοῦ πατρὸς πρὸς αὐτόν. οὐδὲ γὰρ κατὰ τοὺς Ιουδαίους ὧν υἱὸν Κύριον ἐχρῆν λέγεσθαι

EIVSDEM. Postquam laudavit eum qui dixerat, unum esse Deum, ne possent dicere: miracula quidem fecit: verùm Legi contrarius & Deo inimicus est, propterea post tot illa hoc interrogat, latenter inducens illos ad confitẽdam divinitatem suam. quoniam enim ad Passionem processurus erat, excellentem illam qua propriè Deus prædicabatur, Prophetiam tempus esse putavit proponendi. non autem ex abrupto & sine prę-via insinuatione, sed causa idonea ad ejus sermonis ingressum præmissa. Hunc enim inivit suavem modum evertendæ erroneæ ipsorum de se opinionis, ut Davidem induceret claro certoque pręconio promulgantem, & se Deum esse, & proprium Dei Filium, & sibi eidẽ omnimodam honoris ęqualitatem cum Patre competere. Neque hic sistit: sed ut eis terrorem incutiat, quæ sequuntur adjungit, dicens: *Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum*. ut vel sic saltem eos induceret. Prius tamen ait: *Quid vobis videtur de Christo, cujus filius est?* Postquam verò dixerunt, David. (nam hoc ipsum David testatur) iterum in forma interrogationis adjungit: *Quomodo ergo David in spiritu* &c. ne quæ dicebantur de suo videretur addere. quæ etiam causa fuit cur non diceret: quid vobis videtur de me? sed de Christo. Vide autem ut eos argumentatione constringit. *Si ergo David vocat ipsum Dominum, quomodo filius ejus est?* non negans se filium ejus esse. absit. sed cogitationem de se pravam emendans, opinantium se ita Davidis filium esse, ut id solùm esset; non autem prę-

terea

terea etiam Dominus ejusdē. quomodo autem convenire in unum possent ista duo nomina respectū ejusdem Davidis, ipsorum erat quęrere. sed non quæsiverunt. nihil enim eorum quæ conveniebat ipsos scire, discere curabant. Propterea & ipse addidit: *Dominus ejus erat*. Non fuit autem simile, audire ipsum Iudæorum omnium Dominum, & Davidis. Tu verò mihi considera opportunitatem dicti: ubi enim ostendit se esse Dominū, etiam testimonio Prophetiæ, & nō operibus solùm, simul demonstrat Patrem injurias sibi factas ulturū: unde apparet ejus unanimis concordia secum. Porrò juxtà modum loquendi Iudæis usitatum, non erat fas vocari filium Dominum Patris. nam & Salomonem mater sua servum Patris appellavit, dicens: *Nonne Salomonem servum tuum* &c. Patrem autem de filio loquentem tamquam de Domino, res erat prorsus inaudita, & præter naturam. Maximè cùm idem Pater loquitur motus à Spiritu. non dixit autem Spiritus Dominum, sed Davidis. Haud enim quoniam in spiritu loquens David Dominum vocavit Christum, idcircò Spiritum in servitutem redigere oportet, quod tentare non verentur, qui nunc in Spiritum blasphemant. Sanè alibi David ait, se filium Ancillæ Dei. quod utique Spiritui convenire nemo dixerit. De propria enim sua ipsius persona dixit illa David, uti & alia multa.

τῆ πα Ἐγς, πῶς ἀν τοῦτον ὄν; ὡς περ καὶ τ Σολομῶνα ἡ μητὴρ δοῦλον καλεῖ τῆ πα Ἐγς, λέγουσα, οὐχὶ Σολομῶνα ⓦ δοῦλόν σου, πατέρα ὄν τοῦτ ὑῆ λέγειν ὡς τοῦτ Κυρίου, ἀνατελῶς ἀνῳδόν, καὶ τοῦτ τ φύσιν· καὶ μάλιστα ὅποτε καὶ πνεῦμα κινούμενον ⓦ λαλεῖ. οὐκ εἶπε ὄν τῆ πνεύματ ⓒ Κύριον, ἀλλὰ τῆ Δαβίδ. οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἐν πνεύματι λαλῶν Κύριον ⓦ ἐκάλεσε ⓦ Χριστὸν, ἤδη τῆτο δουλοπρεπὲς ⓦ ὂν πνεῦμα, ὡς πολμῶσιν ⓦ εἰς ὃ πνεῦμα δυσφημοῦντες. λέγε οὖν καὶ νῦν αὐτ παιδίσκης τῆ Θεῆ ὁ Δαβίδ, ἐν ᾧ δίκαιον τῷ πνεύματι καὶ τοῦτο ἁρμόζει, ἀλλ' εἰς ὃ ἴδιον πρόσωπον ⓦ εἴρηται αὐτῷ πάντα ἐν ἄλλα πολλά.

38. Et dicebat eis in doctrina
» sua, Cavete à Scribis, qui vo-
» lunt in stolis ambulare, & salu-
» tari in foro.

39. Et in primis cathedris se-
» dere in synagogis, & primos
» discubitus in cœnis.

40. Qui devorant domos vi-
» duarum sub obtentu prolixæ o-
» rationis: hi accipient prolixius
» judicium.

» Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ
» αὐτ, Βλέπετε ἀπὸ τῶν γραμμα-
» τέων, τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περι-
» πατεῖν, καὶ ἀσπασμοὺς ἐν τ ἀγορᾷς,
» Καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν τ συνα-
» γωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς
» δείπνοις.
» Οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν
» χηρῶν καὶ προφάσει μακρὰ προσ-
» εύχόμενοι. οὗτοι λήψον περισσό-
» τερον κρίμα.

ΤΟΛΩΣ. Πρὸς τὸ πάθος μέλλων ἔρχεσθαι ὁ Κύριος τῶν τῶν Γραμματέων περὶ αὐτοῦ δόξαν παραλαμβάνων ἴσαν ἐπανορθοῦται. ὑπελάμβανον γὰρ ⓦ

ἐκ Χριστὸν εἶναι μὲν γὰρ Δαβὶδ αὐτὸν ὁμολογεῖ
κύριον δὲ παρεκλυόμενος αὐτὸν Θεὸν ὄντα ἐκ
τῆς Δαβὶδ ῥημάτων δείκνυσιν οὐχ ἁπλῶς
μόνον ἀλλὰ καὶ ἐκφοβεῖ αὐτοὺς λέγων ἐκ τοῦ
τρόπου τοῦ ἐρωτᾶν αὐτοὺς τὸν παῖδα
αὐτὸν ὄντα ἐρωτῶν ἕως τοῦ παιδὸς τὴν παιδίαν
αὐτῶν ὄντων ἐρωτῶν ἔδειξεν ὁ
ἕως τοῦ παιδὸς τὴν χρείαν
ἀξιοῦ δὲ ὄντι εἰπεῖν παρέρχεται. Σωτὴρ
γὰρ εἶπε, τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ ἐμοῦ·
ἀλλὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ εἰπὲ Δαβὶδ καὶ
λέγοντων Κύριος υἱός ἐστι; τοῦ
δὲ φησιν οὐκ ἀναιρεῖ ὁ εἶναι
υἱὸς, ἀλλὰ δείκνυσι μόνον υἱὸς ἀν-
θρώπου ἀλλὰ καὶ Κύριος. εἰ γὰρ ὁ
Δαβὶδ ἐν πνεύματι ἐλάλησε. Καὶ
Κύριον αὐτὸν καλεῖ. τί μοι ὑμῖν
δοκεῖ οὗτος; ὃ χρὴ σκοπεῖν, ἀλλὰ ὁ θεὸς
ἡμῶν δὲ ἀκοῦσαι ὃ χρὴ πρόσεχε καὶ ἄλ-
λους αὐτοὺς φυλάττεσθαι ἀπὸ τῶν Γραμ-
ματέων τῶν θελόντων περιπατεῖν
ἐν στολαῖς καὶ φιλούντων
ὅσα ἀλλαχοῦ εἴρηται δόξαν ὑπὸ τῶν
καὶ τὰς τῶν χηρῶν καὶ ὀρφανῶν κατε-
σθιόντων πρόφασιν καὶ μακρὰ προσεύ-
χομένων. καὶ ἀντίβασιν προσχήματα
ἀπατώντων τοὺς ἀφελεστέρους.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ. Καθέλεσθαι αὐτοῖς
πῶν αὐτοῖς; δηλονότι τοῖς ἀπὸ τοῦ λαοῦ,
πρεσβύτερον εἶπε, καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν
μετὰ ἡδέως. φυλάξατε πάντα, φησὶν,
ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν γραμματέων. μὴ ζη-
λοῦτε, μὴ μακαρίσητε τὸ ἔξωθεν σεμνὸν
θεωροῦντες. ὁ γὰρ ἕνεκα Θεοῦ ὁ ζῆλος
ὁ νόμιμον προσκύλλουσι, ἀλλ' ἕνεκα
τοῦ δοκεῖν ἀνθρώπους εὐσεβεῖν, καὶ νο-
μίζεσθαι παρὰ ἀνθρώποις τὸ ἀνωφελῆ
προσήμασιν. ἱκανὰ γὰρ πάντα
ἐνδείξασθαι τῷ ἀνθρώπῳ ὃ πέφυ-
κεν ὠφελοῦν καὶ βλάπτον. χαρπούσθαι γὰρ
φησι τὰς οἰκίας, καὶ ἀντὶ χήρας τὸ ἀσθε-
νέστερον εἰς διδασκαλίαν, νομίζονται χρῆμα
εὐσεβείας ἀλήθειας; τῷ παρεκτείνειν
δὴ πολὺ τὰς εὐχάς. ὅθεν ἦν μᾶλλον
τετιμωρῆσθαι παρὰ τοῦ λαοῦ, καὶ τὸ τε-
λώνου εἰς βλάβην ἔλκεσθαι, οὕτω μᾶλ-

sto convenire appellationem filij David, nihil autem Domini. Contra quos demonstrat ex Davidis verbis se esse Deum. Neque hoc solùm, sed etiam minatur ipsis aeterrorem inscitiæ, dum illud quoq; ex eadem prophetia subjicit. *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Quasi eos perstringens ac obtecti monens, viderent ne non ipsi essent illi hostes Christi, quos ejus pedibus subjecturus Deus esset. Consideratione autem digna est ipse interrogandi modus quo Salvator utitur. Non enim dixit, *Quid vobis videtur de me? sed quid vobis videtur de Christo? Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est?* Quæ verba cavendum est ne quis in eam partem rapiat, quasi negent esse Christum filium Davidis. affirmãt enim fuisse præterea aliquid aliud, nempe filium simul & Dominum Davidis, hoc est Deũ & hominẽ ex Davidis stirpe. Id enim haud dubiè significat illa Davidis vox. Is enim Sanctus vates divino spiritu suggerente vaticinans, Deo reservatum Domini titulum numquam ei daret, quẽ merum hominem unum ex nepotibus suis crederet. Audiebat porrò Christum multitudo perlibẽter. qua ille opportunitate utens in ipsorum bonum, cavere illos sibi jubebat à Scribis, famam atq; laudem ostentatione vestium aucupantibus, aliaque ejus generis ad istum finem ambitiosè affectantibus. interim dum viduarum, orphanorumque rem familiarem devorant sub obtẽtu prolixæ orationis. Religionis nimirum specie ad fallendum aptissima simpliciori-bus fucum facientes.

VICTORIS. *Et dicebat eis.* quibus? videlicet Populo, de quo dicit Evangelista: *Et multa turba eum libenter audivit.* Ait ergo circumstantibus è populo: custodite vos ipsos à Scribis: ne æmulemini, ne beatos ipsos prædicetis, scenam intuentes, quã exterius ostentant. non enim Dei causa vestitum illum Lege præscriptum induunt, sed ostentationis gratia, ut hominibus religiosi videantur; & sic steriles ab ipsis emendicent significationes honoris, per quas præferantur alijs. Idonea hæc cuncta demonstrando istorum hominum fastui ac tumori supervacaneo & vano. Proventus sibi certos à domibus corrogant, & quæ viduis ob infirmitatem donari oportebat, ipsi in sese avertunt illicio simulatæ pietatis, cujus signa vana multiplicant extendendis in longum palàm orationibus, ut ea excellens appareat, cùm nulla revera sit. Quanto autem magis honorantur à Populo, & ejusmodi honorem ad nocendi perniciem trahunt, tantò plus condemnabuntur, *Potentes enim potenter punientur.* Hæc porrò dicens simul Apostolos admonebat, ne imitarentur Magistros Iudæorum & Scribas; sed se. quoniam enim Magistri orbis terrarum constituti fuerant; per hæc insinuat ipsis optimæ conversationis statum.

λον καταδικασθήσονται. δυνατοὶ γὰρ δυνατῶς ἐτασθήσονται. ταῦτα δὲ λέγων καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐπαίδευε μὴ μιμεῖσθαι τοὺς παρὰ Ἰουδαίοις διδασκάλους καὶ γραμματεῖς, ἀλλ' αὐτὸ ζηλοῦν. ἐπειδὴ γὰρ διδάσκαλοι τῆς οἰκουμένης προεχειρίζοντο, διὰ τούτων αὐτοῖς εἰσηγεῖται ἀρίστης πολιτείας κατάστασιν.

41. Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba jactaret æs in gazophylacium: & multi divites jactabant multa.

42. Cùm venisset autem vidua una pauper, misit duo minuta, quod est quadrans.

„ Καὶ καθίσας ὁ Ἰησοῦς κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου, ἐθεώρει πῶς ὁ ὄχλος βάλλει χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον· καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλλον πολλά.

„ Καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης.

ANONYMI. Quadrantem Iulianus interpretans lib. xvi. Rerum suarum, ait: oboli esse quartã partem. Hic verò Marcus duo minuta quadrantem vocat: ergo minutis octo æquivalet obolus.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸν κοδράντην ὁ Ἰουλιανὸς ἑρμηνεύων ἐν ιϛ βίβλῳ τῶν παρ' αὐτοῦ, ἔφη ὀβόλου τυγχάνειν τεταρτημόριον. ἐνταῦθα δὲ τὰ δύο λεπτὰ κοδράντην καλεῖ. ἄρα οὖν ὀκτὼ τυγχάνει λεπτῶν ὁ ὄβολος.

43. Et convocans Discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hęc pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophylacium.

44. Omnes enim ex eo quod

„ Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα αὕτη ἡ πτωχὴ πλείων πάντων βέβληκε τῶν βαλόντων εἰς γαζοφυλάκιον.

„ Πάντες γὰρ ἐκ τοῦ περισσεύοντος

„ αὐτοῖς

„ αὐτοῖς ἔβαλε· αὕτη γὰρ ὑστε-
„ ρήσεως αὐτῆς πάντα ὅσα εἶχε ἔβα-
„ λεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς.

„ abundabat illis, miserunt: hæc
„ verò, de penuria sua, omnia quæ
„ habuit misit, totum victū suum.

ΤΟΛΩΣ. Ἔθος ἦν τοῖς Ἰουδαίοις ὑπὸ πολλῶν θαυμαζόμενον, ὥστε τοὺς ἔχοντας καὶ βουλομένους ἀφιερῶν εἰς τὸν θεῖον θησαυρόν, ὃς ἐκαλεῖτο γαζοφυλάκιον, ὡς αὐτοὶ τε ἱερεῖς καὶ οἱ πένητες ἐκ τοῦ λοιποῦ ὄχλου ἐν σπάνει ὑπάρχοντες ὄχλος ἐκ τούτων διατρέφοιντο. πολλῶν οὖν προσφερόντων τούτῳ τῷ θησαυρῷ, χήρα τις γυνὴ τοῦ ἑαυτῆς προαιρέσει ὑπεδείξατο πολλῷ δυνάμεως ὑπερωτέραν· δύο λεπτὰ προσαγαγοῦσα· ἔχει δέ τινα ἀναγωγὴν ὁ λόγος· ψυχῇ σημαίνων καὶ σῶμα προσαγαγεῖν τῷ Θεῷ τὸν μέλλοντα ζῆν εὐσεβῶς· τῇ μὲν ψυχῇ διὰ ταπεινώσεως· τὸ δὲ σῶμα διὰ τῆς τῶν παθῶν ἐγκρατείας.

ΤΟLOSANI. Mos erat Iudeis à multis jure laudatus, ut ij quibus facultas & studium adesset, aliquid rerum suarum Deo consecrandi, illud in sacrum thesaurum injicerent (vocabatur is gazophylaciū) ut ex ea pecunia, tum Sacerdotes, tum pauperes, ac de vulgi fęce miserabiles quæque personæ sustentarentur. Multis igitur in istum thesaurum multa inferētibus, mulier quædam vidua studio magno donum offerens exiguum duorum minutorum, religionem suam fortunæ facultateque multò probavit ampliorem. Habet & mysticum significatum hæc oblatio: Eum qui piè ac religiosè vivere velit, docens animam & corpus offerre Deo debere. Animam quidem per humilitatem: corpus verò per temperātiam à voluptatibus ad quas cupiditates stimulant.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐξ ὧν ζῆν προεσκέψατο καὶ βιῶναι τὴν ἡμέραν ἐκείνην.

ANONYMI. Vnde alimenta & res ad vitam necessarias, in eum diem parare sibi cogitaverat.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ἐμέτρησε δὲ βεβλημένον, συνεμέτρησε δὲ καὶ προθυμίαν. ἐκπλήττει τοίνυν ὁ κριτὴς τοῦ Θεοῦ, οὐχ ὁ μεγέθει δωρεῶν ἐπιβλέπων, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ τῆς γνώμης. ἔνιοι πολλὰ ἔχουσί φησιν, ἐκ περισσεύματος δεδώκασιν· αὕτη τὴν οὐσίαν προσήγαγεν. αὕτη ἡ χήρα τῶν γαζοφυλάκων τῶν γραμματέων ἀμείνονα καθέστηκε. ἐκεῖνοι γὰρ σχήματι διδασκάλων καὶ κοπίοις στομάτων φλυαρίας προσάγουσι, λόγοις μηδὲν εἰς ψυχὴν ὠφελοῦντας· ἀλλὰ καὶ τὰ εἴκοσι μάτια προσαναλίσκουσι· αὕτη λάθρα ἀπέδωκε τῷ Θεῷ, μηδὲν ἑαυτῇ εἰς περισσὸν καταλιμπάνουσα, ὑπὸ πολλῶν πλουτούντων ὑπὸ πλουσίων θεὸν ἑαυτὴν δεικνῦσα προσαίρεσιν.

VICTORIS ANT. Rationem habuit non summæ in gazophylacium missæ; sed liberalitatis animi mittentis. Admirare igitur judicium Dei non attendentis ad magnitudinem donorū, sed ad affectū offerentium. Illi multa habent, inquit, ex eo quod redundat dederunt. Hæc substantiā suam obtulit. Hæc vidua mulieribus Scribarum lautè viventibus & largè obsonantibus multò est honoratior. Illæ siquidem fuco ac specie suorum captæ Magistrorum, garrulis & bonæ mentis inanibus eorum nugis inhianter attendunt, nullum ex eorum sermonibus ad salutem animarum fructum referentes; sed & rem familia-

Digitized by Google

rem frustrà expendentes. Hæc verò clam largitur Deo, nihil sibi unde vivat reliquum faciens. non audiens illa quidem adulationes Primariorum: Deo vero suam in ejus obsequium promptam prolixamque exhibens voluntatem.

CAPVT XIII.

1. ET cùm egrederetur de Templo, ait illi unus ex Discipulis suis: Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ.

2. Et respondens Iesus, ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur,

3. Et cũ sederet in monte Olivarum contra Templum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas.

4. Dic nobis, quando ista fient? & quod signum erit quãdo hæc omnia incipient consummari?

TOLOSANI. Plurima cùm dixisset Salvator de desolatione Ierosolymorum, & Templi (Templum enim designabat illis verbis: *Ecce relinquetur domus vestra deserta*) & alia quædam ejus generis. admirantes Discipuli, ac quasi non facilè credentes, tam magnifica, tãque speciosa ædificia evertenda, ostendunt ipsi Templum, ejusque omnibus numeris absolutam elegantiam: perstante nihilominus in asseveratione sua Domino: & illa ipsa quæ ostentarent admirabundi profectò ruitura confirmante, palàmque prædicante. Et quidem ita ruitura, ut ne lapis quidem super lapidem ullus ex illis remansurus esset. Cujus fidem oraculi liberavit Adrianus Imperator Romanorũ,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'

„ ΚΑΙ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκ τοῦ
„ ἱεροῦ, λέγει αὐτῷ εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν
„ αὐτοῦ, διδάσκαλε, ἴδε ποταποὶ λίθοι,
„ καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί.

„ Καὶ ὁ Ιησοῦς ἀποκριθεὶς, εἶπεν
„ αὐτῷ, βλέπεις ταύτας τὰς μεγά-
„ λας οἰκοδομάς; οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος
„ ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ.

„ Καὶ καθημένου αὐτοῦ εἰς τὸ ὄρος
„ τῶν ἐλαιῶν, κατέναντι τοῦ ἱεροῦ,
„ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν Πέτρος
„ καὶ Ιάκωβος καὶ Ιωάννης καὶ Αν-
„ δρέας.

„ Εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται; καὶ
„ τί τὸ σημεῖον, ὅταν μέλλῃ ταῦτα
„ πάντα συντελεῖσθαι;

ΤΟΛΩΣ. Πλεῖστα εἰρηκότος τοῦ Σωτῆρος περὶ τῆς ἐρημώσεως Ιερουσαλὴμ· καὶ ὡς ὅτι ἔρημος ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν· καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτοις παραπλήσια, οἱ μαθηταὶ θαυμάζοντες, ὡσπερ ἀπιστοῦντες εἰ τοιαῦτα κάλλη τε καὶ μεγέθη οἰκοδομημάτων φθαρήσονται, δεικνύουσιν αὐτῷ τόν τε ναὸν, καὶ τὴν εὐπρέπειαν αὐτοῦ. ὁ δὲ Κύριος οὐδὲν ἧττον ἀπολεσθήσεσθαι προφανῶς προαναφωνεῖ· καὶ τοσοῦτον, ὥστε μηδὲ λίθον ἐπὶ λίθῳ μεῖναι. τοῦτο δὲ πεποίηκε τοῖς Ιουδαίοις Αδριανὸς ὁ τῶν Ρωμαίων βασιλεύς· ἐκ βάθρων γὰρ κατασκάψας τὸ ἱερὸν, εἰς τέλος τὴν τοῦ Σωτῆρος προῤῥήσιν ἤγαγε. προσῆλθον δὲ τῷ Κυρίῳ οἱ μαθηταὶ ἐρωτῶντες πότε ταῦτα ἔσται; ὁ δὲ τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀσφαλιζόμενος ἵνα μὴ πλανηθῶσιν, ἐπειδὴ τῶν κατὰ τὴν Ιουδαίαν ἀρξαμένων νοσεῖν, ἐπανέστησάν

τινες

τινες, ἑαυτοὺς διδασκάλους λέγοντες· φησί· βλέπετε μὴ πλανηθῆτε.

qui Iudæis infensus, ipsa Templi pridem eversi rudera scrutatus, & fundamenta ipsa humo penitus effossa disjecit. Accesserunt autem ad Dominum Discipuli, quærentes: quandonam ea quæ diceret eventura essent? Ipse verò mentes eorum præmuniens adversus errores & fraudes pseudo-prophetarum; quoniam providebat fore ut, Iudæorum rebus in pejus ruere incipientibus, quidam existerent qui sibi docendi autoritatem arrogarent, graviter illos, ut sibi caveant, illis verbis monet: *Videte ne quis vos seducat.*

„ Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, „ ἤρξατο λέγειν, βλέπετε μήτις ὑμᾶς „ πλανήσῃ.

„ Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ „ ὀνόματί μου, λέγοντες ὅτι ἐγώ εἰμι. „ καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν.

„ Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους, καὶ „ ἀκοὰς πολέμων, μὴ θροεῖσθε. δεῖ „ γὰρ γενέσθαι. ἀλλ' οὔπω ὁ τέ„ λος.

„ Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπ' ἔθνος, „ καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, καὶ ἔσον„ται σεισμοὶ κατὰ τόπους, καὶ ἔσονται „ λιμοί, καὶ ταραχαί· ἀρχαὶ ὠδί„ νων ταῦτα.

5. Et respondens Iesus, cœpit „ dicere illis, Videte ne quis vos „ seducat.

6. Multi enim venient in no„ mine meo, dicentes, quia ego „ sum: & multos seducent.

7. Cùm audieritis autem bel„ la, & opiniones bellorum, ne ti„ mueritis. oportet enim hęc fie„ ri: sed nondum finis.

8. Exurget enim gens contra „ gentem, & regnum super re„ gnum: & erunt terræmotus per „ loca, & fames. Initium dolo„ rum hæc.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ περὶ λίθων ταῦτά φησιν, ὅτι οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθου. ὁρῶμεν γὰρ τινα μέρη τοῦ ναοῦ ἑστῶτα· ἀλλὰ περὶ τῶν κατὰ νόμον ἐν αὐτῷ ἱερουργουμένων. τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ μαθεῖν ἔθελεν τὸν μαθητὴν, καὶ διὰ τοῦτο ὡσανεὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτὸν, ὅτι οὐδὲν βεβαίως καὶ ἀμεταθέτως νενομοθετημένον, ἐν αὐτῷ μείνῃ, ὃ οὐ λυθῇ. τοῦτο δὲ φησι περί τε θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων, καὶ σπονδῶν, καὶ λοιπῆς ἱερουργίας. καὶ ὁ μὲν πρῶτος μαθητὴς περὶ τοῦ ναοῦ, ποῖον ἕξει πέρας, ἐρωτᾷ· ὁ δὲ περὶ Πέτρου καὶ Ἰάκωβου περὶ τῆς κοινῆς συντελείας. ὅθεν ὁ Κύριος ἀναμεμιγμένην ποιεῖται τὴν ἀπόκρισιν καὶ προῤῥήσιν, τῆς τε ἁλώσεως τοῦ ναοῦ καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τοῦ γενικοῦ τέλους, ἵνα ἐκείνῳ τε καὶ τούτοις προσφόρως ἡ ἀπόκρισις γένηται. τί

ANONYMI. Non de lapidibus hoc ait: quasi velit significare non superfuturum ex Templo lapidem lapidi superpositum. videmus enim quasdã adhuc Tẽpli partes stantes, sed de ritibus sacrificiorum ibi secundùm Legem observatis. Hoc enim, puto, discere potissimum Discipulum voluit. Et propterea ut Dominus ei denunciat, nullam earum sanctionem perpetuam, & in omne tempus immutabilem mansuram: sed cuncta illa abroganda. Hoc autem ait de sacrificijs, holocaustis, libationibus, & cætero sacrorũ apparatu ac ministerio. Et primus quidem Discipulus de Templo interrogavit, quem esset finem habiturum? Petrus

trus autem & Iacobus de fine sæculi. unde Dominus mixtum reddit responsum & prædictionē destructionis Templi & urbis Ierosolymæ generalis finis, ut & illi & his aptè, atque ad singulorum mētem, responderet. Quod signum est, ajunt, quando hęc cuncta consummanda sunt; videlicet hęc quę videntur, & sensibilis creatura. Multi autem venient, ait, in nomine meo. Hæc de communi fine dicta sunt ipsi. Tunc enim cùm is imminebit, multi venient in nomine Christi, inter quos & Antichristus; dicentes quisque ipsorum se esse Christum. quando autem audietis bella. Exurgentibus enim decem cornibus à Daniele prophetatis, necesse est bella inter ipsos per cornua significatos cummitti: sed & tria ex istis cornibus, ut ille ipse Propheta dicit, debellata tolli & destrui. *Et regnū in regnum*. Hæ sunt decem cornuum mutuæ in sese incursiones.

VICTORIS ANT. Quoniam multa de desolatione imminente Civitati & Templo prophetavit: & relinquendam domum ipsorū desertam, Discipuli his auditis tamquam admirantes accesserunt, ostēdentes pulcritudinem Templi; & dubitantes æstuantesque apud sese, si tanta magnitudo & forma pręclara ædificiorum destruenda funditus foret. Quibus Dominus auditis, confirmavit nihilominus quod dixerat & supremā eorū cladem ac desolationē prędicit. quod si dicant aliqui, nondum plenè ista evenisse; sed adhuc superesse reliquias horum: ne sic quidem excidit veritas hujus responsi. Etenim desolationem omnimodam signi-

τὸ σημεῖον φασιν, ὅταν μέλλῃ ταῦτα πάντα συντελεῖσθαι; οἷον τὰ ὁρώμενα καὶ ἡ αἰσθητὴ κτίσις. πολλοὶ δὲ ἐλεύσονται, λέγει, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. ταῦτα περὶ τοῦ κοινοῦ τέλους εἴρηται αὐτοῦ. τότε γὰρ πολλοὶ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, μεθ' ὧν καὶ ὁ Ἀντίχριστος, λέγοντες ἑαυτοὺς εἶναι τὸν Χριστόν. ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους. ἀνισταμένων γὰρ τῶν δέκα κεράτων τῶν ὑπὸ Δανιὴλ προφητευθέντων, ἀνάγκη πολέμους μεταξὺ αὐτῶν γενέσθαι, ὥστε καὶ τρία κέρατα, καθὼς ὁ αὐτὸς ἔφη προφήτης, καταπολεμηθέντα ἀναιρεθῆναι. καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν. αὐταὶ τῶν δέκα κεράτων αἱ ἐπαναστάσεις.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ἐπειδὴ πολλὰ περὶ τῆς ἐσομένης τῇ πόλει ἐρημίας καὶ τῷ ναῷ προεφήτευσεν, ὅτι ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος, οἱ μαθηταὶ ἀκούσαντες ταῦτα, ὥσπερ θαυμάζοντες προσῆλθον, ἐπιδεικνύντες τοῦ ναοῦ τὸ κάλλος, καὶ διαποροῦντες εἰ τοσαῦτα μεγέθη καὶ κάλλη οἰκοδομημάτων ἀφανισθήσεται. ὁ δὲ Κύριος τούτων ἀκούσας, οὐδὲν ἧττον τὴν παντελῆ αὐτοῦ ἀπώλειαν προαναφωνεῖ. εἰ δὲ φασί τινες, μήπω εἰς τέλειον τοῦτο γεγενῆσθαι, ἀλλ' ἔτι σώζεσθαι λείψανον τούτων, οὐδ' οὕτω διέπεσεν ἡ ἀπόκρισις. καὶ γὰρ τὴν ἐρημίαν ἐνδεικνύμενος παντελῆ ταῦτα ἔλεγεν, καὶ τὴν τῆς νομικῆς λατρείας κατάλυσιν περὶ τὴν κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον ἔνθα ἦν. ἔστι γὰρ αὐτοῦ μέρος μέχρι τῶν θεμελίων ἠφανισμένον· ἢ καὶ ἐκ τῶν γεγενημένων καὶ περὶ λειψάνων θαῤῥεῖν χρὴ, ὡς τέλεον ἀπολλυμένων. ἕτερος δέ φησιν. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι τὸ ἱερὸν ἐδείκνυσαν ὡς ἄριστα κατεσκευασμένον, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ὄφειλον καταπεσεῖν, ἐπὶ τὸ καθολικὸν τὸν λόγον ἐξήγαγεν, ὅτι ἔσται καιρὸς ὅτε πάντα συντελεσθήσεται, ὡς μηδὲ λίθον εἶναι. τοῦτο γὰρ περὶ τῆς καθολικῆς συντελείας ἔφη. ὁ δὲ Μάρ-

κος

καὶ ὁ Λυκᾶς ἐν ἑφυσαν εἴ) ὅ ἐρώτημα περὶ τῆ Ιερουσολύμων, ἀπὸ νομιζόντων ἀπαλὴν πίπτ καὶ τ παρουσίαν αὐτῆ εἴ). ὁ δὲ Ματθαῖος δύο, περὶ τε τ καθαιρέσεως τῦ ναῦ, καὶ τ Συντελείας τῦ αἰῶνος. εἰκότως δὲ ὁ περιεσταμμένοι ἀπὸ πλείονα παῤῥησίαν ἔχοντες, ἐπὶ τῦτο κατ' ἰδίαν προσῆλθον, ἀπὸ ἐκ τούτων πιστεύοντες. διαφέρως δὲ πως ἅπαντες ἐξελήφασιν· ὁ μὲ γὰρ περὶ τ Συντελείας τῦ αἰῶνος εἰρῆσθαι πᾶσι ὑπολαμβάνουσιν, ὁ δὲ περὶ τ ἐρημώσεως τ Ιερουσαλήμ· καὶ τῆς μὲ πρώτης δόξης Απολιναρίος καὶ Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας. τ δὲ δευτέρας, Τίτος καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ιωάννης ὁ τ Βασιλίδος ἐπίσκοπος. ἐπειδὴ Τίτος ὁ Μάρκος περὶ ταύτης μόνης φησὶ. τὴν ἐρώτησιν ποιῆσαι τὸς μαθητὰς, ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ὅσα τῷ παρόντι μάλιστα τοῖς δευτέροις ἐξακολυθῆσαι, ἄλλο τίνα ἐρώτησιν καὶ ἄλλο ἀποκρίνε) · τ χαρὰν ἠθέλησαν μαθεῖν τῆς ἀπωλείας τῆς Ιερουσαλήμ· ὁ δὲ περὶ τῆς ἀπωλείας τῆς Ιερουσαλὴμ ἀσφαλίζε) τ ἁγίοις τῆ ἐρωτησάντων· ἤδειν γὰρ αὐτὸς ὠφέλιμος ὁ καιρὸς, εἰ μὴ εἶεν ἀσφαλεῖς περὶ τ πίστιν. ὁ γὰρ ἀπόστολος τῦ Χριστῦ πολὺ περισσοτέραν ἀμέλειαν ἐκλόμενον, εἰσήγαγεν ἑτέρους πλείονας ὑπὲ τῆ μαθητικῆ ἀγέλη ὁ Θαδδαῖος καὶ Ιάκωβος ὁ Γαλιλαῖος. ἐπεὶ τοίνυν ταῦτα ἔμελλε γίνεσθαι, καὶ πολλοὶ ἐσφετερίζοντο ὄνομα τῦ Χριστῦ, λέγοντες τίνες τοῦτοις, ἐλέγχειν μὴ πλανᾶσθε, μὴ τῇ ὁμωνυμίᾳ σφαλῆτε· τότε γὰρ δυνήσεσθε καὶ τ καιρὸν μαθεῖν τῆς ἀπωλείας Ιερουσαλήμ, ὅταν ἀσφαλεῖς γένησθε περὶ τ πίστιν τῆ προγεγενημένης. ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους ἢς ὁ Ιώσηπος ἱστορεῖ γεγενῆσθαι περὶ τῆς ἁλώσεως, ἀστάσεις μὲ τῶν ἐθνῶν καὶ ὑ διδάσκοντες τὰς Συνήθεις φόρους Ρωμαίοις, ἐφόδων δὲ Ρωμαϊκῶν Συνεχῶν γενομένων κ τῶν Ιουδαίων, μὴ θροεῖσθε φησιν. ὕπου γὰρ ὁ πόλος

ficans hęc dixit, & legalium in divino cultu obſervationum abrogationem, quæ in iſto, de quo agebat loco, unicè aut maximè vigebat. Eſt porrò Templi Ieroſolymitani jam pars à fundamentis deſtructa, & ex quodam velut pignore patratarum jam rerum, de iſtarum quoque reliquiarum abolitione perfecta ſecutura, confidere nos convenit. Alius verò dicit: quoniam enim illi Templum oſtentabant, ut quam optimè ędificatum, ac propterea longè à corruendi periculo remotum, Chriſtus ſermonem tranſtulit ad univerſalem cõditionem rerum, quę hic viſuntur omnium. Futurum ajens aliquãdo tẽpus quo pariter cuncta deſtruatur, ne lapide quidem reliquo. Hoc de univerſi conſummatione dictũ. Marcus & Lucas unam referunt fuiſſe interrogationem de Ieroſolymis. ut pote opinantibus Diſcipulis mox celebrandum Adventũ expectatũ Chriſti. Matthæus duas interrogationes memorat, alteram de deſtructione Templi, alteram de conſummatione ſęculi. Fortè autem ij de quibus prius ſcriptum utpote magis familiares, interiori fiducia privatim cõvenerunt Dominum, ut eum de his interrogarent. Diversè autem illa quidam acceperunt. nam ſunt qui putant ea de conſummatione ſæculi dicta. Alij potiùs exiſtimant dicta de deſolatione Ieroſolymorum. In priori opinione ſunt Apolinaris & Theodorus Mopſueſtiæ: in ſecunda Titus, & Sanctus Ioannes Regiæ urbis Epiſcopus. quoniã verò Marcus de hac ſolùm ait interrogaſſe Diſcipulos, neceſſe eſt nos in preſenti maximè poſterioris ſen-

tentię

tentiæ Autoribus assentiri. Aliud igitur interrogarunt; & aliud ipse respondit. voluerunt discere tempus destructionis Ierosolymę. Ipse verò antequam indicet destructionem Ierosolymæ, firmat mentem eorum qui interrogaverant. nihil enim ipsis prodesset nosse tempus illius cladis, nisi firmati essent in fide. Nam Diabolus Christi adventum obscurare studens, induxit alios impostores temporibus Discipulorum, quales erant Theodas & Iudas Galilæus. quoniam igitur hęc futura erant: & multi erant sibi attributuri nomen Christi, jam nunc pręmonet, & pręmunit ipsos, dicens: videte ne erretis: ne vos falsum nominis indicium seducat. Tunc enim poteritis & tempus discere destructionis Ierosolymæ, quando certi & fundati fueritis in fide veri Christi venturi, aut potiùs qui jam advenit. cùm autem audieritis bella: ea nimirum quę narrat Iosephus gesta ante

τῆς πόλεως. πολλάκις γὰρ ἀνάκοχὴ πολέμων γενήσε]ται τῇ κεκρατυντῶν φιλανθρωπίαν, καὶ πολλάκις Ἰουδαίων ἑαυτῶν ἀγνωμοσύνην ἔδειξεν]. ἵνα οὖν τοὺς ἔξωθεν καὶ παντα]χοῦ τῆς οἰκουμένης λέγῃ πολέμους (τί γὰρ αὐτοῖς ἐμέλετο τοῦτο;) ἀλλὰ τοὺς μαχομένους λέγῃ αὐτοῖς ὑπάντας. ἐγερθήσε]ται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, καὶ ἔσον]ται σεισμοὶ κατὰ τόπους, καὶ λιμοὶ, καὶ παραχαί· ἀρχὰ ὠδίνων ταῦτα· ἐπειδὴ καὶ τὰ ἐρημώσε]ως καιρὸν αὐτοῖς θορυβῆναι, δῆλον ὅτι ἐκ]άστοις αὐτοῖς ἐπιστήσε]ται πολέμιον οὐχὶ μάχας φησὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ θεομάστους πληγὰς, λιμοὺς ἐκ]σεισμοὺς δηλονότι ἐδείκνυ ὅτι καὶ τοὺς πολέμους αὐτοὺς ἐπιφέρ]ει· εἰ γὰρ περὶ τοῦ παντα]χοῦ γινομένου λέγει, οὐδ' ἂν τοῦτο ἐρήσε]ις λέγῃ, οὐδ' ἂν αὐτοὺς ἐθορύβη]σεν· ἀλλὰ τοῦτο φησὶν οὐδαμῶς αὐτὰ ἥξειν, ἀλλὰ μὴ σημεῖον, ἵνα γνωσθῇ ὡς αὐτὸς αὐτοῖς ταῦτα ἐπιφέρ]ει· ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ τὰ παρεσόμενα λέγειν τῶν Ἰουδαϊκῶν. παντα]χοῦ δὲ ταῦτα ὀφείλειν τῶν συμβαινόντων αὐτοῖς.

captam Ierosolymam, Gente Iudęorum rebellante, ac negante consueta pendi Romanis vectigalia, incursionibus verò Romanarum Legionum assiduis Iudæam infestantibus, ne terreamini, ait: nondum enim est finis Civitatis. Crebra enim interserentur laxamenta bellici furoris per indulgentiam Principum componere res citra cladem ultimam studentium, frustrà: toties Iudæis ingrato animo reluctantibus, & magis magisque irritantibus victores. Non igitur externa quæ alibi variè per terrarum orbem bella tunc gerenda erant, indicat. (nam quid hæc attinebant ad Discipulos?) sed ea quæ importanda erant in Iudæam terram Exercitibus Romanis è longinquo in eam accitis. Surget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt terræmotus per loca & fames, terroresque. Initia dolorum hæc. meritò facit illis animum (cùm quæ dicebat idonea essent ijs turbandis) ostendens sese simul cum hostibus contra Iudæos ultorem venturum. non autem pugnas solùm dicit, sed etiam divinitus immissas plagas, fames videlicet, & terræmotus, ut ex ijs quorum ipse certus autor est, intelligatur, etiam bella inferre, etsi ea hominibus imputari possent. Quod si de bellis ubique gentium ferè semper geri solitis diceret, non esset illa denunciatio, vaticinium: neque Discipulos longè ab ijs futuros conturbaret. Propterea

dicit

dicit non ſimpliciter illa ventura, ſed cum ſignis, quibus intelligatur iſta à ſe immitti. Mihi ergo videtur de initijs loqui cladis Iudaicæ ſupremæ: dum ait: omnia autem hæc initia ſunt dolorum, majorum videlicet & atrociorum eventurorum Iudæis.

„ Βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτοὺς. παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ καὶ εἰς συναγωγὰς δαρήσεσθε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

9. Videte autem voſmetipſos. „ Tradent enim vos in concilijs, „ & in Synagogis vapulabitis, & „ ante Præſides & Reges ſtabitis „ propter me, in teſtimonium il- „ lis.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὰ μὲν ἐσόμενα ἐπὶ τοῦ τέλους τοιαῦτα καὶ ἡ τοῦ ἀντιχρίστου παρουσία· ὑμεῖς βλέπετε ὡς ἀσφαλίσασθε ἑαυτοὺς καρτερῶς ἐνέγκαι τὰ ἐπιόντα ὑμῖν.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤ. Εὐκαίρως παρενέβαλε τὰ αὐτῶν κακὰ, ἔχοντα παραμυθίαν ἀπὸ τῶν κοινῶν. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ προσθεῖναι ὅτι διὰ τὸ ὄνομα μου, ἤγουν ἕνεκεν ἐμοῦ. εἰς μαρτύριον δὲ αὐτοῖς, ἵνα εἴπῃ, πρὸς τὸ μηδεμίαν αὐτοὺς ἔχειν ἀπολογίαν, ὑμῶν διὰ τὸ ταῦτα πάσχειν καταμαρτυρούντων.

ANONYMI. Talia quidem erunt quæ circa finem evenient, & talis Antichriſti adventus. vos videte ut confirmetis vos ad fortiter ferenda quæ vobis accident.

VICTORIS ANT. Opportunè inſeruit mentionem malorum ipſis propriorum; quippe quæ ſic commemorata conſolationem haberent, ex comparatione cum malis communibus. Eſt & alia conſolatio ex cauſa, quam exprimens addit: *Propter nomen meum*. hoc eſt, mei gratia. In teſtimonium verò illis. quaſi diceret: ne ullam habere poſſint excuſationem, vobis per illas paſſiones teſtimonium idoneum perhibentibus.

„ Καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη δεῖ πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον.

10. Et in omnes gentes primũ „ oportet prædicari Evangelium.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἵνα τότε γένηται τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ τέλους καὶ τοῦ ἀντιχρίστου.

ΤΟΛΩΣ. Πολλοί, φησὶν, ἐλεύσονται σφετεριζόμενοι τὸ ὄνομα Χριστοῦ· ὁποῖος ἦν Θευδᾶς τε καὶ Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος, καὶ ἕτεροι πολλοί· ἐπειδὴ γὰρ ταῦτα ἔμελλε γίνεσθαι, λέγει τέως βλέπετε μὴ πλανηθῆτε. οὐδὲν γὰρ ὠφελεῖ ὁ καιρὸς, μὴ οὔσης τῆς πίστεως αὐτῶν βεβαίας. τότε γὰρ δύνασθε καὶ τὸν καιρὸν μαθεῖν τῆς ἀπωλείας Ἱερουσαλὴμ

ANONYMI. Vt tunc eveniant prædicta de fine mundi & Antichriſto.

TOLOSANI. Multi, inquit, venient vindicantes ſibi Chriſti nomen tamquam proprium. Talis fuit Theudas & Iudas Galilæus, alijque multi. Quæ quia omninò ſunt futura, veſtrum eſt jam hinc in illud tempus conſulere vobis & cavere ne ſeducamini. nam adventus ille meus, cujus momentum

ſcire cupitis, nihil vobis proderit ſi fide firma deſtitutos deprehendat. Tum autem planè ac liquidò poteritis intelligere tempus deſtructionis Ieruſalem, quando plenè confirmati ac corroborati fueritis in fide Chriſti venturi. Addit auditũ iri bella. nimirum ea quæ geſta eſſe ante Ieroſolymorum excidium Ioſephus ſcribit: inde occaſionibus coortis quod Iudæi recuſarent cõſueta Romanis vectigalia pendere. id quod hi minimè ferendum rati, cõtinuis incurſionibus Iudęos infeſtarunt, Vos autem, inquit Dominus Diſcipulis, ne timueritis. nondum enim finis Ieruſalem erit illis quæ dicta ſunt bellis exardeſcentibus. quoniam uſq; ad perniciem ſupremam non procedent ſtatim odia: ſed victores Romani clementia uſuri, aut gratiam aut moram ſupplicij extremi ſæpius indulgebunt; toties Iudæis pertinaciam ingrati animi humanitati Romanorum repenſuris, rebellionibus & ſeditionibus iterandis. Nec ſolus erit bellicorum tumultuum terror aut labor. Erunt enim tunc etiam Ieroſolymis fames & terræmotus, palàm ferente Deo ſe Iudæis hoſtem. Prædicit autem & ſuis futurum ut traderentur ab hominibus, traherenturque ad concilia & tribunalia: ut ſcilicet recordatio prædictionis iſtius ſolatio ipſis eſſet tum cùm ad experientiam malorum veniretur. Deinde ne opinarentur pericula & tribulationes denunciatas poſſe impedire prædicationem Evangelij, ſubdit: *In omnes gentes prædicatum iri Evangelium.*

ὅταν ἀσφαλεῖς γένησθε περὶ τὴν πίστιν τοῦ ἐρχομένου· πολέμους δὲ ἀκούσεσθαι λέγει. οὓς ὁ Ἰώσηπος γεγενῆσθαι γράφει πρὸ τῆς ἁλώσεως. μὴ θελησάντων τῶν Ἰουδαίων τοὺς συνήθεις φόρους τοῖς Ῥωμαίοις διδόναι. ἐφόδων Ῥωμαϊκῶν συνεχῶς γινομένων κατὰ τῶν Ἰουδαίων. μὴ θροεῖσθε ὑμεῖς φησὶν ὁ Κύριος πρὸς τοὺς μαθητάς. οὔπω γὰρ τὸ τέλος τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔσται· γενήσεται γὰρ πολλάκις ἀνακωχὴ διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων Φιλανθρωπίαν. Καὶ πολλάκις καὶ Ἰουδαῖοι τὴν ἑαυτῶν ἀγνωμοσύνην ἐπιδείξονται· ἐγίνοντο γὰρ ἐν Ἱερουσαλὴμ οὐ μόνον πόλεμοι ἀλλὰ καὶ λιμοὶ καὶ σεισμοί· προφανῶς δεικνύντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ ὡς πολέμιος εἴη πρὸς αὐτούς. προλέγει δὲ αὐτοῖς ὡς παραδοθήσονται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εἰς συνέδριά τε καὶ δικαστήρια. ὡς ἂν ἔχωσί τινα παραμυθίαν ἐν ταῖς οἰκείαις συμφοραῖς· εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι καὶ κίνδυνοι καὶ οἱ θλίψεις δύναν κωλύσαι τὸ κήρυγμα· φησὶν ὅτι εἰς πάντα τὰ ἔθνη κηρυχθήσεται τὸ εὐαγγέλιον.

11. Et cùm duxerint vos tradentes, nolite pręcogitare quid loquamini: ſed quod vobis datũ fuerit in illa hora, id loquimini: non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus Sanctus.

EIVSD. Veſtræ partes tantùm erunt reſpondere; & linguæ ac vocis ſonoræ officium commodare Divino Spiritui.

„ Οταν δὲ ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες, μὴ προμεριμνᾶτε τί λαλήσητε, μηδὲ μελετᾶτε· ἀλλ' ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τοῦτο λαλεῖτε· οὐ γὰρ ἐστε ὑμεῖς καὶ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ΑΥΤΟΥ. Τὸ ἐν ὑμῖν τὰς ἀποκρίσεις καὶ τὰς διαλέκτους εὐηχούς.

„ Πα

„ Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελ-
„ φὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκ-
„ νον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ
„ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς.

12. Tradet autē frater fratrem
„ in mortem, & pater filium: &
„ consurgent filij in parentes, &
„ morte afficient eos.

ΑΥΤΟΥ. Ταῦτα ἔργοις ἀποβέβηκε περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. ἀλλὰ καὶ νῦν ἔτι γίνεται.

EIVSDEM. Hæc contigerunt circa initia prædicatæ Christi fidei. Sed & nunc adhuc fiunt.

„ Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάν-
„ των διὰ τὸ ὄνομά μου. ὁ δὲ ὑπο-
„ μείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσε-
„ ται.

13. Et eritis odio omnibus pro-
„ pter nomen meum. Qui autem
„ sustinuerit in finem, hic salvus
„ erit.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ταῦτα ἐπήγαγεν ἵνα μὴ νομίσωσι τὰ εἰρημένα κωλυτικὰ τοῦ κηρύγματος εἶναι. πρὸ γὰρ τῆς ἁλώσεως τὸ εὐαγγέλιον ἐκηρύχθη. ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. καὶ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, οὐκ εἰς τὸ πιστευθῆναι· ἐκηρύχθη μὲν γὰρ πανταχοῦ· διὸ καὶ εἶπεν, εἰς μαρτύριον τοῖς ἀπιστοῦσι, τουτέστιν εἰς ἔλεγχον, εἰς κατηγορίαν. διὰ τοῦτο δὲ μετὰ τὸ κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, ἀπόλλυται τὰ Ἱεροσόλυμα. ἵνα μηδὲ σκιὰν ἀπολογίας ἔχωσιν ἀγνωμονοῦντες. οἱ γὰρ ἰδόντες αὐτοῦ τὴν δύναμιν πανταχοῦ διαλάμπουσαν καὶ ἐν ἀκαριαίῳ τὴν οἰκουμένην ἑλοῦσαν, τίνα ἂν ἔχοιεν λοιπὸν συγγνώμην ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀγνωμοσύνης μείναντες; ὅτι γὰρ πανταχοῦ ἐκηρύχθη τότε, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος, τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν· ὃ καὶ μέγιστον σημεῖον τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως· ὅτι ἐν εἴκοσι ὅλοις ἔτεσι τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης κατέλαβεν ὁ λόγος. μετὰ γὰρ τὰ προειρημένα φησὶν ἥξει τὸ τέλος τῶν Ἱεροσολύμων. πρὸ δὲ τὰ προειρημένα συμβῇ, ἐδιώχθησαν παρ' αὐτῶν οἱ μακάριοι μαθηταί, δεσμῶται γεγόνασιν, ἤχθησαν

VICTORIS ANT. Hæc subjunxit, ne existimarent quæ priùs dicta erant impeditura promulgationem Evangelij. nam ante Ierosolymam captam Evangeliū prædicatum est. Audi quid dicat Paulus: *In omnem terram exivit sonus eorum*. Et in testimonium ipsis, nō ut credatur. prædicatum enim est ubique. Propterea dicit: in testimonium non credentibus, hoc est in convictionem, in accusationem. Ideo postquam ubique terrarum prædicatum fuerit Evangeliū peribit Hierosolyma: ut ne umbram quidem excusationis habeant ingrati. qui enim viderunt Christi potentiam ubique resplendentem, & velut momento, hoc est brevissimo tempore, orbem terrarum capientem, quam sperare veniam poterunt in sua ingratissima contumacia manentes. nam eo quod dixi spatio prædicatum ubique, demonstrat quod dicit Paulus; Evangelij quod prædicatum est in vniversa creatura quæ sub cœlo est. quod & maximum est signū Christi virtutis: doctrinam ejus viginti annis orbem pervagatā ad ipsos

Rom. 10. 18.

mundi terminos pervenisse. Post prædicta, inquit, veniet finis Ierosolymorum. Prius autem quã ista jam dicta evenirent, persecutionẽ ab ipsis passi sunt beati Discipuli. Conjecti sunt in vincula, ducti sũt ad Præsides, missi ad Reges. Mandat autem; ne præmeditemini, cùm eritis dicturi pro vobis, accipietis enim à me sapientiam cui non poterunt resistere, aut contradicere adversarij uestri. Inde rursus rem ipsis omnium gravissimam prędenunciat: nempe ipsos in malis non habituros consolationem à caritate fratrum, civili bello affectus pervertente; & consanguinitatis atq; amicitiæ juribus conculcatis. Triplex ergo denunciatur bellum, à domesticis; à seductoribus, ab hostibus. Sed major ostenditur consolatio ex eo quod propter nomen Christi cũcta sint illa passuri. quod sanè tale est, ut omnem quantæcumque calamitatis acerbitatem levet, propter spes præmij futuri.

ἐπ' ἄρχοντας, ἐπέμφθησ' ἐπὶ βασιλέας. παρεγγυᾷ δὲ, ὅτι μὴ προμελετᾶτε μέλλοντες ἀπολογεῖσθαι· λήψεσθε γὰρ παρ' ἐμοῦ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντιστῆναι ἢ ἀντειπεῖν ἅπαντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν. εἶτα πάλιν τὸ πάντων αὐτοῖς προαναφωνεῖ χαλεπώτερον, τὸ οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἀγάπης παραμυθίαν ἕξουσιν, ἐμφυλίου πολέμου συμβαίνοντος, καὶ τῶν τῆς οἰκειότητος καὶ συγγενείας καταπατουμένων θεσμῶν· τριπλοῦς οὖν ἐστιν ὁ πόλεμος, ὁ ἀπὸ τῶν οἰκείων, ὁ ἀπὸ τῶν πλάνων, ὁ ἀπὸ τῶν πολεμίων. ἀλλὰ μείζων ἡ παράκλησις. διὰ γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ πάντα ταῦτα συμβήσεται· ὅπερ μόνον ἱκανὸν τὴν πᾶσαν ἐπικουφίσαι, τὴν συμφορὰν, διὰ τὰς μελλούσας ἐλπίδας.

ΤΟΛΩΣ. Πολλὰ ἔπαθον οἱ Ἀπόστολοι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων πρὸ τοῦ ἐξαφθῆναι τελέως τὸν πόλεμον. Καὶ γὰρ εἰς δικαστήρια εἵλκοντο παρ' αὐτῶν· καὶ ἐπὶ βασιλεῖς ἤγοντο. Ἡρώδην φημὶ καὶ Ἀγρίππαν καὶ Νέρωνα. λέγει δὲ αὐτοῖς ὁ Σωτὴρ παραμυθούμενος· μὴ μεριμνᾶτε τί ἀπολογήσεσθε· ἐν γὰρ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ δώσει ἡμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἃ λαλήσετε· προλέγει δὲ αὐτοῖς καὶ ὕστερον, ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν οἰκειοτάτων πολεμηθήσεσθε. τοῦτο δὲ ποιεῖ ὅπως ἐρηρισμένους αὐτοὺς ποιήσῃ ἐν τῇ πίστει διὰ τὴν τῶν πραγμάτων πρόγνωσιν, καὶ γεννάιως φέρωσι τὰ συμβησόμενα· τὸ δὲ ἕνεκεν ἐμοῦ ἔσεσθε μισούμενοι· καὶ τὸ ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος οὗτος σωθήσεται, χαρὶν παρακλήσεως μεγάλης ἐστὶ λεγόμενον πρὸς τοὺς ἀποστόλους.

TOLOS. Multa passi sunt Apostoli à Iudæis antequam in apertam belli flammam scintillę simultatum erupissent. nam & ad judicia trahebantur ab ipsis, & ad Reges ducebantur. Herodem scilicet & Agrippam & Neronem. Itaque in istud tam triste tempus consolationem præparans Dominus, securos jam hinc jubet ipsos esse; neq; sollicitos disquirere quid ad sui defensionem coram Regibus aut judicibus dicturi essent, Suggeret enim, inquit, vobis in illo ipso cõmodùm tempore Spiritus Sanctus quid loquamini. Pergit deinde ipsis prædicare futurum, ut familiarissimos quosque & sanguine ac necessitudine conjunctissimos hostilem in modum sibi infensos experirentur. Id autem facit, ut tanto eos firmiores in fide redderet, quam illi ipsi tristes casus, qui ad eam extinguendam valere posse videbantur, corroborarent illam potiùs, ostendenda prædictionum veritate. Ex quo futurum

ut

ut prænunciata mala generosiùs exciperent ac ferrent fortius. Subjunguntur duo quædam eximiam consolandi vim habentia. Primum est odio futuros Iudæis Apostolos propter Christum. Alterum: qui perseveraret usque ad finem eum fore salvum.

„ Οταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς
„ ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ
„ τοῦ προφήτου, ἑστὸς ὅπου οὐ δεῖ. ὁ ἀνα-
„ γινώσκων νοείτω· τότε οἱ ἐν τῇ Ιου-
„ δαίᾳ, φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη.

„ Ο δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ
„ καταβάτω εἰς τὴν οἰκίαν, μηδὲ
„ εἰσελθέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας
„ αὐτοῦ.

„ Καὶ ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὤν, μὴ ἐπι-
„ στρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω ἆραι τὸ ἱμά-
„ τιον αὐτοῦ.

„ Οὐαὶ δὲ τοῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ
„ τοῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις τοῖς ἡμέραις.

14. Cùm autem videritis abo- Dan. 9. 27.
„ minationem desolationis. Stan-
„ tem ubi non debet (qui legit,
„ intelligat) tũc qui in Iudęã sunt,
„ fugiant in montes.

15. Et qui super tectum, ne
„ descendat in domum, nec in-
„ troeat ut tollat quid de domo
„ sua.

16. Et qui in agro erit, non
„ revertatur retro tollere vesti-
„ mentum suum.

17. Væ autem prægnãtibus &
„ nutrientibus in illis diebus.

ΤΟΛΩΣ. Οἱ Ιουδαῖοι τὸ τελευταῖον Ρωμαίων μηχάνημα τὴν εἰσπεμφθεῖσαν εἰς τὸν ναὸν χοιρείαν κεφαλὴν τοῦτό φασιν εἶναι τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. ἕτεροι δὲ τὰς εἰσαχθείσας σημαίας τοῦ Πιλάτου εἰς τὸ ἱερόν· ἄλλοι δὲ τὸν ἀνδρίαντα τοῦ Κρατήσαντος τότε τὴν πόλιν· ὁ καὶ ἀληθέστερον τῶν ἄλλων ἐστί· πᾶν γὰρ εἴδωλον βδέλυγμα νομίζεται. ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ Καίσαρος εἰκόνας νύκτωρ εἰσήγαγον οἱ Ρωμαῖοι εἰς τὸ ἱερόν. διὸ καὶ θόρυβος γέγονεν ἐν Ιερουσαλὴμ, καὶ ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς καὶ ὁ κατὰ τῶν Ιουδαίων πόλεμος. τότε τοίνυν, φησὶν ὁ Σωτὴρ, οἱ ἐν τῇ Ιουδαίᾳ ὄντες φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη· οἱ γὰρ Ἀπόστολοι οὐκ ἦσαν ἐν τῇ Ιουδαίᾳ· ἀλλὰ θείῳ πνεύματι κινούμενοι ἐξῆλθον ἀπὸ Ιερουσαλήμ· λέγει δὲ· καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μήδενος τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐπιστραφήτω· ἀλλὰ γυμνῷ τῷ σώματι φευγέτω. Καὶ ταῖς ἐχούσαις τέκνα καὶ ταῖς ἐγκυμονούσαις οὐαί· διὰ τὸ μὴ δύνασθαι φεύγειν αὐτὰς ὑπὸ τῆς τῶν τέκνων φιλοστοργίας καὶ τὸ τῆς γα-

TOLOSANI. Abominationem desolationis interpretãtur Iudęi extremum illud Romanorum inventum, quo Templum immisso in illud suis capite polluerunt. Alij potiùs isto verbo designari putant Pilati signa in Templum introducta. Alij statuam ejus, qui civitatem tunc ceperat: quod & videtur verius. Omne siquidem idolum abominatio censetur. Sed & effigies Cæsaris Romani per noctem in Templum induxerunt, unde & tumultus extitit in Ierusalem, & initium accepit desolatio ejus, & bellum adversus Iudæos. Tunc igitur, Salvator inquit, *qui in Iudæa sunt fugiant in montes*. Apostoli enim cùm ista contigerunt non erant in Iudæa; sed divino spiritu instincti exierant Ierosolymis. Ait autem, qui supra domus tectum fortè tunc fuerit, is nullius rei quam domi reliquerit cura, aut amore persuaderi sibi sinat, ut illò rever-

revertatur. sed vel nudus si sapit toto impetu capessat fugam. fœtis quoque mulieribus ac nutricibus, quæ tali tempore fuerint, infortunium denunciat. quoniam à fuga ipsas vel caritas tenerorum pignorum, vel ventris onus retardabit. Ego verò pręterea Christum his verbis innuisse puto id quod aliunde scimus contigisse Ierosolymis hoc, de quo agitur, tempore. nimirum ut fame obsessos perurgente, matres quędam eo rabiei adactæ fuerint, ut filios parvulos in cibum verterint.

στρὸς ἄχθος. διὰ γοῦν τούτων τῶν ῥημάτων καὶ τὴν τεκνοφαγίαν ὑπεσημήνατο. ὑπὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ πολιορκούμεναι αἱ μητέρες τῶν ἰδίων τέκνων ἥψαντο.

18. Orate verò ut hyeme non
„ fiant.
19. Erunt enim dies illi tribu-
„ lationes tales, quales nõ fuerunt
„ ab initio creaturæ, quã condidit
„ Deus usq; nunc, neque fient.
20. Et nisi breviasset Dominus
„ dies, non fuisset salva omnis
„ caro: sed propter electos quos
„ elegit, breviabit dies.

„ Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται
„ ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος.
„ Ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι
„ θλίψις, οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ' ἀρ-
„ χῆς κτίσεως, ἧς ἔκτισεν ὁ Θεὸς, ἕως
„ τοῦ νῦν, καὶ οὐ μὴ γένηται.
„ Καὶ εἰ μὴ Κύριος ἐκολόβωσε-
„ τὰς ἡμέρας, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα
„ σὰρξ. ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς, οὓς
„ ἐξελέξατο, ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας.

TOLOSANI. Secundùm quidem obvium sensum loquitur de malis imminentibus Iudææ per illa tristia & difficilia tempora. nam in tantùm efferabuntur hostes, ut neque uterum gestantium, neque parvulorum misereantur. Addit autem tribulationem futuram omnium, quæ umquam fuerunt aut futuræ sunt gravissimam: & nisi breviasset Deus dies illos: hoc est nisi diremisset bellum & pacem à Romanis fecisset, non fieret salva omnis caro, hoc est, nullus Iudęus superfuisset. Propter electos autẽ, hoc est, eos qui ex Iudæis crediderunt, aut credituri erant, finem imposuit Deus illi exitiali bello.

ΤΟΛΩΣ. Κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον περὶ τῶν καταλαβεῖν μελλόντων τὴν Ἰουδαίαν κακῶν λέγει, διὰ τὴν δυσκολίαν τοῦ Καιροῦ. εἰς γὰρ τοσαύτην τραπήσονται ὠμότητα οἱ πολέμιοι, ὥστε οὐ δὲ τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας ἢ τὰ βρέφη ἐλεῆσαι. λέγει δὲ ὅτι καὶ θλίψις γενήσεται πασῶν τῶν πώποτε γενομένων ἢ γενησομένων χαλεπωτέρα. καὶ εἰ μὴ ἐκολόβωσεν ὁ Θεὸς τὰς ἡμέρας. τουτέστιν, εἰ μὴ κατέλυσε τῷ πόλεμον τῶν Ῥωμαίων, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ. τουτέστιν οὐκ ἂν ὑπελείφθη Ἰουδαῖος. διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς τοὺς ἐκ Ἰουδαίων κατέπαυσεν ὁ Θεὸς τῷ πόλεμον. ἤτοι τοὺς πιστεύσαντας ἢ μέλλοντας πιστεῦσαι.

ANONYMI. Hoc quadrat & in Titum stantem super Sion mõte Sancto ejus, cùm obsideret Ierorolymam. Quadrat & in Antichristum, de quo scriptum est:

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῦτο ἁρμόζει καὶ πρὸς Τίτον στάντα ἐπὶ Σιὼν ὄρον τὸ ἅγιον αὐτοῦ ἐν τῷ πολιορκεῖν τὴν Ἱερουσαλήμ. ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς τὸν ἀντίχριστον, περὶ οὗ γέγραπται, ὥστε καὶ εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός. ἀμφότροι δὲ βδελύγματα

ἐρημω

ἐρημώ⟨εως· βδελυκτὸν γὰρ ὁ μὲ ὡς εἰ-
δωλολάτρης, ὁ δὲ ὡς ἀντίθε⟨· ἐρημώ-
⟨α δὲ ὁ μὲ Ιʒδαίαν, ὁ δὲ πολλὰ τῦ κόσ-
μʒ· πολλὰ τὰ ἐπαγόμενα μᾶλλ⟨ δη-
λοῖ περὶ τῦ ἀντιχρίʒ ταῦτα εἰρῆσθαι.
ὁ ἀναγινώσκων, τʒτέστι ⟨ Δανιὴλ ⟨
περὶ τῦ ⟨δελύγματ⟨ γράψαντα, νοεί-
τω δὲ τὰ ὑπὸ ἀκολʒθῦ⟨αν ἐρήμωσιν τῷ
⟨δελύγματι· τότε οἱ ἐν τῇ Ιʒδαίᾳ. Ιʒ-
δας ὁ⟨ομολόγησις ἐρμηνεύεται· Ιʒ-
δαίαν δὲ φησὶ τὴν Ιʒδαίαν χώραν μό-
νʒ⟨, ἀλλὰ πάντας τὰς τῦ Χριʒῦ ⟨ομο-
μολόγησιν οἰκῦντας, τʒτέστι τὰς πιʒάς.
τῦτο δὲ παρέγραψεν ὡς τῦ Αντιχρί-
ʒʒ, ⟨λλὰ τῦ ἐμπεσεῖσθαι σημαινομένʒ,
ἡγοῦ τῦ ἐπ' αὐτῦ τῶν πιʒῶν θλίψεως. ἡγοῦ
ὁ εἰς ⟨ ἀγρὸν ὢν, μὴ ὑπιτρεψάτω εἰς
τὰ ὀπίσω ⟨ῆραι ⟨ ἱμάτι⟨ αὐτῦ, ⟨λλ' ὡς
ἔχει φησὶ, φʒγέτω, μηδὲ ⟨ʒ⟨ῶτον
ἀναβαλλόμεν⟨ ὡς τὸ ὅτι στιγμὴν τὸ
ἀμφίʒ λαβεῖν· τῦτ⟨ δὲ νοηθήσετ⟨ι δὲ ὅτι
τὰς Ρωμαίων πολέμʒς. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν
⟨αστρὶ ἐχʒʒʒσαις· τῦτ⟨ μὲ κατ' ἰδίαν δη-
λοῖ, καὶ τὸ φόρτ⟨ ⟨ρέφων κατεχθη-
μένʒας, ὅτι ⟨ʒκ ἔστι ῥᾴων αὐτὸ ἡ φʒγή·
ὃ δὲ ἀπαγωγικῶ⟨ δηλοῖ, καὶ ταῖς φόρτον
ἁμαρτιῶν καταφιλημένοις, ἠλυσιτε-
λέσι ἡγοῦ ⟨ʒκ ἀνδρικοῖς τὰ φρονήματα,
ὅτι ὑπὸ ⟨ Αντίχριʒον ζʒλήσονται, ὃ
ἀνδρείως ἀποδράναι παραιτησάμενοι.
τοι⟨ῦτοί εἰσιν ἵνα μὴ ζʒλῇ ⟩ φʒγὴ
ὑμῶν χειμῶν⟨· πάλιν καινὰ δὲ
μʒ αἰσθη⟨ δηλοῖ κακὸν ⟨ χειμῶνα ἡγοῦ
τὸ φʒγικὸν ἡγοῦ τὸν ἐν ὄρεσι ⟨ʒναγωγικόν.
καὶ ἀναγωγικὸν ὃ⟨ μὲ τοὺς Θεὸν εἰρή-
νην ἡγοῦ γαλήνην ἄγοντας ὑπ' αὐτῦ
ἀσειτόμενοι ῥᾳʒθυμοτέρως ὑπομένʒσι τὰς θλί-
ψεις· οἱ δὲ τοὺς Θεὸν σασπάζοντες ἡγοῦ
ἀνυπόπτως τοῦ ⟨ʒπνʒ, ἀτοιγνύντι μʒόντες
θήραμα τῷ Αντιχρίʒῳ γενήσον⟩ ἔσον⟩
γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλῖψις, οἵα τὰ
ἐξῆς· τῦτ⟨ τοῖς τῦ Αντιχρίʒʒ εἰρημέ-
νʒ⟨ νοητέον, ἡγοῦ ʒ τοῖς τῶν Ιεροσολύ-
μων ἁλώσεως τῦ ὑπὸ Τίτʒ· ὅτι φησὶ,
μήτε ζʒήσεσθαι μήτε ζεζῦσθαι τοιάν-

Vt & in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tamquam ſit Deus. uterque horũ dici poteſt abominatio deſolationis. Abominabilis enim ille ut idololatra, hic ut impius Dei hoſtis. Deſolabit autem ille quidem Iudæam, hic multas Orbis partes. Cæterùm quæ adduntur magis ſignificãt, de Antichriſto potiùs hęc dici. *qui legit*, Danielem videlicet, de abominatione ſcribentem, intelligat ſubjunctam deſolationem abominationis. *Tunc qui in Iudæa* Iudas confeſſionem ſignificat. Iudæam ergo dicit non Iudæorũ terram ſolùm, ſed omnes in Chriſti confeſſione habitantes, hoc eſt fideles. Hoc adſcripſit congruè ad priùs ſignificata de Antichriſto, & ejus ſævitia in fideles. *Et qui in agro eſt, non revertatur retrò tollere veſtimentum ſuum.* ſed ut eſt, fugiat quantum poteſt, ne tantùm quidẽ interponens moræ quantùm cibo ad viaticum aut pallio ſumendis opus ſit. Hoc intelligatur & de bellis Romanorum in Iudæos. *væ autem prægnantibus*. Hoc particulariter memorat. vę pondere fœtuum præpeditis, quibus ſic fiet non facilis fuga. Anagogico verò ſenſu hæc ſignificant: væ onere implicatis peccatorum, effœminatis & nihil virile ſpirantibus. tales enim utique ab Antichriſto capientur, cui ſe ſubducere, virili in tempore fuga præſumpta, recuſaverint. *Orate autẽ ne fiat fuga veſtra hieme*. Rurſus hic literalis quidem ſenſus incommoditatem fugæ per hiemem, & latebrarum in montibus deſignat. Anagogicus autem declarat, eos quidem qui in pace cum Deo, ac ſerena tranquillitate vivunt, ab ipſo protectos, facilè toleraturos tribu-

Ad Theſſ

Digitized by Google

tribulationes: Eos verò qui à Deo dissident, & ei se subjicere recusant, provida ejus cura destitutos prædam futuros Antichristi. *Erunt enim dies illi tribulatio* &c. Hoc dictum de Antichristo intelligatur, non autem de clade Ierosolymorũ à Tito illata. Ait enim nec fuisse, nec fore postea tales tribulationes. Sanè multas expugnationes urbiũ Historiæ referunt: nullam tamen in qua majora mala contigerint, quam in Ierosolymitana, qua obsessi fame adacti sunt ad se mutuo comedendos, & spurcissima quæque denti supponenda, sequente tandem ultimo exitio tum urbis, tum ipsorum. *Et nisi Dominus breviasset dies* &c. Ajunt enim quidã triennio duraturã tyrãnidem Antichristi, innixi testimonio Danielis de cornu, quod significat Antichristum, scribentis, prævaliturum illud per tempus & tempora & dimidium temporis. Ait autem id Daniel in 20. Capite, ubi de Bestijs quatuor agit.

VICTORIS ANT. Abominationem quidam ajunt dici milites ingressos in Templum. Alij statuam ejus, qui tunc urbem cepit. quod mihi maximè consentaneum videtur. Abominatio enim omne Idolum vocabatur, & omne simulacrum. Addidit: *desolationis*, ideo quod postquam est istud ibi erectũ simulacrum, inaccessus deinde locus factus est. Et Pilatus quidem, qui Iesum crucifixit, Cæsaris imaginibus noctu in Tẽplum immissis, ijsdemque erectis, ut Iosephus narrat, magni tumultus causa Iudæis fuit. Ex quo tempore inchoata seditio non priùs desijt, quàm Templum incenderetur, & urbs

τας θλίψεις. καὶ τοι πολλὰς ἁλώσεις αἱ ἱστορίαι δηλοῦσιν. ἀλλ' οὐ χεῖρον κακὸν γεγενημένον ἐν αὐταῖς τῷ ἐν Ιερουσαλὴμ, ὡς καὶ εἰς ἀλληλοφαγίαν τοὺς πολιορκουμένους χωρῆσαι, καὶ ἅπαν ἀκάθαρτον ὑπὸ ὀδόντα ἀγαγεῖν, καὶ τέλος ἄρδην ἀπολέσαι καὶ τοὺς ἁλόντας αὐτούς. καὶ εἰ μὴ Κύριος ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας, καὶ τὰ ἑξῆς. φασὶ γὰρ τινες τρία ἔτη γενήσεσθαι τὴν ἐπικράτειαν τοῦ Αντιχρίστου, διὰ τὸ εἰρῆσθαι τῷ Δανιὴλ, καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ζ κρατήσειν καιροῦ τὸ ἐν τῷ κεράτῳ· ὃ δηλοῖ τὸν Αντίχριστόν. φησὶ δὲ τοῦτο Δανιὴλ ἐν κ' κεφαλαίῳ αὐτοῦ, ἔνθα περὶ τῶν θηρίων τῶν τεσσάρων διέλαβε.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Βδέλυγμά τινές φασι τοὺς στρατιώτας τοὺς εἰσελθόντας τῷ ἱερῷ, τινὲς δὲ τὸν ἀνδριάντα τοῦ τότε τὴν πόλιν ἑλόντος· ὃ καὶ μάλιστά μοι δοκεῖ λόγον ἔχειν. βδέλυγμα γὰρ πᾶν εἴδωλον ἐλέγετο καὶ πᾶν ἐκτύπωμα· ἐρημώσεως δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ μετὰ τὸ ἀναστῆναι ἄβατος λοιπὸν ὁ τόπος ἐγένετο· καὶ Πίλατος δὲ ὁ καὶ τὸν Ιησοῦν σταυρώσας, τὰς τοῦ Καίσαρος εἰκόνας νύκτωρ εἰς τὸ ἱερὸν εἰσαγαγὼν καὶ ἀναστήσας, ὡς Ιώσηππός φησι, πολλοῦ μετὰ θορύβου τοῖς Ιουδαίοις αἴτιος ἐγένετο· ἐκ τότε δὲ ἡ στάσις λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν οὐ διέλιπεν ἄχρις οὗ τότε τὸ ἱερὸν ἐνεπρήσθη καὶ ἡ πόλις ἠρημώθη. ταύτας οὖν καὶ εἰκότως βδέλυγμα καλεῖ. ἐρημώσεως δὲ ὡς ἀρχὴν ἐργαζόμενον τῆς στάσεως, ἀφ' ἧς ἡ τῆς πόλεως ἐρήμωσις ἀπετελέσθη. εἶτα ἵνα μάθωσιν, ὅτι καὶ ζώντων ἐνίων αὐτῶν ταῦτα ἔσται, διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅταν ἴδητε. ἐξ ὡς ἂν τις θαυμάσειε μάλιστα τοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐκείνων ἀνδρείαν ὅτι ἐν τοιούτοις καιροῖς ἐκήρυττον, ἐν οἷς μάλιστα τὰ Ιουδαϊκὰ ὑποκαμεῖτο. μετὰ ταῦτα λέγει πάλιν τὰς Ιουδαϊκὰς συμφορὰς, ὅτι ὅταν ὦσιν οὗτοι λαμπροὶ οἱ τὴν οἰκουμένην διδάξοντες ἅπασαν, τότε ἐκεῖνοι ἐν συμφοραῖς.

ὅταν

ὅταν γὰρ φησι ταῦτα γένηται, καὶ τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως στῇ ἐν τόπῳ ἁγίῳ, φεύγετε. οὐδεμία γὰρ ἐλπὶς λοιπὸν σωτηρίας ὑμῖν. οὐδὲ γὰρ ἔστιν ὑμῖν ὑπονοεῖν ὡς γενήσεταί τις μεταβολὴ τοιαύτη, οἵα καὶ πρότερον ἐν τοῖς πολέμοις ἐγένετο. ἀγαπηθῇ γὰρ λοιπὸν γυμνῷ σώματι διασωθῆναι. διὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν δωμάτων οὐκ ἀφίησιν εἰς τὴν οἰκίαν ἐλθεῖν ὥστε ἆραι τὰ ἱμάτια· τὰ ἄφυκτα δηλῶν κακὰ καὶ τὴν ἀπέραντον συμφοράν. οὐαὶ δὲ τοῦ ἐν γαστρὶ ἐχούσαις· καὶ τὰ ἑξῆς. ὁρᾷς ὅτι περὶ τῶν καταληψομένων τὴν Ιουδαίαν φησι διὰ τὴν δυσκολίαν τὴν ἀπὸ τοῦ καιροῦ. καὶ μή τις νομίσοι δὲ ἐπαγόμενον ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι· ἀλλ' ἐντυχὼν τοῖς Ιωσήπου συγγράμμασι, μανθανέτω τῶν εἰρημένων τὴν ἀλήθειαν. δείκνυσι δὲ αὐτοὺς καὶ χαλεπωτέρας τιμωρίας ἀξίους τῆς εἰρημένης. εἰ γὰρ ἐπὶ πλεῖόν φησιν ἐκράτησεν ὁ πόλεμος ὁ Ρωμαίων ὁ κατὰ τῆς πόλεως, ἅπαντες ἀπώλοντο οἱ Ιουδαῖοι· πᾶσαν γὰρ σάρκα τὴν Ιουδαϊκὴν λέγει, καὶ οἱ ἔνδον. οὐ γὰρ δὴ μόνον τοὺς ἐν Ιουδαίᾳ ἐπολέμουν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πανταχοῦ διεσπαρμένους. τίνας δὲ φησιν ἐκλεκτοὺς ἐνταῦθα; τοὺς ἐν μέσοις ἀπειλημμένους αὐτοῖς πιστούς. ἵνα γὰρ μὴ λέγωσιν Ιουδαῖοι ὅτι δι' αὐτοὺς καὶ δὲ κήρυγμα ταῦτα γέγονε τὰ κακά, δείκνυσι τοὐναντίον, ὅτι εἰ μὴ ἐκεῖνοι ἦσαν, προῤῥίζοι ἂν ἅπαντες ἀπώλοντο· ἀλλ' ἵνα μὴ συναπόλωνται τοῖς ἀπίστοις Ιουδαίοις οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι πιστοί, ταχέως κατέλυσε τὴν μάχην καὶ πέρας ἔδωκε τῷ πολέμῳ· πληρώσας δὲ τὰ περὶ Ιεροσολύμων, εἰς τὴν αὐτοῦ λοιπὸν διαβαίνει παρουσίαν, καὶ λέγει αὐτοῖς τὰ σημεῖα, οὐκ ἐκείνοις χρήσιμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἐσομένοις ἅπασι. δὲ δὲ τότε, οὐχὶ τῆς ἀκολουθίας ἐστὶ τοῦ καιροῦ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ ᾧ μέλλει γίνεσθαι ταῦτα ἃ μέλλει λέγειν. ἔθος γὰρ τοῦτο τῆς γρα-

desolaretur. Has igitur meritò *abominationem* vocat, *desolationis*, quod initium inde ductum sit seditionis, ex qua tandem urbis desolatio secuta est. Inde ut intelligant, viventibus adhuc quibusdam ipsorum hæc eventura, addit: *Cùm videritis.* Ex quibus admirari maximè licet potentiam Christi, & Discipulorũ ejus animi robur; qui tali tempore, quo maximè gens Iudaica, unde ipsi erant, bellis internecinis discerpebatur, Evangelium prædicaverint. Inde rursus commemorat Iudaicas calamitates ut ostendat, quo tempore Discipuli sui futuri essent in honore, auditi per universum terrarum orbem ut Magistri veritatis; tunc Iudæos in sũmis versaturos miserijs. Cũ enim, inquit, hæc acciderint; & abominatio desolationis steterit in loco sancto, fugite: nulla enim manentibus ibi vobis spes salutis restat. Nam non est quod speretis opportunè tunc adfuturam periclitantibus rebus mutationem aliquam talem, quales multæ oppugnato Dei populo evenisse olim cœlestibus auxilijs narrantur. In hoc bello benè cum eo agetur qui nudus amissis omnibus, caput ac vitam servare potuerit. Propterea non sinit eos qui in tectis sunt descendere in domos ut vestimenta tollant, extrema significans mala & vim calamitatis immensam. *Væ autem prægnantibus* &c. vides eum loqui de malis Iudæam oppressuris, propter temporum acerbitatẽ. & nemo putet quod additur hyperbolicè dictum; sed legens Iosephi scripta discat dictorum veritatem. Ostendit autem eos gravioribus quàm quę referuntur dignos

pœnis fuisse. Si enim paulò plus durasset Romanorum Civitatem oppugnantium sæva vis, omnes Iudæi perijssent. Hoc illa significant *non fieret salva omnis caro*, quę ad gentem Iudaicam restringenda sunt: comprehendendo eò pariter qui tum in Iudæa erant, & qui extra eam degebant, Iudæos. Non enim in priores solùm atrocissimè sæviebatur, sed & in dispersos ubique gentium. quos autem hic *Electos* dicit? Credentes qui mixti incredulis erant. ne enim dicerent Iudæi: propter Christianos & Evãgelij prædicationem hæc evenisse mala; demonstrat contrarium: nempè funditus perituram universam nationem Iudæorum, nisi illi fuissent: ne enim simul cum incredulis Iudæis interirent qui ex ea gente in Christum credidissent, corripuit Deus præliorum tempus, & belli terminum repræsentavit. Expletis autem quæ de Ierosolymis dicenda erant, transit rursus ad Aduentum suum, & præcessura illum signa manifestat ad utilitatem non illorum solùm, sed etiam nostram, & posterorum omniũ. Illud porrò, *Tunc*, non ad seriem referendum est temporis: quasi significet simul cum prius dictis & hæc fore: sed adaptandum est suo proprio tempori, quo nimirum illa quæ dicturus est contingent. Mos enim hic Scripturæ est, velut historica serie disjuncta connectere. Interim à loco ipsos securos reddit; indicans proprietates adventus sui secundi, & notas ipsorum. non enim ut in priori adventu in Bethlehem exiguo angulo orbis terrarum, nemine à principio conscio, apparuit, sic & tunc se venturum ait: sed manifestè, ut indice opus non sit.

φῆς δὲ κεχρῆσθαι τῆς ἱστορίας τῷ τρόπῳ· καὶ τέως ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοὺς ἀσφαλίζεται, λέγων τὰ ἰδιώματα τῆς αὐτοῦ παρουσίας τῆς δευτέρας, καὶ τὰ τῶν πλάνων δείγματα. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τῇ προτέρᾳ, ἐν Βηθλεὲμ ἐφάνη καὶ ἐν γωνίᾳ μικρᾷ τῆς οἰκουμένης, καὶ οὐδενὸς εἰδότος ἐξ ἀρχῆς, οὕτως καὶ τότε φησιν· ἀλλὰ φανερῶς, καὶ ὥστε μὴ δεῖσθαι τοῦ ταῦτα ἀπαγγέλλοντος.

21. Et tunc si quis vobis dixerit, Ecce, hic est Christus, ecce illic, ne credideritis.

22. Exurgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabũt signa & portenta ad seducẽdos, si fieri potest, etiam electos.

„ Καὶ τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, ἰδοὺ, ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ, ἰδοὺ ἐκεῖ, μὴ πιστεύσητε.

„ Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι, καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα πρὸς τὸ ἀποπλανᾶν, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.

ANONYMI. Cùm enim in desiderio & expectatione tunc passim futurus sit secundus Christi adventus, quem quasi sitient oppressi cladibus ab Antichristo illatis populi, multi seductores surgẽt dicentes: Ecce hic est Christus, & ecce illic. Pronomen autem, *vobis*,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Προσδοκίμου γὰρ οὔσης τηνικάδε τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας καὶ οἷον διψωμένης διὰ τὴν ἐκ τοῦ Αντιχριστοῦ θλίψιν, πολλοὶ λογοποιοὶ ἀναστήσονται λέγοντες· ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἰδοὺ ἐκεῖ. τὸ δὲ, ὑμῖν, οὐ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ὁρᾷ, ἀλλὰ πρὸς πάντα πιστὸν τὸ τότε φθανόμενον. καὶ αὕτη γὰρ ἐνερ-

ἐνεργεία διαβολικὴ τὸ ἀποπλανηθέντας προσθέσθαι τῷ μὴ Χριστῷ ὡς Χριστῷ· ἐγγὺς γὰρ οὔσης αὐτοῦ τῆς ἀπωλείας καὶ τῆς κατακρίσεως, πᾶσαν αὐτῶν τὴν ἐνοῦσαν κενώσει δύναμιν πρὸς τὸ πλανῆσαι πάντας, καὶ κοινωνοὺς ἔχειν τῆς τιμωρίας.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Εγερθήσονταί φησι ψευδοπροφῆται· οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ἅπαν ἐπιχειροῦντες τοὺς πολλοὺς ἠπάτων. οὗτοι δὲ οἱ πρὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἐκείνων πικρότεροι. ποιήσουσι γὰρ φησι σημεῖα, ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς, τῷ ψευδοχρίστῳ διακονούμενοι. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν Ιουδαίων ψευδοπροφῆται γεγόνασι. ψευδόχριστοι δὲ ἐπὶ τῆς καινῆς· τοὺς αὐτοὺς δὲ νῦν τούτους κἀκείνους φησί. καὶ ἐπιφέρει.

hoc loco non Apostolos spectat, sed quemcunque fidelem, qui tunc erit. nam eò tendit astutia & vis malefica Diaboli, ut deceptis persuadeat adhærere ut Christo ei qui Christus non est. nam cùm exterminium suum ultimum, & condemnationé vim illi nocendi omnem erepturam, instare sentiet, artes fallendi cunctas & quantùm habet potentiæ exeret ad seducendos omnes, quò plures deinde habeat pœnæ consortes.

VICTORIS ANT. *Surgent*, ait, *Pseudoprophetæ*. Fuere tales jã tum Apostolorũ tempore, & omnia conati multos deceperunt. At illi alij, qui ante secundum adventum extituri sunt, prioribus perniciosiores erunt. Edent enim signa talia, quę inducere in fraudem queant etiam electos, si id fieri posset. Adeo potenter suo falso Christo servient. olim apud Iudæos Pseudoprophetæ fuerunt: in nova Lege etiam Pseudochristi. Eodem nomine utrosque nunc designat, & adjungit:

„ Ὑμεῖς δὲ βλέπετε· ἰδοὺ προείρη-
„ κα ὑμῖν πάντα.

23. Vos ergo videte: ecce prę-
„ dixi vobis omnia.

ΑΝΩΝ. Μηδεὶς ἄγνοιαν προφασιζέσθω ἀλλ' ἀσφαλιζέσθω ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς τούτων ἀπάτης.

ANON. Nemo ignorantiã obtendat; sed caveat sibi, seq; præmuniat adversus horum fraudes.

„ Ἀλλ' ἐν ἐκείναις τῶν ἡμέραις, με-
„ τὰ τὴν θλίψιν ἐκείνην ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς.

„ Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται
„ ἐκπίπτοντες, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ ἐν
„ τοῖς οὐρανοῖς, σαλευθήσονται.

„ Καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀν-
„ θρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις μετὰ
„ δυνάμεως πολλῆς καὶ δόξης.

24. Sed in illis diebus post tri-
„ bulationem illam Sol contene-
„ brabitur, & Luna non dabit
„ splendorem suum.

25. Et Stellæ Cœli erunt deci-
„ dentes, & virtutes quæ in Cœlis
„ sunt, movebuntur.

26. Et tunc videbunt Filiũ ho-
„ minis venientem in nubibus,
„ cum virtute multa & gloria.

ΤΟΛΩΣ. Πληρώσας τὰ περὶ τῶν Ιεροσολύμων περὶ τῆς ἑαυτοῦ λοιπὸν πα-

TOLOSANI. Absolutis quæ ad Ierosolymam pertinebant, dein-

ceps de suo ipsius adventu disserit. Et hinc incipit dicere quæ & Apostolis & cunctis nobis utilissima videbat fore. Quod ait, *Tunc*, ne sic accipias, quasi tempus indicetur cladem Ierosolymorum statim sequens. tamquam significare velit subitò post capta Ierosolyma fore qui dicant; ecce hic est Christus: quibus minimè sit credendũ. sed indefinitè intellige. neq; enim id accidet cum desolata Ierusalem fuerit; sed cùm advenerit Antichristus, Tunc, ait, ne erretis. Declarans ipsis proprietates sui adventus, & signa Impostorum. Non enim sicut in primo adventu in Bethlehem apparebit, aut in parvo quopiam angulo terræ; sed palàm in luce publica. Tunc enim creatura immutabitur; & angelicæ virtutes obstupescent. & tunc videbunt Filium hominis cum corpore venientem in nubibus cum potestate & gloria multa.

ρουσίας διαλέγεται· κἀντεῦθεν ἄρχεται λέγειν τὰ τοῖς ἀποστόλοις χρησιμώτατα καὶ πᾶσιν ἡμῖν· ὃ δὲ τότε, μὴ ὑπολάβῃς ὅτι ὅταν τὰ περὶ τῆς Ιερουσαλὴμ πληρωθῶσι. τότε ἐάντις εἴπῃ· ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστός. μὴ πιστεύσητε· ἀλλ' ἀορίστως νόησον. οὐ γὰρ ὅταν ἡ Ιερουσαλὴμ ἐρημωθῇ· ἀλλ' ὅταν μέλλῃ παραγίνεσθαι ὁ Αντίχριστος· τότε φησι μὴ πλανηθῆτε. σαφηνίζων αὐτοῖς τὰ ἰδιώματα τῆς αὐτοῦ παρουσίας· καὶ τὰ τῶν πλάνων σημεῖα· οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τῇ πρώτῃ ἐν Βηθλεέμ ἐφάνη· καὶ ἐν γωνίᾳ μικρᾷ τῆς οἰκουμένης, ἀλλὰ φανερῶς· τότε γὰρ ἡ κτίσις ἀλλοιωθήσεται. Καὶ αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις ἐκπλαγήσονται. Καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου μετὰ σώματος ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς.

27. Et tũc mittet Angelos suos; „ & congregabit electos suos à „ quatuor ventis, à summo terræ „ usque ad summum cœli.

„ Καὶ τότε ἀποστελεῖ τοὺς Αγγέλους „ αὐτοῦ, καὶ ἐπισυνάξει τοὺς ἐκλεκτοὺς „ αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' „ ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ.

ANONYMI. *Sol obscurabitur*: Hæc signa sunt manifestissima secundi Christi Adventus: & immutationis elementorum. dictum est enim de his à Discipulo Christi: *In qua* (die Domini) *cœli magno impetu transient*, Stellæ verò ardentes cadent, *novos verò cœlos, & novam terram secundùm promissa illius expectamus*. Oportet enim & creaturam in statum incorruptibilẽ transire. *Nam vanitati* (quasi diceret corruptioni) *subjecta est creatura nõ volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe, quoniam & ipsa creatura liberabitur à corruptione in renovationem gloriæ filiorum Dei*, Et tũc

Pet. ep. 2. c. 3. 10.

Rom. viij. 22.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ο ἥλιος σκοτισθήσεται. Ταῦτα τὰ σημεῖα φανερώτατα εἰσι τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας καὶ τῆς τῶν στοιχείων ἐναλλαγῆς· εἴρηται γὰρ περὶ αὐτῶν τῷ μαθητῇ τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾗ φησιν οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται. ἄστρα δὲ καυσόμενα πεσοῦνται, καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν κατὰ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσποκεῖμεν. δεῖ γὰρ καὶ τὴν κτίσιν ἐπὶ τὸ ἄφθαρτον ἐναλλαγῆναι. τῇ γὰρ ματαιότητι, οἷον τῇ φθορᾷ, ὑπετάγη ἡ κτίσις, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδα, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἀπαλλαγήσεται τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἀνακαίνωσιν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπου. τοῦ γὰρ Αντιχρίστου ἀναιρεθέντος τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος

ματος· ὃν γὰρ, φησιν, ὁ Κύριος ἀνελεῖ τῷ πνεύματι αὐτοῦ, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. καὶ τῆς κτίσεως εἰς τὸ ἄφθαρτον ἐναλλαγείσης ὀφθήσεται πάσῃ σαρκὶ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καθὼς γέγραπται. καὶ ἡ δευτέρα τοῦ Κυρίου παρουσία. νεφέλας δέ φησι ἢ τὰς ὄντως νεφέλας, ἢ ἁγίους Ἀγγέλους διὰ τὸ μεταρσίον αὐτῶν καὶ ἀεροπόρον. ἐπισυνάξει δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, οἷον ἐκ τῶν τεσσάρων κλιμάτων, δυσμῶν, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας. ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ· ὡς μὲν τοιοῦτον δηλοῦνται ἐπ' ἄκρου φησὶ, τουτέστιν ἀπὸ τῶν ἄγαν τὰ γήϊνα πραξάντων ἁμαρτωλῶν, ἕως τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστιν ἕως τῶν ἄκρως τὰ οὐράνια καὶ φίλα Θεῷ πραξάντων· ὡς εἰ λέγῃ, οὔτε τις τῶν ἁμαρτωλῶν εἰρχθήσεται ἐπὶ κρίσιν ἐλθὼν, οὔτε τις δίκαιος συγχωρηθήσεται τοῦ μὴ εἰς κρίσιν παρεῖναι. πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται. ἐπείτοιγε πῶς οἱ ἐγκείμενοι νεκροὶ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστιν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ συναχθήσονται εἰ μὴ τὰ εἰρημένα σημᾶναι ἠβούλετο ὁ Εὐαγγελιστής.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τοῦ Ἀντιχρίστου καὶ τῶν ψευδοπροφητῶν θλίψις τότε ἔσται μεγάλη, τοσούτων ὄντων τῶν ἀπατώντων. ἀλλ' οὐκ ἐκτείνεται εἰς χρόνου μῆκος. εἰ γὰρ Ἰουδαϊκὸς πόλεμος διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς ἐκολοβώθη, πολλῷ μᾶλλον οὗτος ὁ πειρασμὸς συσταλήσεται διὰ τοὺς αὐτοὺς τούτους. μετ' ἐκείνην οὖν τὴν θλίψιν ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται· ὁμοῦ γὰρ σχεδὸν ἅπαντα γίνεται, ὅταν ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται θορυβήσωσι παραγενόμενοι· καὶ εὐθέως αὐτὸς πάρεστι μετασχηματιζομένης λοιπὸν αὐτῆς τῆς κτίσεως· καὶ γὰρ ὅτι σκοτισθήσεται, οὐκ ἀφανιζόμενος ἀλλὰ νικώμενος τῷ φωτὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ· καὶ τὰ ἄστρα πεσεῖται· τις γὰρ αὐτῶν ἔσται χρεία, νυκτὸς οὐκ οὔσης; καὶ αἰ-

videbunt Filium hominis. Antichristo enim de medio sublato virtute spiritus: (scripsit enim de illo divinus Apostolus: *Quem Dominus interficiet spiritu suo*) & creatura in incorruptibilem statum mutata, videbitur ab omni carne salutare Dei nostri, sicut scriptum est: & secundus adventus Domini. Nubes autem dicit, aut veras nubes, aut sanctos Angelos, propter volucrem sublimitatem ipsorum, & facilitatem tranandi aërem. Congregabit autē electos suos à quatuor ventis, videlicet ex quatuor climatibus terræ, Oriēte, Occidente, Septētrione, Meridie: *à sūmo terræ, usq; ad summū cœli*. His verbis significari quidam putant peccatores & sanctos: ut *sūmū terræ* designet eos, qui maximè omniū terrena sapiunt & operātur, nimirū magnos peccatores; per *sūmū* verò *cœli*, intelligantur Sancti, summè attenti meditandis & exequendis cœlestibus ac Deo gratis, quasi diceret: neque ullus peccator suis vinculis tenebitur quominus ad judicium veniat; neq; ulli justo permittetur abesse à judicio. *Omnes enim stabimus ante Tribunal Christi*: sicut scriptum est. Alioqui quomodo dici possent jacentes mortui usque à summo cœlo excitandi & congregandi, quasi in summo cœlo mortui jaceant, nisi quo dictum est sensu id intellexerit Evāgelista?

Thess. 2.

Rom. xiv 10.

VICTORIS ANT. Tribulatio illa magna tunc erit, à vi sæva Antichristi, & fraude Pseudoprophetarum tot & tam insidiosè fallentium: sed non extendetur in longum tempus. Si enim Iudaicum bellum propter electos breviatum est, multò magis illa tanta tentatio contrahetur propter eosdem. Post tribu-

tribulationem autem illam Sol obscurabitur. Simul enim ferè omnia fiunt, quando Pseudochristi & Pseudoprophetæ turbaverint mũdum præstigijs suis. & statim ipse Dominus aderit, transformato ipso mundo. nam obscurabitur, non ut extinguatur, sed ut vincat posterius oritura luce suæ præsentiæ, priores tenebras: & tunc *stellæ cadent*: quis enim jam earũ erit usus, cùm nox amplius futura non sit. *Et virtutes cœlorum commovebũtur*. videntes tantam mutationem fieri, & conservos suos dantes pœnas: & genus hominum vniversum terribili adstans judicio. *Et tunc videbunt filium hominis*; videlicet in corpore conspicuo venientem, quomodo & assumptus in cœlum est. cum verò dicit; *Mittet Angelos suos Filius hominis*; ostendit ipsum Deũ esse. Dei enim sunt Angeli, & Deo proprium ipsos mittere. quod additur *à summo terræ usque ad summum cœli*. Docet nos eadem esse terræ ac cœlorum summa. quare Christo credere oportet, & non decipi, quasi terræ minima particula sit, in medio cęli infinita magnitudine superantis ipsam.

δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, ὁρῶσαι τοσαύτην μεταβολὴν γινομένην, καὶ τοὺς συνδούλους αὐτῶν διδόντας εὐθύνας, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν φοβερῷ παρισταμένην κριτηρίῳ· καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τουτέστιν, εὐσώματον ἐλευσόμενον καθὰ καὶ ἀνελήφθη. ἀποστελεῖ δὲ λέγων τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, Θεὸν ἔδειξε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· Θεοῦ γὰρ οἱ Ἄγγελοι, καὶ τὸ ἀποστέλλειν αὐτοὺς ἴδιον Θεοῦ. τὸ δὲ ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ, διδάσκει ἡμᾶς τὰ αὐτὰ τῆς γῆς καὶ οὐρανῶν ἄκρα· ὥστε Χριστῷ πιστεύειν δεῖ, καὶ μὴ ἀπατᾶσθαι, ὡς ἐλαχίστου μορίου τῆς γῆς οὔσης ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ ἀπείροις μεγέθεσιν ὑπερβαλόντος αὐτήν.

Act. 1.

SCHOLIVM.

Videtur hic Autor ex his ultimis verbis in opinione fuisse, absurda illa quidem & falsi hodiè manifestè convicta; sed quæ olim tamen aliquot Ecclesiasticorum Scriptorum & Patrum etiam magnorum fuit: nequaquam globosam & circumcommeabilem terram esse; sed vasta latitudine patentem campum, cui velut fornix Cœlum insistat; ita ut summa, hoc est extremæ partes Cœli & terræ in mundi finibus jungantur.

28. A ficu autem discite parabolam. Cùm jam ramus ejus tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas.

29. Sic & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quod in proximo sit in ostijs.

„ Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν. ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς ἁπαλὸς γένηται, καὶ ἐκφύῃ τὰ φύλλα, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν.

„ Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ταῦτα ἴδητε γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις.

VICTORIS ANT. Exemplum ficus proponit, ad ostendendũ non magnum interfore spatium; sed continua serie post tribulationem

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τὸ παράδειγμα τῆς συκῆς τίθησιν ὡς οὐ πολὺ τὸ μέσον, ἀλλ' ἐφεξῆς μετὰ τὴν θλίψιν ἐκείνην καὶ ἡ παρουσία ἀπαντήσεται· ὅπερ

οὐ διὰ

οὐ διὰ τῆς παραβολῆς μόνον ἐδήλωσεν εἰπών· γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις. ἐντεῦθεν καὶ ἕτερόν τι προφητεύει, θέρος καὶ γαλήνην ἐκείνην ἐσομένην τὴν ἡμέραν ἀπὸ χειμῶνος, τοῖς δικαίοις· τοῖς δὲ ἁμαρτωλοῖς τοὐναντίον, χειμῶνα ἀπὸ θέρους· καὶ ἵνα κἀντεῦθεν πιστώσηται τὸν λόγον οὕτως ἐκβησόμενον πάντως. ὥσπερ γὰρ ὁ τῆς συκῆς ἀνάγκη εἶναι, οὕτω καὶ ὁ τῆς συντελείας.

illam occursurum Adventum Domini. quod non tantùm per parabolam declaravit dicens: *Scitote quia prope est in ianuis*. Hinc & aliud quid prophetat, æstatem & serenam tempestatem futuram diem illam ex hieme præcedente, sed iustis dumtaxat: nam peccatoribus versa vice hiems erit ex æstate. & ut hinc quoque confirmet sermonem ut omninò eventu patrãdum. ut enim quod de ficu dixit sequentem mox æstatem indicante, ita omninò & necessariò evenit: sic & eveniet sæculi consummatio.

„ Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, μέχρις οὗ πάντα ταῦτα γένηται.

„ Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται. „ οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

30. Amen dico vobis, quoniã „ non transibit generatio hæc do„ nec omnia ista fiant.

31. Cœlũ & terra transibunt: „ verba autẽ mea non transibunt.

ΤΟΛΩΣ. Δείκνυσιν ἐνταῦθα τὸ ῥητὸν τὸ ὁμοούσιον τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα. Καὶ ὅτι ἴσος ἐστὶν αὐτῷ κατὰ πάντα, πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως· ὡς γὰρ ὁ Πατὴρ τοὺς Ἀγγέλους ἀποστέλλει, οὕτω καὶ ὁ υἱός. ἐλεύσονται οὖν οἱ ἄγγελοι ἐπισυνάγοντες πάντα ἔθνη· ἡ οὖν δευτέρα παρουσία τοῦ Σωτῆρος θέρος ἐστὶν ἀπὸ χειμῶνος τοῖς δικαίοις. τοῖς δὲ ἁμαρτωλοῖς τὸ ἀνάπαλιν. τὸ δὲ ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἡ γενεὰ αὕτη οὐ μὴ παρέλθῃ ἕως ἂν ταῦτα πάντα γένηται, οὐκ ἔστι περὶ τῶν Ἀποστόλων λεγόμενον· ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν χριστιανῶν. οὐ γὰρ μέχρι τῆς συμπληρώσεως τοῦ Κόσμου ζῶσιν οἱ Ἀπόστολοι· οὐδὲ τῆς τῶν Ἱεροσολύμων συντελείας. Καὶ τοῦτο λέγων δείκνυσιν ὅτι οὐ παρελεύσεται ὁ χριστιανισμός· ἀλλὰ μέχρι τῆς συντελείας διαμενεῖ.

TOLOSANI. Hoc testimonium indicat consubstantialitatem Filij cum Patre; cui per omnia æqualis sit, excepta innascibilitate, & generatione. ut enim Pater Angelos mittit, ita & Filius. Venient igitur Angeli congregaturi in unũ omnes gentes. Secundus ergo adventus Salvatoris æstas est, hiemi succedens respectu justorum: Peccatoribus autem è contrariò. Quod additur: amen dico vobis quod nõ præteribit generatio hæc donec omnia hæc fiant; non est dictum de Apostolis, sed de omnibus Christianis. non enim usque ad consummationem sæculi vivent Apostoli: imo nec usque ad ipsam quidem destructionem Ierosolymorũ. Hoc porrò dicens ostendit nequaquam abolendum umquam Christianismum; sed perseveraturum usque ad consummationem sęculi.

„ Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν

32. De die autem illo vel ho„ ra nemo scit, neque Angeli in Cęlo,

» Cœlo, neque Filius: niſi Pater.

33. Videte, vigilate, & orate:
» neſcitis enim quando tempus
» ſit.

34. Sicut homo qui peregrè
» profectus reliquit domum ſuã:
» & dedit ſervis ſuis poteſtatem
» cujuſque operis, & janitori præ-
» cepit ut vigilet.

35. Vigilate ergo (neſcitis enim
» quãdo dominus domus veniat:
» ſerò, an media nocte, an galli
» cantu, an manè)

36. Nè cùm venerit repentè,
» inveniat vos dormientes.

37. Quod autem vobis dico,
» omnibus dico, Vigilate.

» τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ Πατήρ.

» Βλέπετε, ἀγρυπνεῖτε, καὶ προσ-
» εύχεσθε· οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ
» καιρός ἐστιν.

» Ὡς ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἀφεὶς
» τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ δοὺς τοῖς δούλοις
» αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔρ-
» γον αὐτοῦ, καὶ τῷ θυρωρῷ ἐνετείλα-
» το ἵνα γρηγορῇ.

» Γρηγορεῖτε οὖν· οὐκ οἴδατε γὰρ πό-
» τε ὁ Κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται, ὀψὲ,
» ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας,
» ἢ πρωΐ.

» Μὴ ἐλθὼν ἐξαίφνης, εὕρῃ ὑμᾶς
» καθεύδοντας.

» Ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω, γρη-
» γορεῖτε.

TOLOSANI. Non licet imperfectis hominibus quærere quæ ſupra ipſorum vires ſunt. neque enim proſunt ipſis talia quæſita; ſed potiùs nocent. Ideo Salvator cohibere Diſcipulos volens à tentandis ijs quę ipſorum vim ac captum excedunt, ait: Nemo ſcit de die illa & hora; neque Angeli, neque Filius. Si enim ipſis diceret: novi equidem, ſed nolo vobis revelare myſterium, vehementer utique contriſtaſſet eos. Nunc autem etiam ipſos avertit à percunctando curioſè, vexandoq; ipſum. quemadmodum Patres pueros excludunt à conſcientia ſuorum arcanorum; ſic Dominus Apoſtolos ut pueros tractans, occultavit ipſis diem. Cęterùm notam fuiſſe Domino diem illam; imò & horam, manifeſtum eſt. Si enim ipſe ſæcula fecit, non ignorat diem illam & horam. Abſcondit autem horam, tam finis communis univerſi, quã mortis uniuſcujuſque, ut ſemper attenti, acri ac vigili animo ſtemus expectãtes

ΤΟΛΩΣ. Οὐκ ἔξεστι τοῖς ἀτελέσιν ἀνθρώποις ζητεῖν τὰ ὑπὲρ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν. ἃ δὲ γὰρ ὠφελεῖν οὐ δύναται τοιούτων ζητημάτων· ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτει. διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ κωλύσας τοὺς μαθητὰς μὴ ἐπιχειρεῖν τοῖς ὑπὲρ αὐτούς, φησὶ ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ ὥραν. οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ ὁ υἱός· εἰ γὰρ ἔλεγε πρὸς αὐτούς, οἶδα μέν, οὐ βούλομαι δὲ ὑμῖν ἀποκαλύψαι τὸ μυστήριον, σφόδρα ἂν ἐλύπησε αὐτούς· νυνὶ δὲ ἀπείργει μὲν αὐτοὺς τοῦ ζητεῖν καὶ ἐνοχλεῖν αὐτόν. Καθάπερ οἱ Πατέρες τοὺς παῖδας κωλύουσι τοῦ εἰδέναι τὰ ἐκείνων μυστήρια· οὕτω καὶ ὁ Κύριος ὡς παιδίοις τοῖς ἀποστόλοις προσφερόμενος, ἀπέκρυψεν ἀπ' ἐκείνων τὴν ἡμέραν· ὅτι δὲ οὐ μόνον τὴν ἡμέραν γινώσκει ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ τὴν ὥραν, φανερόν. εἰ γὰρ αὐτὸς τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, οὐκ ἀγνοεῖ τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ τὴν ὥραν· ἀπέκρυψε δὲ τὴν ἡμέραν, τὴν τε καθολικὴν λέγω, καὶ τὴν ἑκάστου· ὅπως ἀεὶ ἀγωνιζώμεθα, προσδοκῶντες καθ' ἑκάστην ὃ τέλος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη μέχρις

ὅτου-

οὐ πάντα ταῦτα γένηται. τοῦτο σαφέστατα πρὸς τὴν ἅλωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀνακτέον· οὐ μὴν πρὸς τὸ κοινὸν τέλος. καὶ δικαίως οὕτως εἶπεν. ὡς γὰρ ἱστορεῖ ὁ Εὐσέβιος ἐν τῷ χρονικῷ κανόνι, μετὰ ἔτη λῆ τοῦ σταυροῦ τοῦ Κύριου ἐπηκολούθησεν ἡ ἐρήμωσις τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τοῦ ναοῦ. τὸ δὲ ταῦτα, οὐ πάντα τὰ εἰρημένα δηλοῖ· τὰ γὰρ πλείονα περὶ τοῦ κοινοῦ τέλους εἴρηται. ἀλλὰ τὸ περὶ τῆς ἐρημώσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τοῦ ναοῦ εἰρημένον, τὸ οἷον, οὐ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ἐν τῷ ναῷ, καὶ ὅσα ἄλλα περὶ αὐτοῦ εἴρηκε. Ταῦτα καὶ εἰς τὸν ἅγιον Ματθαῖον προεγράφη. περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καὶ τὰ ἑξῆς. εἰ αὐτός ἐστι ποιητὴς αἰώνων καὶ χρόνων καὶ καιρῶν, ὥσπερ οὖν καί ἐστι, πῶς οὖν ὡς μίαν ἡμέραν καὶ ὥραν ἀγνοῆσαι λογισθήσεται; πῶς δὲ ἅπερ αὐτὸς ἐποίησε, μὴ εἰδέναι δυνάσεται; εἰ γὰρ τὰ ἐσόμενα πάντα πρὸ τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ἐκείνης διηγεῖται σαφῶς καὶ φησιν, ἔσται μὲν τόδε, συμβήσεται δὲ ἐκεῖνο· εἶτα τί; τὸ τέλος δηλονότι· ὃ τὰ πρὸ αὐτῆς εἰδὼς καὶ αὐτὸ ἐπίσταται. μετὰ γὰρ τὰ εἰρημένα παρ' αὐτοῦ τίθησιν ὅτι τὸ τέλος ἔσται· τέλος δὲ τί ἂν ἕτερον εἴη ἢ πάντως ἡ ἐσχάτη ἡμέρα, ἣν ἀγνοεῖν ἔφησεν οἰκονομικῶς, εἰπεῖν τοῖς μαθητὴν οὐ θελήσας, διὰ τίνα λόγον οἰκονομίας ἀπόρρητον· ἵνα γὰρ μὴ φαίνηται κρύπτων αὐτοὺς, καὶ διὰ τοῦτο λυπήσῃ, καὶ τὸν υἱὸν ἔφησε μὴ εἰδέναι. ἀνθρωπινώτερον μὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγων, ὥσπερ περὶ ἀνθρώπου· φυλάττων δὲ πάλιν ἑαυτὸν τὸ εἰδέναι πάντα ὡς Θεός. διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸ πνεῦμα ἔφησεν ἀγνοεῖν. εἰ γὰρ τὸ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, ὡς γέγραπται, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, οἶδε δηλονότι πάντα τὰ ἐν αὐτῷ· καὶ εἰ τὸ πνεῦμα τὸ πάντα εἰδὸς καὶ πάντα περιεργάζεσθαι δυνάμενον παρὰ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει· ἐκεῖνο γὰρ φησιν, ὅτι ἐμοῦ λήψεται, πῶς ὁ Λόγος ἀγνοεῖ ὁ τοῦ πάντα εἰδότος Πνεύματος χορηγός. οὐκ ἀγνοεῖ τοίνυν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν τῆς ἑαυτοῦ

in singula momenta finem.

ANONYMI. *Amen dico vobis quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant.* Hoc manifestissimè ad expugnationem Ierosolymorum pertinet, non ad mundi finem. Et meritò sic dixit: ut enim docet Eusebius in Chronico Canone, post annos octo & triginta à Cruce Domini secuta est desolatio Ierosolymæ & Templi, *ista* non cuncta quæ dicta sunt, indicat. nam plura ex his de fine mundi agunt. Sed quidquid ex his peculiariter dictum est de desolatione Ierusalem & Templi: puta, nō remansurum lapidem super lapidem in Templo, & quæcumque alia de eodem argumento dixit. de quibus jam ante scriptum est ad Matthæū. *De die autem illa* &c. si ipse est factor sæculorum, temporum & momentorum, ut profectò est, quomodo unā diem aut horam ignorasse putandus est? quo pacto, inquam, quæ ipse fecit, nescire potest? Si enim cuncta quæ futura erant ante diem & horam illā edisserit clarè, dicens, erit illud, eveniet hoc. deinde quid? finis videlicet: igitur qui ea novit quæ continua serie pertingunt ad finē, profectò & ipsum finem scit. Post dicta enim à se, ait futurum finem. Finis autem quid aliud omninò est, quàm ultima dies; quam tamen prudenti quodam consilio dixit se ignorare, quod eam indicare Discipulis nollet, occultis quibusdam de causis. Ne enim videretur celare ipsos, & propterea contristaret; & Filium dixit nescire: humano more de se ut homine, loquens: reservans tamen eidē sibi & huius, & omniū scientiam ut Deo. Prop-

terea non excepit ab ejus rei conſcientia Spiritum; neque dixit & ipſum diem illam ignorare. ſi enim Spiritus omnia, ut ſcriptū eſt, ſcrutatur, etiam profunda Dei, novit utique quæcumque in ipſo ſunt. Porrò ſi ſpiritus ſciens omnia, cūcta penetrare ſcrutarique ad imum valens, à Filio accipit, illud enim ait: *ex me accipiet*: qua ratione notitia illa Filius caret, quam cum alijs omnibus Spiritui communicat? non ignorat igitur diem & horam ſui adventus Chriſtus; ſed ne mœſtitiam ingeneraret Diſcipulis, quaſi reſponſum negaret interrogationi ab ipſis factæ, ait: neſcio: poteſtatem habens & hoc dicendi.

Or. 36. pag. 587. Edit. Par. an. 1699.

NAZIANZENI. Decimo loco ignorantiam ponunt (Ariani videlicet) quodq; extremum diem atque horam nemo cognoſcat, ac ne Filius quidem ipſe, ſed ſolus Pater. At qui fieri poteſt, ut Sapiētia quidquam eorum quę ſunt, ignoret: ille, inquam, ſæculorum factor, ille conſummator atq; immutator, ille eorum quę facta ſunt finis: quique ea quæ Dei ſunt perinde novit ac ſpiritus hominis ea quæ in ipſō ſunt? quid enim hac cognitione perfectius. Quomodo autem ea quidem, quæ horam illā antecedunt exactiſſimè ſcit: ſimiliter & quæ velut in ipſo finis articulo ſūt, ipſam tamen ignorat hōram? ænigmati quippe res hæc ſimilis eſt. Perinde ſcilicet ac ſi quis ea quæ ante parietem ſunt certò ſe noſſe dicat, parietem verò ipſum ignorare, aut diei finem probè ſciens, noctis principium ſe non cognoſcere; ubi alterius cognitio alterum neceſſariò ſecum ducit. Eccui igitur dubiū eſſe poteſt quin

σωτηρίας ὁ Χριστός; ἀλλ' ἵνα μὴ λύπην ἐντέκῃ τοῖς μαθηταῖς ὡς ἀγνοήσας ἀπαναχρήσηται τῇ παρ' αὐτοῦ ἐπιγνώσει τῇ περὶ αὐτοῦ, τὸ μὲν οἶδα φησὶν, ἀγνοεῖν ἔχων ἐν ᾧ τοῦτο ἐνοῖ.

NAZIANZ. Δέκατον ἔξιν ἀσυνήθη καὶ ἄγνωτα, τοῖς Ἀρειανοῖς δηλονότι, καὶ τὸ μηδένα γινώσκειν τὴν τελευταίαν ἡμέραν καὶ ὥραν, μηδὲ τὸν υἱὸν αὐτὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ. καίτοι πῶς ἀγνοεῖ τὰ πάντων ὄντως ἡ σοφία ὁ ποιητὴς τῶν αἰώνων, ὁ συντελεστὴς καὶ μεταποιητὴς, ὁ πέρας τῶν γινομένων; ὁ ἴσως τὰ τοῦ Θεοῦ γινώσκων ὡς τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὰ ἐν αὐτῷ. πῶς γὰρ τῆς γνώσεως ταύτης τελειότερον; πῶς δὲ τὰ μὲν τοῦ ὥρας ἀκριβῶς ἐπίστασθαι, καὶ τὰ οἷον ἐν χερσὶν τῷ τέλους, αὐτὸν ἂν ἀγνοεῖν τὴν ὥραν; αἰνίγματι γὰρ ὅμοιόν πραγμα. ὥσπερ ἂν εἴποις τὰ μπροσθεν τοῦ τείχους ἀκριβῶς ἐπίστασθαι λέγων, αὐτὸ δὲ ἀγνοεῖν ὃ τέλος. ἢ ὃ τῆς ἡμέρας τέλος ἐπίσταμαι, τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς νυκτὸς μὴ γινώσκειν. ἔνθα μὲν τοῦ ἑτέρου γνῶσις ἀναγκαίως συνεπάγεται ὃ ἕτερον. ἢ πᾶσιν εὐδηλον, ἐπιγινώσκει μὲν ὡς Θεὸς, ἀγνοεῖ δὲ φησὶν ὡς ἄνθρωπος, αὐτὸς τὸ φαινόμενον χωρὶς ἢ τοῦ νοουμένου. τὸ γὰρ ἀπόλυτον εἰς τοῦ υἱοῦ τιμὴν καὶ ἀσφάλειαν καὶ ἀχρόνως ὑποστάμενον τῷ υἱῷ τοῦ πατρὸς, πάντων ἡμῖν δίδωσι τὴν ὑπόνοιαν, ὥστε τὴν ἄγνοιαν ὑπολαμβάνειν, ὅτι τὸ ἀποτελεστικὸν, τῷ ἀνθρωπίνῳ μὴ τῷ θείῳ πάντων λογιζομένους. εἰ μὴ ἦν ὅτῳ ἀπαρχὴς ὁ λόγος, ἐνταῦθα σταθμεθα καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητήσωμεν. εἰ δὲ μὴ, τὸ γε δεύτερον ὥσπερ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἔστω καὶ ἡ γνῶσις τῶν μειζόνων ἐπὶ τὴν αἰτίαν ἀναφερέσθω τιμῆς τοῦ γεννήτορος. δοκεῖ δέμοι τις μηδ' ἂν ἐκείνως ἀναγνῶς, ὡς τῶν καθ' ἡμᾶς φιλολόγων τις μακρὰν ἐννοῆσαι ὅτι οὐδὲ ὁ υἱὸς ἄλλως οἶδε τὴν ἡμέραν εἰ μὴ ὡς ὁ πατήρ. τὰ γὰρ συναγόμενα ὁποῖα ἐπειδὴ ὁ

πατὴρ

πατὴρ γινώσκει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ υἱός, ὡς δῆλον ὅτι μηδενὶ γνωστὸν τοῦτο, μὴ ληπτὸν, πλὴν τῆς πρώτης φύσεως.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἵνα εἴπῃ τὴν τῶν πιστῶν. οἶδε γὰρ γενεὰν, οὐκ ἀπὸ χρόνων χαρακτηρίζειν μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τρόπου, θρησκείας, καὶ πολιτείας. ὡς ὅταν λέγῃ, αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τῶν Κύριῳ. τὸ δὲ μέχρις οὗ ταῦτα πάντα γένηται φησὶ τὰ τῶν Ἱεροσολύμων, τὰ τῶν πολέμων, τὰ ἐφεξῆς εἰρημένα, ἅπερ εἴρηκε μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας συμβησόμενα. ὅπερ γὰρ ἄνω ἔλεγεν δεῖ πάντως γενέσθαι, καὶ ἐνταῦθα δηλοῖ λέγων· ὅτι πάντως ἐκβήσεται, καὶ μενεῖ ἡ γενεὰ τῶν πιστῶν. οὐδενὶ τῶν εἰρημένων διακοπτομένη. ἄλλος δέ φησι, γενεὰν λέγειν αὐτὴν πονηρὰν, τῷ τρόπῳ καὶ οὐ τοῖς προσώποις· διδάσκων ὅτι παρόντων καὶ ὁρώντων τῶν ἀσεβῶν καὶ χριστοκτόνων δείξει τὴν ἀπ' οὐρανοῦ δόξαν αὐτοῦ, ὥστε πληρωθῆναι τὸ· ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησε. ἄλλος δὲ πάλιν περὶ τῆς κατ' ἐκεῖνον τῶν καιρὸν γενεᾶς λέγειν αὐτόν φησιν. ἕως οὗ παρέλθῃ, ἕως οὗ συμβήσεται Ἰουδαίοις τὰ προλεχθέντα· διὰ τούτων πιστούμενος καὶ τοὺς περὶ συντελείας λόγους. ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι, τουτέστι, τὰ πεπηγότα ταῦτα καὶ ἀκίνητα εὐκολώτερον ἀφανισθῆναι, ἢ τῶν λόγων τῶν ἐμῶν τι διαπεσεῖν. καὶ ὁ ἀντιλέγων ὑπὲρ τούτων, βασανιζέτω τὰ εἰρημένα, καὶ ἀπὸ τῶν παρελθόντων καὶ τοῖς μέλλουσι πιστευέτω. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὰ στοιχεῖα εἰς μέσον τέθεικε, τοῖς παλαιοῖς ἐμφιλοχωρῶν ῥήμασι (καὶ γὰρ καὶ διὰ τοῦ Ἱερεμίου τὸ ἀσάλευτον τῆς ἀποφάσεως τῆς ἑαυτοῦ ἀπὸ τούτων καὶ παρίστησιν) ὁμοῦ δὲ καὶ δημιουργὸν ἑαυτῶν ἐντεῦθεν δείκνυσι λανθανόντως τοῦ παντός. ἐπειδὴ γὰρ περὶ συντελείας διελέχθη, πράγματος παρὰ πολλοῖς

horam quidem ut Deus cognitam habeat: ignoret autem ut homo, si quis partem aspectabilem ab ea disjungat quæ mente sola perspici potest. Nam quia absolutè hoc loco ac sine relatione, Filij nomen ponitur, nec adjungitur, cujus, idcirco hinc nobis ansa porrigitur sic existimandi, ut ignorantiã hanc sensu maximè pio interpretemur, eam humanitati non divinitati adscribendo. Ac siquidem hæc ratio adversarijs satisfaciat, hic pedem figemus: nec quidquam amplius inquiratur. Sin secus, hanc secundam expositionẽ afferemus: quod quemadmodum singula alia, ita rerum quoque maximarum cognitio in Genitoris honorem ad causam ipsam referenda est. Quin ne exiguum quidem mihi intellecturus videtur, qui sic legerit, ut nostræ memoriæ vir quidam literarũ studiosus: nempe Filium non aliter diem illum vel horam nosse, quam ut Pater. Quid enim hinc colligitur? quoniam Pater cognoscit, ideo etiam Filius: tamquã videlicet nemo hoc percipere queat, præter Principem illam naturam.

VICTORIS ANT. *Amen dico vobis non præteribit generatio hæc* Significat credentes in se. Solet enim Scriptura non à successione solùm & serie temporum, sed à ritu religionis, ac morum qualitate, insignire ac distinguere generationẽ: ut cùm dicit: *hæc est generatio quærentium Dominum*. quod addit: *donec omnia hæc fiant*. designat Ierosolymitanam cladem, bella Iudaica, & alia consequenter dicta, quæ prædixit usque ad suam ultimam apparitionem & reditum in orbẽ, eventura. Nam quod superius di-

xit, *oportet omninò fieri*: idem hoc loco denuò inculcat, planè affirmans eventurum & perseveraturã quoad eveniat, generationem Fidelium, nullo ex his qui prædicti sunt, infesto casu umquam interrumpendam. Alius observat, dicere ipsum, generationem istam malam, moribus & non personis; docentem, præsentibus ac spectantibus impijs interfectoribus Christi, ostensurum se è Cœlo gloriam suam, ut impleatur illud; *videbunt in quem confixerunt*. Alius rursus censet locutum Dominum de generatione hominum ea tempestate viventium; & affirmasse non illam penitus desituram, quoad Judæis evenirent prædicta; ut experientia sensibus præsentium hausta propheticæ veritatis in clade Judaica, quodam velut pignore firmaretur fides, prænunciatorum de fine mũdi eventuum. *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*. Hoc est: res tam immobiliter fundatas & æterna immobilitate fixas, facilius est destrui, quàm verborum meorum ullum excidere eventu cassum. Et qui hic contradicit, perpendat oracula, & ex prius prędictorũ perspecta in eventibus veritate, discat indubitanter credere denunciatis in posterum. Propterea & elementa, res naturali firmitate fundatissimas, in mediũ adducit, libenter immorans usitatis olim expressionibus: (ham & à Jeremia immutabilitas oraculi ab eo pronunciati, simili loquẽdi forma adstruitur) simul & clam ac tacitè se per hæc significat conditorẽ universi. Quoniam de mundi consummatione disseruerat, re plerisque non credita, cœli ac terræ mẽ-

ἅπας γενομένης, διὰ τοῦτο τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν εἰς μέσον παρήγαγε, μετὰ πολλῆς ἐξουσίας δεικνὺς ἑαυτὸν δεσπότην τοῦ παντός. τῷ μὲν οὖν εἰπεῖν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, ἐπεστόμισεν αὐτοὺς ὥστε μὴ ζητῆσαι μαθεῖν, ὅπερ ἐκεῖνοι οὐκ ἴσασι· τὸ δὲ εἰπεῖν, οὐδὲ ὁ υἱός, κωλύει οὐ μόνον μαθεῖν, ἀλλὰ καὶ ζητῆσαι. ὅτι γὰρ διὰ τοῦτο εἴρηται, ὅρα μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἐπειδὴ περιεργοτέρους εἶδε γεγενημένους, πῶς ἐπεστόμισε μειζόνως. τί δήποτε τὸν μὲν πατέρα οἶδε σαφῶς, ὡς ἐκεῖνος τὸν υἱόν, τὴν δὲ ἡμέραν ἀγνοεῖ; πῶς δὲ εἰ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, τὴν ἡμέραν ἠγνόησε; ὁ γὰρ τοὺς αἰῶνας ποιήσας, εὔδηλον ὅτι καὶ τοὺς χρόνους· εἰ δὲ τοὺς χρόνους, καὶ τὴν ἡμέραν. πῶς οὖν ἣν ἐποίησεν ἀγνοεῖ; διὰ δὴ τί πάντα εἰπὼν καὶ τοὺς χρόνους καὶ τοὺς καιρούς, καὶ ἐπ' αὐτὰς τὰς θύρας ἀγαγὼν (ἐγγύς γὰρ ἐστιν ἐπὶ θύραις φησὶν) ἀπεσίγησε τὴν ἡμέραν; ἣν μόνος οἶδεν φησὶν ὁ πατήρ, οὐδὲ ὁ υἱός· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπίσταται ὁ πατήρ, καὶ ὁ υἱὸς δηλονότι ἡ σοφία τοῦ πατρός, ἡ πάντα ἔχουσα τὰ τοῦ πατρός, πλὴν τοῦ εἶναι αὐτὸ τοῦτο πατήρ. βλέπετε δέ, ἀγρυπνεῖτε καὶ τὰ ἑξῆς. ἡ ἐπαγωγὴ δείκνυσι τὴν αἰτίαν δι' ἣν οὐκ ἐσαφήνισεν αὐτοῖς τὴν ἡμέραν. εἰ γὰρ νῦν ἀγνοοῦντες ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν φιλονεικοῦσιν εἰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς βαπτίζεσθαι, εἰ ἡ συντέλεια δήλη, τί οὐκ ἂν ἐποίησαν, ὅθεν ὡς τὴν ἡμέραν ἀγνοοῦντες βλέπετε καὶ ἀγρυπνεῖτε. καὶ γὰρ οὐκ εἶπεν, οὐκ οἶδα, ἀλλ' οὐκ οἴδατε, βουλόμενος ἐναγωνίους εἶναι διηνεκῶς. οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ Κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται. ἔνθα ἑαυτὸν Κύριον σαφῶς οὕτως ὠνόμασεν. ἐντεῦθεν δέ μοι καὶ ἐντρέπειν δοκεῖ τοὺς ῥαθύμους. οὐδὲ γὰρ ὅσην περὶ χρήματα σπουδὴν πεποίηνται οἱ προσδοκῶντες κλέπτεσθαι, τοσαύτην ὑμεῖς φησὶν ὑπὲρ ἑαυτῶν σωτηρίας ποιεῖσθε. ἄνθρωπον δὲ ἑαυτὸν ὀνομάζει διὰ τὴν οἰκονομίαν. ἀποδημίαν δέ φησι τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν. ἔργον δὲ ἐκ τούτου

τὴν

Digitized by Google

τὴν τῶν ἐντολῶν ἐργασίαν καὶ τήρησιν, ἥτις φαίνεται διὰ τοῦ θυρωροῦ.

tionem in medium adducit, magna fiducia declarans se Dominũ universorum. Quod dicit de Angelis, obturat os curiositati in interrogationem erupturæ; non quæsituris, ut erat verisimile, hominibus id scire; quod ne Angelis quidem nosse concessum sit. Quod verò de se addit, negans etiam Filium id scire, multò magis retrahit, non solùm à cupiditate sciendi; sed etiam ab audacia inquirendi. Hoc enim animo id dictum, intelligitur ex alijs ab eo dictis post resurrectionem: quando curiosiùs eos inquirentes vehementiùs coercuit, planèque de his silentium indixit. quid verò dicemus? An qui Patrem Filius novit, tàm clarè, quàm ipse Pater Filium, diem unam ignoravit? quomodo autem per quem omnia facta sunt, diem aliquam nescivit? Sanè qui fecit sæcula, etiam tempora fecit. si tempora, & diem utique istam. quomodo igitur quam fecit ignoravit diem. Cur igitur, inquam, cuncta singillatim executus, & tempora & momenta, usque ad ipsas portas seriem perducens (ait enim, *prope est in januis*) diem tamen siluit: quam solus, inquit, novit Pater; nemo præter ipsum, ne Filius quidem. Atqui si Pater novit, novit & Filius, qui Sapientia Patris est, qui omnia Patris habet, præter esse Patrem, excepta inquam una ipsa proprietate Patris ac nomine. Excitationes illæ attentionis quas his interserit: *Videte autem, vigilate* & similes, indicant causam cur ijs diem non manifestaverit. Si enim nunc, licèt quisque hominum ignoret suæ mortis diem, tamen plerique differunt baptismum usque ad ultimũ spiritum, si finis sæculi manifestus esset, quid non facerent? quare ait, ut qui diem nesciatis, videte & vigilate. Non dicit, *nescio*, sed, *nescitis*, volens eos excitatos & experrectos in sui custodiam micare semper ac vigere excusso torpore. Nescitis enim, inquit, qua hora Dominus domus venit. ubi se ipsum clarè Dominum vocat universitatis hujus. Quare mihi videtur per hæc stimulare desides, quasi diceret: An non enim, quam & quantam qui à furibus sibi timent, adhibent diligentiam, ne perfossis dum dormiunt ædibus, latronum rapacitate spolientur, tanta vos quoque par est ac nihilò minùs acri excubare vigilia in custodiam, non utique periturarum rerum, sed vestri ipsorum ac salutis propriæ? Hominem autem se vocat ob veritatem assumptæ humanæ naturæ. Peregrinationem verò appellat, suam in Cœlos assumptionem. Opus autem custodi januæ injunctum aperiendi reduci Domino, quacumque hora pulsaverit, universim designat præscriptam observationem & executionem mandatorum.

BIBLIOTECA PROVINCIAL LERIDA

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XIV.

1. ERAT autem Pascha & Azyma post biduum: & quærebant summi Sacerdotes & Scribæ quomodo eum dolo tenerẽt & occiderent.

2. Dicebant autem, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret populi.

TOLOSANI. Propterea jejunamus quartis quibusque hebdomadæ ferijs, quoniam feria quarta congregatum est concilium adversus Iesum. Ac Iudæi quidem differre Christi supplicium quoad transisset festum, decreverant. cæterũ Salvatori placuerat ipso Paschatis festo crucifigi. ipse enim erat verum Pascha. unde observare licet: Iudæos non potuisse Christum capere, cùm maximè vellent & conarentur: quando autem ipsi nolebant propter festũ, tunc Christus vel invitis ipsis seipsum tradidit. Cùm verò esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier quædam, cujus unguenti quatuor Evangelistæ meminerunt. Hanc fuisse unam & eandem ab omnibus memoratam quidam ajunt. verius arbitror duas fuisse. quarum alterius, quæ Lazari soror erat, Ioannes meminit. de altera reliqui narrant Evangelistæ. Imò si quis attentiùs inspexerit, tres reperiet fuisse: nempe illam cujus meminit Ioannes; alteram, quam Lucas refert: denique tertiã de qua duo alij Evangelistæ scribunt. Erat enim illa, de qua Lucas agit, meretrix; & circa medium prædicationis tempus Christi pe-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'

„ ΗΝ δὲ τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα
„ μετὰ δύο ἡμέρας· καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρ-
„ χιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς πῶς
„ αὐτὸν ἐν δόλῳ κρατήσαντες, ἀποκ-
„ τείνωσιν.

„ Ελεγὼν δὲ, μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, μή-
„ ποτε θόρυβος ἔσται τοῦ λαοῦ.

ΤΟΛΩΣ. Διὰ τοῦτο νηστεύομεν τὰς τετράδας τῆς ἑβδομάδος, διότι ἐν τῇ τετράδι συνέστη τὸ συμβούλιον· Καὶ οἱ μὲν Ιουδαῖοι τὸν τῆς ἑορτῆς καιρὸν ὑπερθέσθαι ἠβουλήθησαν· ὁ δέ γε Σωτὴρ κατὰ τὸ Πάσχα μᾶλλον ἐδόκησε σταυρωθῆναι· αὐτὸς γὰρ ἦν τὸ Πάσχα τὸ ἀληθινόν. καὶ δῆλον ὅτι ὅτε μὲν ἐκεῖνοι ἠβούλοντο κατασχεῖν, οὐκ ἠδυνήθησαν· ὅτε δὲ οὐκ ἠβουλήθησαν διὰ τὴν ἑορτὴν, τότε αὐτὸς ἑαυτὸν, καὶ μὴ βουλομένων ἐκείνων, παραδέδωκεν. αὐτοῦ δὲ ὄντος ἐν Βηθανίᾳ ἐν τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, γυνή τις προσῆλθεν αὐτῷ, ἧς καὶ τὸν τέσσαρες μνημονεύουσι τοῦ μύρου. ταύτην γάρ τινες μίαν εἶναι λέγουσι. εἰσὶ δὲ τῇ ἀληθείᾳ δύο. μία μὲν ἣν ὁ Ιωάννης γράφει, ἦν δὲ αὕτη τοῦ Λαζάρου ἀδελφή· ἑτέρα δὲ ἡ παρὰ τοῖς λοιποῖς Εὐαγγελισταῖς. εἰ δέ τις ἀκριβέστερον ζητήσειε. τρεῖς εἶναι ταύτας εὑρήσει· ἤγουν παρὰ μὲν τῷ Ιωάννῃ μίαν· παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ ἄλλην· παρὰ δὲ τοῖς λοιποῖς ἑτέραν· ἦν δὲ ἡ παρὰ τῷ Λουκᾷ πόρνη· καὶ περὶ τὸ μέσον τοῦ Κηρύγματος· ἡ δὲ παρὰ τῷ Ματθαίῳ πλησίον τοῦ πάθους· καὶ οὐδὲ πόρνη ἐλέγετο. ἧς καὶ τὴν προαίρεσιν ἀπεδέξατο ὁ Κύριος, ὡς πολλὰ ἀναλωσάσης. πιστικὴν δὲ νάρδον λέγει τὴν ἄδολον· ἠγανάκτησαν δὲ, φησὶν, οἱ ἀπόστολοι. ὁ δὲ Ιωάννης Εὐαγγελιστὴς τὸν Ιούδαν μόνον ἀγανακτῆσαί φησι. οὐ πρὸς τὸν αὐτὸν δὲ σκοπὸν ἀφορῶντες οἱ

τε ἀπο-

τῶ δεσπότου· ὁ Ἰούδας τοῦτο ἐποίει, ἀλλ' οἱ μὲ δεσπότου ὡς πολλὰ ἀναλωσάσης· ὁ δὲ Ἰούδας, ὡς φιλαργυρίαν νοσῶν, καὶ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ μοχθηρότατος. διὸ καὶ ὁ δεσπότης μόνου τοῦ Ἰούδα μέμνηται.

des unxit: quam verò Matthæus memorat, & proximè ante passionem id officij exhibuit Christo, & meretrix fuisse nequaquam dicitur; cujus etiam studium sumptuosa pretiosi unguenti profusione declaratum comprobavit collaudavitq; Dominus. Pistican cùm ait nardum syncerā probamque intelligit nulla mixtione adulteratā. Matheus hic ac Marcus indignatos Apostolos ajunt: At Ioannes solum Iudam ægrè tulisse dicit jacturam unguenti. Omnes ista scilicet indignatio corripuit. nec Ioannes quod affirmat de Iuda, de alijs negat. significat tantùm peculiari ex causa commotum proditorē. quoniam enim perfidus avaritia flagrabat, prædam ista effusione unguenti, quod multò vænijsset, cupiditati subtractā suæ homo cætera impotens fremebat. Cæteros autem Apostolos animo & cultu simplices, ac vitę insuetos pauperi, species quædam prodigi luxus in cōsumptione minimè necessaria tam

Mat. 26.

Ioan. 12.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Γεγόνασι δύο ἡμέρας τοῦ πάθους ἡ βουλή. διὸ καὶ ἡ παράδοσις ἐν τῇ ἑβδομάδι ταύτῃ ἄγεται, ἐξ ἧς τὸ πάθος ἀρχὴν τὸ κατ' αὐτὸν ὑπολαβόντος. δόλῳ δὲ μηχανῶνται ἐπὶ πλείονα ἀκολουθοῦντα τὸν Κύριον ἀεί. ὁ μὲν γὰρ ἐορτὴν ὑπερθέσθαι βουλόμενος, ἐπειδὴ τὴν ἀποφάσεως ἐδύνατο πληρῶσαι ἐν τῇ νομικῇ ἀναπομπῇ, ἐν ᾗ τὸ πάσχα ἐθύετο, μιᾷ πρωΐτερον, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ. ἐν τούτῳ γὰρ τῷ μηνὶ ὁ ἐν πάσῃ τῇ ἡμέρᾳ τὸ ἀληθινὸν πάσχα ἔδει θυθῆναι. ἀπὸς δὲ τοῦτο δείκνυσι καὶ ὡς ἑαυτὸν ἐξέδωκε, τὸ ὑφ' ἡμῶν καταδέξασθαι, ὅτι βουλόμενοι μὴ κατασχεῖν αὐτὸν, πολλάκις ἔσχον ἰσχύσαν. ὅτε δὲ μὴ συλλαβέσθαι αὐτὸν ἐβούλοντο, πάντα ἑαυτὸν ἐκδοὺς πᾶσαν ἐλπίδα τοῦ σωθῆναι ἡμῶν αὐτοῖς εἰς πέρας ἐξελθεῖν παρεσκεύασε.

VICTORIS ANT. Biduo præcessit passionem hoc consilium quo ea decreta est. itaque id celebratum oportuit quarta hebdomadis die, quam propterea jejunio celebramus, utpotè à qua Christi passio, sexta demum hebdomadis ejusdem die consummata, initium & originem duxerit. Dolum autem machinantur, veriti populum qui semper magno numero Christum sequens stipabat ipsum. Comperendinare igitur decreverant, festumque imminens interponere neci Domini: verùm ea ipsorum destinatio non processit: quoniam oportebat impleri prophetiam legalis ritus significatione comprehensam: juxta quam immolari Pascha verum oportebat quarta decima die mensis primi; nempe ipso tempore quo agnus figura veri Paschatis rite mactari consueverat. Ad hæc eo ipso indicat Dominus sibi non invito injectas manus: quin potiùs tunc solum captum, cùm seipse sponte obtulit ac tradidit. siquidem cùm sæpè conati essent capere ipsum ejus adversarij, numquam potuerant. nunc verò cùm minimè id vellent, contrariumq; adeò decretum haberent, tunc ipse capi voluit, insperatum ipsis eventū improbi voti, opportunitatēq; inveterati odij explendi ultro nec opinātibus offerens.

carne mercis offendebat.

Et cum

Digitized by Google

3. Et cùm esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recũberet, venit mulier habens alabastrum unguenti nardi, spicati, pretiosi: & fracto alabastro, effudit super caput ejus.

4. Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes, ut quid perditio ista unguenti facta est?

5. Poterat enim unguẽtũ istud venundari plus quam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam.

6. Iesus autem dixit, Sinite eã, quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me.

7. Semper enim pauperes habetis vobiscum: & cùm volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis.

8. Quod habuit hæc, fecit: prevenit ungere corpus meum in sepulturam.

9. Amen dico vobis, ubicumq; prædicatum fuerit Evangelium istud in universo mũdo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam ejus.

TOLOSANI. Vt obstantes devotioni mulieris Apostolos reprehendit Salvator, & ait: Quid molestiam ei exhibetis ex quo obtulit donum? Sed & verberat proditorem Dominus, illa mentione Sepulturæ suæ, cui prælusisse mulierẽ ait: arguit autem, & tacitè increpat durum ejus cor; ac tantùm non dicit: Tu quidem in mortem me tradens, reprehendi non vis: quantò minus hæc quæ unguentum affert ad sepeliendum me, meretur à te reprehendi. Habere se autẽ pro magno hoc opus Salvator declarat,

„ Καὶ ὄντος αὐτοῦ ἐν Βηθανίᾳ ἐν τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, κατακείμενου αὐτοῦ, ἦλθε γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς· καὶ συντρίψασα τὸν ἀλάβαστρον, κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς.

„ Ἦσαν δέ τινες ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ λέγοντες, εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη τοῦ μύρου γέγονεν;

„ Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων, καὶ δοθῆναι τοῖς πτωχοῖς. καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ.

„ Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, ἄφετε αὐτὴν· τί αὐτῇ κόπους παρέχετε; καλὸν ἔργον εἰργάσατο ἐν ἐμοί.

„ Πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, καὶ ὅταν θέλητε, δύνασθε αὐτοὺς εὖ ποιῆσαι· ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

„ Ὃ ἔσχεν αὕτη, ἐποίησε· προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν.

„ Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἂν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, λαληθήσεται εἰς μνημόσυνον αὐτῆς.

ΤΟΛΩΣ. Ὡς ἐμποδίζουσι τῇ προθυμίᾳ τῆς γυναικὸς τοῖς ἀποστόλοις μέμφεται ὁ Σωτὴρ, καὶ φησι· τί κόπους αὐτῇ παρέχετε, ἀφ' οὗ προσέφερε τὸ δῶρον; ἀλλὰ πλήττει ὁ Κύριος τὸν προδότην ταῦτα λέγων. Καὶ ὅτι εἰς τὸν ἐνταφιασμόν μου τοῦτο ἐποίησεν· ἐλέγχει δὲ καὶ τὴν ἀσυνείδητον αὐτοῦ γνώμην, μονονοὺ λέγων· ὅτι σὺ μὲν εἰς θάνατόν με παραδιδοὺς, δοκεῖς εἶναι ἀνέλεγκτος· αὕτη δὲ εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν μου τὸ μύρον φέρουσα, οὐκ ἔστιν ἀξία ὑπὸ σου ἐλεγχθῆναι. Καὶ ὅτι μέγα ἔργον ἐποίησεν ἐδήλωσεν ὁ Σωτὴρ λέγων· ὅτι ὥσπερ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο κηρυχθήσεται

σεται πανταχοῦ οὕτω καὶ ταύτης τῆς γυναικὸς τὸ ἔργον.

ΦΩΤΙΟΥ. Τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί, φησὶν ὁ Σωτήρ· εἰς γὰρ τὸν ἐνταφιασμόν μου τοῦτο πεποίηκε· ταῦτα δὲ λέγει παραμυθούμενος τὴν γυναῖκα, καὶ ἐλευθέραν δεικνύων τῆς τῶν ἀποστόλων μέμψεως. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω, φησί, τοῦ μέμψασθαι αὐτήν· ὥστε οὐδὲ ἀφήσω λαθεῖν τὸ γεγενημένον αὐτῆς ἔργον· ἀλλ᾽ ἅπας ὁ Κόσμος γνώσεται· ἀπὸ γὰρ μεγάλης διανοίας ἦν τοῦτο· καὶ πολλῆς τεκμήριον πίστεως.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὗτος ὁ Σίμων, ὥς φησιν ὁ Λουκᾶς, ἦν αὐτὸν ἐπ᾽ ἄριστον κεκληκώς, διὸ παρ᾽ αὐτοῦ κατέκειτο. ὁ δὲ ἀλάβαστρος εἶδος ἀγγείου. πιστικῆς, ἤτοι τῆς ἀξιοπίστου καὶ ἀληθοῦς, κατὰ τὸ εἰρημένον. εἰ δὲ ἀρνούμεθα αὐτόν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει, ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται. πλήν γε καὶ εἶδός ἐστι κατασκευῆς νάρδου πιστικῆς καλούμενον. καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς. τῇ σπουδῇ τοῦ καταχέειν, μήπως κωλυθῇ, οὐ περιέμεινεν αὐτὸ ἐκκενῶσαι. σχολαιότερον γὰρ ἡ ἐκκένωσις· ἀλλὰ θραύσασα κατέχεεν. ἠδύνατό φασι τοῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων. δηνάρια οὐ νομίσματα λέγουσιν. οὐ γὰρ ἂν ἦν τοσούτου τὸ μύρον· ἀλλ᾽ ἕτερόν τι μεῖζον νούμμων· ἢ ὅτι ὑπερβολικός ἐστιν ὁ λόγος. ὃ δὲ εἶχεν αὕτη, φησὶν ὁ Ἰησοῦς, ἐποίησε· προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς Ἰουδαίοις καὶ σμυρνοῦν τοὺς ἐπισήμους νεκρούς· καὶ τοῦτο δηλοῖ Νικόδημος καὶ Ἰωσὴφ ὁ Ἀριμαθείας· ἔτι γε δὲ μυρίζειν, καὶ τοῦτο δηλοῦσιν αἱ γυναῖκες· ἡ μὲν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· αἱ δὲ παρὰ τῷ Μάρκῳ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅπου ἂν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο εἰς ὅλον τὸν κόσμον καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη λαληθήσεται· καὶ τί λέγω φησὶν ὅπου ἄν; εἰς ὅλον γὰρ τὸν κόσμον κηρυχθήσεται.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Δοκεῖ μὲν εἶναι μία καὶ ἡ αὐτὴ γυνὴ παρὰ τοῖς εὐαγ-

dicens fore ut, quemadmodum Evangelium ubique promulgandũ erat, ita & hoc mulieris opus.

PHOTII. Quid molesti estis mulieri, ait Salvator, in Sepulturam enim meam hoc fecit. Hæc verò dixit consolans mulierem; & ostendens ab Apostolis immeritò culpari. Tantùm enim, inquit, absum a reprehendendo illam, ut non passurus sim latere hoc quod fecit opus: sed effecturus ut totus illud mundus sciat. A magno videlicet animo id proficiscebatur, & multæ erat indicium fidei.

ANONYMI. Simon hic, ut ait Lucas, Christum ad cœnam vocaverat, ideò apud ipsum recumbebat. Alabastrum species est vasis. Pistici. nempe fide digni & veri: iuxta quod scriptum est: *Si* 2.Timoth. 2.13.
negaverimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Cęterùm est quoque certum genus præparationis nardi, quæ pistica vocatur. *Et fracto alabastro, effudit super caput ipsius.* Id egit festinatione consummandę effusionis. Si enim per os vasis cum mora funderet, providebat fore ut ab absolvenda profusione impediretur. itaque id illa impedimentũ lucrifecit, vase frangendo. *Poterat* (inquiunt) *istud venundari plusquã trecentis denarijs.* Denaria non numismata dicunt. non enim tanti unguentum; sed minoris ęstimationis nummos. nisi agnoscimus hic hyperbolen. *Quod habuit* (inquit Iesus) *hæc fecit, prævenit ungere corpus meum in sepulturam.* Mos enim Iudæis erat myrrha condire illustres mortuos. id quod Nicodemus & Ioseph ab Arimathia satis indicant apud Ioannem. neque hoc solùm, sed un-

Digitized by Google

guentis pręterea ungere; quod mulieres demonstrant, referente Marco. *Amen dico vobis ubicumq; prædicatum fuerit hoc evangelium in universo mundo, & quod hæc fecit narrabitur.* Et quid dico, inquit, ubicumque? in universo enim mũdo prędicabitur.

VICTORIS ANT. Vnctrix hæe Domini, videtur quidem singularis esse mulier ab Evangelistis una omnibus variè memorata. nõ est autem, ni fallor, apud omnes una: sed quæ à tribus quidẽ prioribus describitur, una mihi videtur eademque esse. cujus autem Ioannes meminit, eam ego aliam distinctam arbitror, mirabilẽ nempe Mariam Lazari Sororẽ. Et hęc quidem ait regiæ Civitatis Episcopus Ioannes. At Origenes aliam putat Matthæo, Marcoque memoratam, quæ unguentum effudit supra caput Domini in domo Simonis Leprosi. aliam rursum illam, de qua scribit Lucas, peccatricem eam vocans, quam refert effudisse unguentum in pedes Domini in domo Pharisæi. Apollinarius autem, & Theodorus, unam eandemque ab Evangeliis omnibus memoratam putant: tantum Ioannem distinctiùs rem explicasse. Apparet Matthæum, Marcum & Ioannem de eadem loqui (in Bethania enim vico id pariter omnes gestũ consentiunt.) Lucam verò de alia quadam: *Ecce*, enim inquit, *Mulier, quæ erat in Civitate peccatrix. ut cognovit, quod accubuisset in domo Pharisæi* &c. En peccatrix *in Civitate* fuit. Non igitur peccatrix hæc, quæ nunc scribitur in vico aut pago Bethania Dominum unxisse. Probat verò Salvator, & acceptum

γελίοις ἅπασιν· οὐκ ἦν δὲ· ἀλλὰ παρὰ τοῖς τρισὶ μ̃, μία τις οὖσάμοι δοκεῖ καὶ ἡ αὐτή· παρὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ, οὐκέτι, ἀλλ' ἑτέρα τις θαυμαστὴ ἡ τοῦ Λαζάρου ἀδελφή. καὶ ταῦτα μ̃ φησιν ὁ τῆς βασιλίδος πόλεως ἐπίσκοπος Ἰωάννης. Ὠριγένης δὲ πάλιν ἄλλην μ̃ φησι τὴν παρὰ Ματθαίῳ ἐκχέουσαν τῆς κεφαλῆς τὸ μύρον ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ. ἄλλην δὲ τὴν παρὰ τῷ Λουκᾷ γεγραμμένην ἁμαρτωλὸν κατεκχέσασαν τῶν ποδῶν αὐτοῦ τὸ μύρον ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ φαρισαίου. Ἀπολινάριος δὲ καὶ Θεόδωρος μίαν καὶ τὴν αὐτὴν φασι παρὰ πᾶσι τοῖς εὐαγγελίοις, ἀκριβέστερον δὲ ὁ Ἰωάννην τὴν ἱστορίαν ἐκδεδωκέναι. φαίνονται δὲ Ματθαῖος καὶ Μάρκος καὶ Ἰωάννης περὶ τῆς αὐτῆς λέγοντες· ἐν Βηθανίᾳ γὰρ γεγενῆσθαι φασι. κώμη δὲ αὕτη. Λουκᾶς δὲ περὶ ἑτέρας. Ἰδοὺ γὰρ γυνή φησιν ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, καὶ ἐπιγνοῦσα ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ φαρισαίου, καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς εἶται ταύτην ἁμαρτωλὸν καὶ ἐν τῇ πόλει· ἐκείνην δὲ μὴ ἁμαρτωλὸν ἀναγέγραπται, καὶ ἐν Βηθανίᾳ τῇ κώμῃ. ἀποδέχεται μέντοι αὐτῆς ὁ Σωτὴρ τὴν προθυμίαν, οὐ μάτην λέγων τὸ λαληθήσεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μετὰ τοῦ κηρύγματος τοῦ εὐαγγελίου καὶ τὸ τῆς γυναικὸς ἔργον, ὅτι τύπον ἐπεχεῖ τῆς προσαγούσης Χριστῷ τὴν πίστιν ἐκκλησίας, καὶ ἐκβαλλούσης ὥσπερ μύρον εὐωδέστατον. καὶ πιστικὴν γὰρ τὴν νάρδον ὀνομάζουσι καὶ πολύτιμον λέγουσι. φησὶ δὲ εἰς ὁ ἐνταφιασμὸν αὐτῷ συντελεῖν τὴν τοῦ μύρου ἄλειψιν. καὶ ὃ ἔσχε φησὶν, ἐποίησε. προέλαβε γὰρ μυρίσαι μύρῳ τὸ σῶμα. ἔργον δὲ αὐτὸ καλεῖ, ὡς λόγου μᾶλλον μνημονευόμενον, ἵνα μνημονεύοι ὅτι προεγνώκει τὸ πάθος. τῶν δὲ αἰτιωμένων τὴν τοῦ μύρου ἔκχυσιν διαφόρων ὄντων, ὁ μ̃ Ἰωάννης μόνον Ἰούδα ἐμνημόνευσε τοῦ προδότου. ὁ δὲ Ματθαῖος τῶν ἀποστόλων· ὁ δὲ Μάρκος τινῶν, οὐχ ἁπάντων·

των· πολλῶν δὲ αἰτιωμένων καὶ διαφόρων ὁ Κύριος προγνώστης ὢν, ἐν μὲν Ἰούδαν ὡς φιλάργυρον ἐξελέγχει· τοὺς δὲ μαθητὰς οὐκ αἰτιᾶται, ὡς ἐξ ἁπλουστέρας γνώμης εἰρηκότων ταῦτα. ἐμνημόνευον γὰρ ὃ, ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν. εἰπόντες δὲ ὅτι ἠδύνατο τριακοσίων δηναρίων πραθῆναι, ἔδειξαν ὅσα ἀνήλωσεν εἰς ὃ μύρον αὕτη, καὶ ὅσην τὴν προθυμίαν ἐπεδείξατο. καὶ ὅπου ἂν κηρυχθῇ φησι ὃ εὐαγγέλιον τοῦτο, λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη. διὰ τοῦτο πάλιν τὴν εἰς τὰ ἔθνη ἔξοδον προαναφωνεῖ, καὶ ταύτῃ παραμυθούμενος αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ θανάτου· εἴγε μετὰ ἐν σταυρὸν ἡ δύναμις, ὡς πανταχοῦ τῆς γῆς ἐκχυθῆναι ὃ κήρυγμα. ἐγὼ γὰρ φησι τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ καταδικάσαι αὐτὴν ὡς κακῶς πεποιηκυῖαν, ἢ μέμψασθαι ὡς οὐ καλῶς ἐργασαμένην, ὅτι οὐδὲ ἀφήσω λαθεῖν ὃ γεγενημένον. ἀλλ' ὁ κόσμος εἴσεται τὸ ἐν οἰκίᾳ εἰργασμένον καὶ ἐν κρυπτῷ. καὶ γὰρ μεγάλης διανοίας ἦν τὸ γεγενηγένον καὶ πολλῆς τεκμήριον πίστεως.

habet ejus ſtudium, non fruſtrà dicens: *narrabitur in univerſo mundo* ſimul cum prædicatione Evangelij & mulieris hujus factum. Quoniã ea figurã geſſit Eccleſię Chriſto adolentis odoratiſſimum fidei unguentum. Piſticam enim nardũ vocant optimã exquiſitiſſimi pretii. Ait porrò ad ſepulturam ipſius conferre delibutionem iſtam unguenti: *quod habuit* (inquiens) *hæc fecit: prævenit ungere corpus meum.* Pręvidit Chriſti paſſionem, & prędixit hæc mulier non vocis oraculo, ſed facti myſterio, qui memorabilior eſt vaticinandi modus. Hinc non verbum ejus, ſed factum commendatur. Iam vituperantium profuſionem unguenti, cùm varii fuerint, Ioannes quidem ſolùm deſignat proditorem Iudam. Matthæus indefinitè Apoſtolos nominat. Marcus quoſdam dicens, indicat non omnes in eam accuſationẽ conſpiraſſe. Variis autem vario animo reprehendentibus, qui omnium cauſas & ſenſus intimos diſcernebat Dominus, variè pro ſua ſapientia occurrens, avaritiæ inſimulationem, quam ejus verba proferunt, ad Iudam ſolum dirigit iſto vitio peccantem. non ad Diſcipulos, quos ſimplicibus animis ad iſtam cum Iuda ſocietatem accuſationis ſpecie boni videbat tractos, quippe illud fortè reputantes aliàs auditum: *Miſericordiam volò, & non ſacrificium*. Dicentes verò, *potuiſſe venundari trecentis denarijs*, indicant quàm carè unguentum iſtud mulier emiſſet, quantumque tàm pretioſa re fundenda ſtudium in Chriſtũ demonſtraret. Subdit: *ubicumque prædicatum fuerit Evangelium* &c. His verbis prædicit fidei ac prædicationis progreſſum in Gentes, tali ſpe ſuos conſolans mortis ipſius denunciatione conſternatos. cujus nempè mortis tàm contrarius expectationi effectus extiturus eſſet, tantaq; ſua ipſius etiã poſt crucem vis, ut in omnes habitabilis terræ Incolas prędicationem diffundi curaturus eſſet. Sic igitur ait: tantùm abeſt, ut ego illam tamquam malè operatam damnem aut vituperem, ut nec paſſurus ſim latere factum ipſius, & laude debita fraudari. Sed quod ſecretò intra parietes unius domus eſt geſtum, in totius mundi cognitionem proferetur. ab magno enim & pręſtanti animi ſenſu proficiſcebatur hoc opus, & multæ indicium fidei erat.

Digitized by Google

10. Et Iudas Iscariotes unus
„ de duodecim abijt ad summos
„ Sacerdotes, ut proderet eũ illis.
11. Qui audientes gavisi sunt:
„ & promiserunt ei, pecuniam se
„ daturos. Et quęrebat quomodo
„ illum opportunè traderet.

„ Καὶ ὁ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἷς τῶν
„ δώδεκα, ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς,
„ ἵνα παραδῷ αὐτοῖς.
„ Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐχάρησαν. καὶ
„ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι.
„ καὶ ἐζήτει πῶς εὐκαίρως αὐτὸν πα-
„ ραδῷ.

TOLOSANI. Adjungunt Evangelistæ Iudæ cognomen, quò discernatur: quia nomen habebat commune cum alio Apostolo. Neque dissimulant fuisse illum è duodecim unum: ut ostendant & ipsum electum fuisse, & intimorum ac carissimorum unum. Quod autem paciscitur se traditurum ipsũ; promittit se indicaturum ubi & quando solus Iesus sit reperiendus. Timebat enim multitudinem Iudas, & ideò solum eum convenire vult. Ille tamen multa signa, & virtutes ineffabiles viderat; sed jã obscurato animo, illorum omniũ erat oblitus.

ΤΟΛΩΣ. Προστιθέασιν οἱ Εὐαγγελισταὶ τὸ παράσημον τοῦ Ἰούδα· ἐπεὶ δὴ ἦν καὶ ἕτερος Ἰούδας. Καὶ οὐδὲ παραιτοῦνται εἰπεῖν ὅτι εἷς ἦν τῶν δώδεκα. ἀλλ' ἵνα δείξωσιν ὅτι ἔκλεκτος ἦν καὶ αὐτὸς καὶ τῶν οἰκειοτάτων μαθητῶν εἷς· τὸ δὲ ἵνα παραδῷ αὐτῷ· τοῦτο δηλοῖ. ὅτι ἵνα καταμηνύσῃ αὐτῷ ὅτε μόνος ἐστίν. ἐδεδίει καὶ τὸν ὄχλον ὁ Ἰούδας καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν μόνον ἀπολαβεῖν ἤθελε. Καίτοι πολλὰ ἦν θεασάμενος θαύματα καὶ δυνάμεις ἀῤῥήτους· ἀλλ' ὁ μὲν σκοτισθεὶς τὴν διάνοιαν, πάντων ἐκείνων ἐπελάθετο.

ANONYMI. Puto non indiguisse hos aliquo qui proderet hominem omnibus notum. sed studuisse maculam inurere famæ & existimationi Christi: dicturo, ut ipsi sperabant, populo: quam absurdum & odiosum esse illum hominem oportet, quem proprius non ferens Discipulus prodiderit?

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἶμαι τούτους μὴ δέεσθαι τοῦ προδίδοντος τὸν πᾶσιν ἐγνωμένον. ἀλλ' ἵνα τὴν ὑπόληψιν αὐτοῦ διαβάλλωσιν, ἐδεήθησαν τοῦ προδίδοντος μαθητοῦ, ἵνα λέγωσιν, οὕτω φησὶν ἄτοπός ἐστιν, ὅτι ὁ ἴδιος μαθητὴς προὔδωκεν αὐτόν.

12. Et primo die azymorum
„ quando Pascha immolabant,
„ dicunt ei Discipuli, Quò vis
„ eamus, & paremus tibi ut man-
„ duces Pascha?
13. Et mittit duos ex Discipu-
„ lis suis, & dicit eis, Ite in Civi-
„ tatem: & occurret vobis homo
„ lagenam aquæ bajulans, sequi-
„ mini eum:
14. Et quocumq; introierit, di-
„ cite domino domus, quia Magi-

„ Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύ-
„ μων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, λέγουσιν
„ αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ποῦ θέλεις
„ ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμεν ἵνα φάγῃς
„ τὸ πάσχα;
„ Καὶ ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν
„ αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς, ὑπάγετε
„ εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄν-
„ θρωπος κεράμιον ὕδατος βαστά-
„ ζων. ἀκολουθήσατε αὐτῷ.
„ Καὶ ὅπου ἐὰν εἰσέλθῃ, εἴπατε τῷ
„ οἰκοδεσπότοῃ, ὅτι ὁ διδάσκαλος λέ-

γει

„ γει, ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα ὅπου τὸ πά-
„ σχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;

„ Καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγαιον
„ μέγα ἐστρωμένον, ἕτοιμον· ἐκεῖ ἑποι-
„ μάσατε ἡμῖν.

„ Καὶ ἐξῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ,
„ καὶ ἦλθον εἰς τὴν πόλιν· καὶ εὗρον κα-
„ θὼς εἶπεν αὐτοῖς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ
„ πάσχα.

ΤΟΛΩΣ. Πρώτην τῶν ἀζύμων τὴν πρὸ τῶν ἀζύμων φησί. ἀπὸ γὰρ τῆς ἑσπέρας ἀριθμεῖν τὴν ἡμέραν εἰώθασιν οἱ Ἰουδαῖοι. ἕτερος δέ φησι πρὸ μίας τῶν ἀζύμων ἡμέρας, μνημονεύσας ἐκείνης καθ' ἣν ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τὸ Πάσχα ἔμελλε θύεσθαι· πεμπτὴ γὰρ ἦ ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος· ἢ ὁ μὲν πρὸ τῶν ἀζύμων ὁ δὲ τῶν ἀζύμων λέγει. ἑκάτερος ἀληθεύων· λέγουσιν οὖν αὐτῷ οἱ μαθηταί· ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα. καὶ δῆλον ἐκ τοῦ λόγου ὅτι οὐκ ἦν αὐτῷ καταγώγιον. ἐπετέλεσε δὲ τὸ Πάσχα, δεικνὺς καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας ὅτι οὐκ ἦν ἐναντίος τῷ νόμῳ. ἀποστέλλει δὲ τοὺς μαθητὰς πρὸς ἄνθρωπον μὴ γνωριζώμενον. δεικνύων ἅπασιν ὅτι ἠδύνατο μὴ παθεῖν εἰ οὐκ ἠβούλετο. εἶτα ἐπειδὴ ἠγνόουν, σημεῖον αὐτοῖς δίδωσιν, ὡς οὗτος ὁ Εὐαγγελιστὴς καὶ ὁ Λουκᾶς ἱστοροῦσι. τὸ δὲ ἦν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· οὐδεὶς τῶν εἰρημένων * * *

ὅτι τύπος ἐστὶ τῆς σαρκός μου ἀλλ' ἡ σάρξ μου ἐστίν. ἔνιοι δὲ λέγουσι· καὶ πῶς οὐ καθορᾶται σαρξ ἀλλὰ ἄρτος· οὐδὲ αἷμα ἀλλ' οἶνος; ἀλλ' οἰκονομικῶς τὸ τοιοῦτον ὁ Θεὸς ἐποίησεν· εἰ γὰρ ὡς σάρξ ἐφαίνετο καὶ αἷμα, οὐκ ἂν προσήλθομεν αὐτοῖς, οὐ δὲ προσεδεξάμεθα. αἷμα δὲ καινῆς διαθήκης εἶπε πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς παλαιᾶς, καὶ τῶν χεομένων ἐν αὐτῇ αἱμάτων τῶν θυσιῶν.

„ ster dicit, Vbi est refectio mea,
„ ubi Pascha cũ Discipulis meis
„ manducem.

15. Et ipse vobis demonstrabit
„ cœnaculum grande, stratum: &
„ illic parate nobis.

16. Et abierunt Discipuli ejus,
„ & venerunt in civitatem: & in-
„ venerunt sicut dixerat illis, &
„ paraverunt Pascha.

TOLOS. Primam Azymorum vocat eã diẽ, quę pręcedit azyma: à vespera enim diem numerare Iudęi cõsueverũt. Alter verò ait: ante unam azymorum diem, illam indicans, in qua vespere pascha immolandum erat. Quinta enim erat hebdomadæ dies, quam unus, ante azyma, alter, Azymorum vocat, uterq; verè. Dicunt igitur ei Discipuli: ubi vis paremus tibi comedere Pascha? unde apparet defuisse ipsi proprium diversorium. Perfecit verò Pascha, ostẽdens usq; ad ultimã diem se non esse contrariũ Legi. Mittit porrò Discipulos ad hominẽ ignotũ, ostẽdens cũctis, potuisse se nõ pati si declinare mortẽ vellet. Deinde ut ignotũ internoscerent, signũ ipsis dat, ut hic Evãgelista & Lucas narrant. Id signum erat, homo vas aquæ portãs: nemo prædictorum * * * * * Non ait typus est carnis meæ: sed caro est mea, Aliqui dicunt: & quomodo non videtur caro, sed panis: neque sanguis, sed vinum? Providè hoc Deus fecit: si enim ut caro & sanguis appareret, non accederemus, neque perciperemus ea. Sanguinem autem novi Testamẽti dixit ad distinctionem veteris, & tam multi cuoris in ipso per sacrificia fusi.

ANO-

Digitized by Google

ANONYMI. Vocat primam Azymorum, qua Pascha manducabant, quintamdecimam mensis diem. Sed quoniam eam Iudęi numerant à vespera quartæ decimæ, illa ipsa jam tũ vespera dies quintadecima censetur. Agit autem de præparatione Paschæ. Providè verò tacuit nomen domini domus, apud quem facturus erat Pascha; aderat enim Iudas. qui si sciret ubi reperiendus erat Iesus, eò duxixet satellites Pontificum, & turbasset mysticam cœnam, quam tranquillè peragi oportebat: In ea enim mysteria novi Testamenti instituenda & tradenda erant.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Αὐτὴν λέγει πρώτην ἀζύμων καθ' ἣν τὸ πάσχα ἐβιβρώσκετο τοῦ τῆς ιε τοῦ μηνός. ἀλλ' ἐπειδὴ ταύτην οἱ Ιουδαῖοι ψηφίζουσιν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας τῆς ιδ' ἐν αὐτῇ τῇ ἑσπέρᾳ ἥτις ἦν λοιπὸν κατ' αὐτοὺς ἡ ιε. περὶ τῆς ἑτοιμασίας τοῦ πάσχα διαλέγεται. οἰκονομικῶς δὲ οὐκ εἶπε τὸ ὄνομα τοῦ οἰκοδεσπότου, παρ' ᾧ ἤμελλεν ποιεῖν τὸ πάσχα. παρῆν γὰρ ὁ Ιούδας, καὶ εἰ ἦν εἰδὼς ὅπου εὑρίσκεται, ἤγαγεν ἂν τοὺς ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων κατ' αὐτοῦ, καὶ διετάραξαν τὸ μυστικὸν δεῖπνον. ἐν αὐτῷ γὰρ τὰ τῆς νέας ἔμελλεν παραδιδόναι μυστήρια.

VICTORIS ANT. Primam Azymorum pridie Azymorũ vocat. Solent enim à vespera diem semper numerare. Alius ait: ante unam azymorum, diem memorans illam, qua in vespera Pascha immolandum erat. unde apparet unam ipsos diem diversè indicasse. nam quinta Sabbati accesserunt. & hanc unus quidem vocat pridie azymorum: Alius clariùs verum indicans, significat à vespera inchoasse. Propterea ambo pariter addunt: quando Pascha immolabatur. *Et dicunt: ubi vis paremus tibi?* Itaque hinc quoque patet, nõ fuisse ipsi domum propriam, non diversorium. Ego verò puto ne Discipulorum quidẽ ullum quidquam horum habuisse, quippe qui omnibus renunciassent. Nam si quisquam domum habuisset, eò Christum invitasset. Celebravit verò Pascha, ante omnia demonstrans, usque ad extremam diem se contrarium Legi non esse. Mittit verò ad ignotum hominẽ per omnia ostendens se potuisse non pati.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Πρώτην ἀζύμων τὴν πρὸ τῶν ἀζύμων φησίν. εἰώθασι γὰρ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας τὴν ἡμέραν ἀριθμεῖν ἀεί. ἔτερος δὲ φησι πρὸ μιᾶς τῶν ἀζύμων, ἡμέρας μνημονεύσας ἐκείνης καθ' ἣν ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τὸ πάσχα ἔμελλε θύεσθαι. ὅθεν δῆλον ὅτι αὐτὴν ἐδήλωσαν διαφόρως. τῇ γὰρ πέμπτῃ τοῦ σαββάτου προσῆλθον· καὶ ταύτην ὁ μὲν τὴν πρὸ τῶν ἀζύμων· ἑκάτερος δὲ ἀληθεύει ὅτι ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἤρξατο. διὸ ἕκαστος προστίθησιν ὅτε ἐθύετο πάσχα. καὶ λέγουσι, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι; ὥστε κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι οὐκ ἦν αὐτῷ οἰκία, οὐκ ἦν καταγώγιον. ἐγὼ δὲ οἶμαι μηδὲ αὐτοὺς ἔχειν, ὡς πᾶσιν ἀποταξαμένους. εἰ γὰρ, αὐτὸν ἐκάλεσε ἐκεῖ; ἐπετέλει δὲ τὸ πάσχα, πρὸ πάντων δεικνὺς μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας ὅτι οὐκ ἦν ἐναντίος τῷ νόμῳ. πέμπει δὲ πρὸς ἀγνῶτα ἄνθρωπον, δεικνὺς διὰ πάντων, ὅτι ἠδύνατο μὴ παθεῖν. ὁ γὰρ τὴν διάνοιαν τούτου μεταθεὶς ἀπὸ ψιλῶν ῥημάτων, τί οὐκ ἂν εἰργάσατο ἐν τοῖς ἄλλοις; εἶτα ἐπειδὴ ἠγνόουν, καὶ σημεῖον αὐτοῖς δίδωσιν ὡς Μάρκος καὶ Λουκᾶς ἱστοροῦσιν. οὐδέτερος οὖν αὐτῶν εἴρηκεν, ἔδομαι τὸ πάσχα. ἀλλὰ ποῦ ἦν τὸ κατάλυμά

μου,

μυ, ὅσα τὸ πάσχα μετ' τῶν μαθητῶν μου φάγω;

Qui enim mentem hujus ſolis verbis in ſuæ voluntatis aſſensũ tranſtulit, quid non faceret in aliis ſi vellet? Deinde quoniam ignorabant, ſignum ipſis dat, ut Marcus & Lucas referunt. Neuter verò ipſorum dixit: comedo Paſcha: ſed: *ubi eſt diverſorium meum ubi Paſcha cum Diſcipulis meis comedam?*

SCHOLIVM.

ἀπεσφήλαν mutavimus in διαφίσας, ſenſu flagitante.

„ Καὶ ὀψίας γενομένης, ἔρχεται „ μετὰ τῶν δώδεκα.

„ Καὶ ἀνακειμένων αὐτῶν καὶ ἐσθιόν„ των, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, ἀμὴν λέγω „ ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, „ ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ.

„ Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι, καὶ λέ„γειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς, μήτι ἐγώ; καὶ „ ἄλλος, μήτι ἐγώ;

„ Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, εἷς „ ἐκ τῶν δώδεκα ὁ ἐμβαπτόμενος „ μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον.

17. Veſpere autem facto, venit „ cum duodecim.

18. Et diſcumbentibus eis, & „ manducantibus, ait Ieſus, Amen „ dico vobis, quia unus ex vobis „ tradet me, qui manducat mecũ.

19. At illi cęperunt contriſtari, & dicere ei ſingulatim: Num„ quid ego?

20. Qui ait illis, unus ex duo„ decim qui intingit mecum ma„ num in catino.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐλύπουν οἱ μαθηταὶ καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν. εἰ γὰρ ὁ σφόδρα ὑπὲρ οὗ ἔνευσε τῷ κυρίῳ, καὶ ἀκριβῶς ἐπίστατο ὅτι ὁ παραδώσει, ὅμως ἅπαξ ἐφοβήθη εἰ ἔχεν ἑαυτῷ, τοῦ Κυρίου λέγοντος, εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. ἐπῄει δὲ καὶ ὑπὲρ ἀλλήλων ἠδημόνουν.

ANONYMI. Contriſtabantur Diſcipuli metuentes etiam de ſeipſis. Et ſi enim ſibi quiſq; conſcius veri in Dominum amoris, certò ſciebat ſe uni; nõ velle ipſum tradere: nec quidẽ tamen ſibi fidere audiebant: cùm Dominus diceret: *unus ex vobis tradet me*. Deinde & de aliis a ſe quiſque dubitabat.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι· εἰκός. ὃν μέσῳ γὰρ ἀποῤῥιφέντος τοῦ λόγου, ἕκαστος αὐτῶν ἐδεδίει, μήποτε περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον ἐδέξατο ὑπόνοιαν, καὶ ἔλεγον αὐτῷ, μήτι ἐγώ; ἅμα δὲ καὶ τὴν ἀμωρίαν ἐδήλωσεν, ἵνα μηδὲ ἀπολογίαν ἔχῃ.

VICTORIS ANT. *At illi cœperunt contriſtari*. meritò: tali enim jacta in medium denunciatione, quiſque pro ſe timebat, ne id de ſe Dominus sẽtiret. *& dicebãt illi: nũquid ego?* ſimul autẽ ſuppliciũ manifeſtavit, ne excuſationẽ haberet.

„ Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, „ καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ „ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ „ ἀνθρώπου παραδίδοται. καλὸν ἦν „ αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος „ ἐκεῖνος.

21. Et Filius quidem homi„ nis vadit, ſicut ſcriptum eſt de „ eo. Væ autem homini illi, per „ quem Filius hominis tradetur. „ bonum erat ei, ſi non eſſet na„ tus homo ille.

ANO-

ANONYMI. Si bonum erat ei non nasci, quare natus est? quoniam nasci, & in lucem venire, & ad imaginem Dei formari, & inenarrabilium bonorum fieri hæredem, quę oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ omnia parata sunt placentibus Deo, bonum est & bono melius, quorum ipsi causa Deus fuit. Sed postquam Deo placere omittens, in avaritiam & perditionem prolapsus est, ejus vitio evenit ut bonum esset ei natũ non fuisse. Quare primigenium bonum nascendi, ex Deo ipsi contigit: Proditionis verò, ob quam quod per se bonum erat: hoc est: natum fuisse, in malum conversũ est, ipse sibi causa fuit,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰ καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, ἵνα τί ἐγεννήθη; ὅτι τὸ γεννηθῆναι καὶ εἰς φῶς ἐλθεῖν, καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι, καὶ τῶν ἀμυθήτων ἀγαθῶν γενέσθαι κληρονόμον, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ πάντα ἡτοίμασται τοῖς διαρεσθῆσι Θεῷ· καλὸν ὄντι καὶ καλῷ κάλλιον ὢν αὐτὸς γέγονε ὁ Θεός· ἀλλ' ἐπιδὴ τῷ Θεῷ ἀρέσαι εἰς φιλαργυρίαν καὶ προδοσίαν ὄξέπεσεν, καλὸν αὐτῷ ἦν λοιπὸν εἰ οὐκ ἐγεννήθη· ὥστε τὸ πρωτότυπος καλὸν τὸ γεννηθῆναι, ἐκ Θεοῦ γέγονεν αὐτῷ· τὸ δὲ προδοσίας, διὰ ἦν τὸ καλὸν αὐτῷ, τουτέστι τὸ γεννηθῆναι, κακὸν γέγονεν, αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος γέγονε.

VICTORIS ANT. Hoc significat profectionem, magis quàm mortem. Sicut & quod Iudæis dixit: *Vado ad eum qui me misit*. Liberam voluntatem hæc vox indicat. Illud verò *bonum erat ei si non esset natus*, ad supplicii denunciationem spectat. nam non esse omninò eligibilius est, quàm male esse.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τοῦτο δηλωτικὸν ἀποδημίας μᾶλλον ἢ θανάτου. ὥσπερ καὶ πρὸς Ἰουδαίους ἔλεγεν, ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με· καὶ τὸ ἀκούσιον ἡ λέξις ἐμιμήσατο. τὸ δὲ καλὸν τὸ μὴ γεγεννῆσθαι, πρὸς τὸ κόλασιν λέγει. κακῆς γὰρ ὑπαρξέως, ἀνυπαρξία αἱρετώτερον.

22. Et manducantibus illis, accepit Iesus panem: & benedixit,
» fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum.
23. Et accepto calice, gratias
» agens dedit eis: & biberunt ex
» illo omnes,
24. Et ait illis, Hic est sanguis
» meus novi Testamenti, qui pro
» multis effundetur.

» Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, καὶ εὐλογήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε, λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.
» Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς· καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες.
» Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον.

ANONYMI. Novi Testamẽti tradit ipsis mysteria. Pro omnibus quidẽ effusus est sanguis ejus, & pro universo humano genere: & sic placitum antę Deum fuit.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὰ τῆς καινῆς διαθήκης παραδίδωσι αὐτοῖς μυστήρια· ὑπὲρ πάντων μὲν ἐξεχύθη τὸ αἷμα αὐτοῦ καὶ ὑπὲρ πάσης τῆς ἀνθρωποτητος, καὶ οὕτω εὐδοκία γέγονε τῷ Θεῷ. ἐπειδὴ δὲ ἦνες

δέ τινες ἑκόντες τῇ ἀπιστίᾳ προσμεμενήκασιν, εἴρηται λοιπὸν· οὐχ ὑπὲρ πάντων ἀλλ' ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον· πρὸς οὓς καὶ εἴρηται, τῶν ἀπίστων, ὡς ἐκ προσώπου χριστοῦ, τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν;

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ὁ μὲν φησιν ὅτι μυστηρίων μεταχὼν ἔμεινεν αὐτὸς ὁ προδότης, καὶ τῆς φρικωδεστάτης ἀπολαύσας τραπέζης, οὐ μετεβάλλετο· ὡς καὶ ὁ Λουκᾶς δηλοῖ λέγων, ὅτι μετὰ τοῦτο εἰσῆλθεν ὁ σατανᾶς εἰς αὐτὸν, οὐ τοῦ σώματος καταφρονῶν, ἀλλὰ τῆς ἀναισχυντίας καταγελλῶν τοῦ προδότου. ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐκώλυσεν αὐτὸν, πάντα εἰδὼς, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐδὲν παραλιμπάνει τῶν εἰς διόρθωσιν ἡκόντων. ἄλλοι δέ φασιν ὅτι προεξῆλθεν ὁ Ιούδας, ὡς Ιωάννης ἐδήλωσεν. οὐ γὰρ ἂν ἐδέξατο τῆς σωτηρίας κοινωνίας τὸν τύπον ὁ τῆς χριστοκτονίας ὑπηρέτης· καίτοι τἄλλα πάντα ἤνεγκεν ὁ Κύριος· ἀλλὰ τοῦτο οὐκέτι συνεχωρεῖτο. ὅτι δὲ διὰ τούτων παρέδωκε τοῖς μαθηταῖς ὅπως ἐπιτελεῖν αὐτοὺς προσῆκε τῆς καινῆς διαθήκης τὸ μυστήριον, οἶμαι μηδένα ἂν ἑτέρως εἰπεῖν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ εὐλόγησε καὶ εἶπε διδοὺς αὐτοῖς μεταλαβεῖν ἃ προσῆκον ἦν, ἵνα ἐκεῖνοι διὰ μὲν τῆς εὐλογίας καὶ εὐχαριστίας μάθωσιν ὡς μεγάλα ἀληθῶς καὶ πάσης εὐχαριστίας ἄξια τὰ διὰ τοῦ πάθους οἰκονομηθέντα τοῦ Χριστοῦ. ὧν δὴ σύμβολον ταῦτα ἐπιτελεῖσθαι παρέδωκεν αὐτοῖς· ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτό μου τὸ αἷμα· ὅτι τὸν μὲν ἄρτον προτιθέντα μετὰ τὴν εὐχαριστίαν προσῆκεν αὐτοὺς σώματος νομίζειν μεταλαμβάνειν, τὸ δὲ ποτήριον ἐν τάξῃ τοῦ αἵματος ἡγεῖσθαι, περὶ ἃ τὸ πάθος ἐγένετο ἐπὶ κοινῇ τῇ πάντων σωτηρίᾳ τε καὶ ἀφέσει τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς. ἡ γὰρ ἐπὶ τούτοις γινομένη πίστις ὁμοῦ τε τῶν πληρωθέντων ὁμολογίαν ἔχει καὶ

Quandoquidem verò quidam volentes in incredulitate permanserunt, dictum deinde est: non pro omnibus, sed pro multis effũdi. Ad istos incredulos vitio suo exclusos participatione sanguinis Christi, dicitur ex Christi persona: *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem?* Psal. 29 10.

VICTORIS ANT. Hoc ait: etiam post perceptionem mysteriorum mansisse eundem Proditorem, & maximè tremendæ participem mensæ factum, nõ mutatum esse. uti & Lucas declarat, dicens: Post buccellam introivisse Satanã in ipsum: non utique despiciẽtem Christi corpus, sed impudentiam promulgantem Proditoris. Christus autem non exclusit illum, etsi omnia sciret, ut discas nihil illum prætermittere, quòd ad emendationem conferre possit. Alii autem ajunt, priùs exivisse Iudam, ut Ioannes significavit: non enim acciperet salutaris communionis typum Christi cædis minister. ac quamquam alia cuncta pertulerit Dominus, illud tamen non permiserit. Neminem autem arbitror iturum inficias quin per hæc tradiderit Dominus Discipulis potestatem rite celebrandi mysterii novi Testamenti. Propterea enim benedixit, & dans ipsis ut perciperent, protulit verba legitima, ut illi per benedictionem & gratiarum actionem discerent, verè magna & omni gratiarum actione digna esse quæ per Christi passionem provisa nobis atque indulta sunt: quorum in symbolum ac signum hæc celebrare ipsos instituit. Dicendo autem: *Hoc est corpus meum*, & *Hic est sanguis meus*, docuit:

oportere ipsos cùm sumerent panem propositum post gratiarum actionem, existimare se corpus ipsius sumere; & calicem loco sanguinis ducere: circa quæ passio contigit in communem omnium salutem, & remissionem peccatorum ipsorum. Nam quæ in his versatur fides, simul rerum verè gestarum confessionem habet, simul participationem remissionis, ac veniæ indulget credentibus.

τὴν μετουσίαν τῆς ἀφέσεως χαρίζεται τοῖς πιστεύουσιν.

SCHOL. Pro ἐντέυξει, lego ἐν τάξει.

25. Amen dico vobis, quia jã
„ non bibã de genimine vitis us-
„ que in diem illum, cũ illud bi-
„ bam novum in regno Dei.
26. Et hymno dicto exierunt
„ in montem olivarum.

„ Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἔτι οὐ μὴ
„ πίω ἐκ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου,
„ ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω
„ καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.
Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος
„ τῶν ἐλαιῶν.

EIVSDEM. *Non bibam de genimine vitis* &c. Resurrecturus enim erat, & sic cibum potumque cũ Discipulis sumpturus; ut majorem ipsis & certiorem resurrectionis faceret fidem. Regnum verò Dei & Patris vocavit resurrectionem, à qua & ipsi regnum provenit, & reliquis hominibus regni participatio. Illud igitur: *non bibam* &c. usque in diem &c. sermo erat significantis nõ solùm resurrectionem, sed & passionis viciniam. Siquidem ita negabat se habiturum amplius tempus convescendi cum eis. Quamobrem autem circa tempus Paschæ celebravit mysterium? ut undecumque discas & eum Legis veteris fuisse latorem, & quæ in ea præfigurabantur ad hæc referri. Gratias autem agit de passione, ostendens se illam libenter subire; & docens nos, quidquid patimur cum gratiarum actione ferre. *Donec illud bibam novum*, cùm vobis attestantibus resurrectionem meam. vos enim me videbitis redivivum. Quid porrò illud *novum*?

ΑΥΤΟΥ. Οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου· καὶ τὰ ἑξῆς. ἤμελλε γὰρ ἀνίστασθαι, καὶ ἀνιστάμενος ἐσθίειν τε καὶ πίνειν μετὰ τῶν μαθητῶν· ὥστε δὴ μείζονα καὶ ἀληθεστέραν αὐτοῖς τὴν ἀναστάσεως ἐγγενέσθαι τὴν πίστιν. βασιλείαν δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὠνόμασε τὴν ἀνάστασιν, ἀφ' ἧς αὐτῷ ἡ βασιλεία προσεγίγνετο, καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν ἀνθρώπων ἡ ταύτης κοινωνία. Τὸ οὖν, οὐ μὴ πίω αὐτὸ τοῦ λοιποῦ ἕως τότε δεικνῦντος ἦν οὐ τὴν ἀνάστασιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ πάθους τὴν ἐγγύτητα. εἴπερ δὴ οὐκέτι καιρὸν ἕξει τροφῆς αὐτοῖς κοινωνῆσαι καὶ πότου. τί δήποτε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάσχα ἐπετέλει τὸ μυστήριον; ἵνα μάθῃς πάντοθεν καὶ τῆς παλαιᾶς ὄντα νομεθέτην, καὶ τὰ ἐν ἐκείνῃ ὄντα διὰ ταῦτα προσκιαγραφηθέντα. εὐχαριστεῖ δὲ ὑπὲρ τοῦ πάθους, δεικνὺς τὸ ἑκούσιον· καὶ παιδεύων ἡμᾶς ὅπερ πάσχωμεν, εὐχαρίστως φέρειν. ἕως ἂν αὐτὸ πίω καινὸν μεθ' ὑμῶν μαρτυρούντων· ὑμεῖς γὰρ ὄψεσθε ἀναστάντα. τί δέ ἐστι καινόν; τουτέστι ξένον, οὐ σῶμα παθητὸν ἔχων, ἀλλ' ἀθάνατον λοιπὸν καὶ ἄφθαρτον, καὶ μὴ δεόμενον τροφῆς. ὕμνησαν δὲ, ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτὸ τοῦτο ποιῶμεν. τί δήποτε δὲ

τε δὲ εἰς τὸ ὄρος ἐξῆλθεν; δῆλος ἑαυτὸν ποιῶν πρὸ τοῦ συλληφθῆναι, ἵνα μὴ δόξῃ κρύπτεσθαι. ἔσπευδε γὰρ ἐπὶ τὸν τόπον ἐλθεῖν, ἔνθα εἰώθει, καὶ προδότης ἠπίστατο.

hoc est, peregrinum & inusitatum. non habens corpus quod pati jam possit: sed immortale deinceps & incorruptibile. Hymnum inde dixerunt: ut & nos idem agamus. Cur verò in montem exijt? exhibens se ut caperetur, ne videretur quæsisse latebras. Festinavit enim in locum ire sibi solitum, & Proditori notum.

„ Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι
„ πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν
„ τῇ νυκτὶ ταύτῃ, ὅτι γέγραπται, Πα-
„ τάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθή-
„ σεται τὰ πρόβατα.
„ Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με, προά-
„ ξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

27. Et ait eis Iesus, Omnes
„ scandalizabimini in me in no- Zach. 13. 7.
„ cte ista: quia scriptum est, Percu-
„ tiam pastorem, & dispergentur
„ oves.
28. Sed postquam resurrexero,
„ præcedam vos in Galilæam.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐσκανδαλίσθησαν, ὡς εἰκὸς, ὁρῶντες τὸν τοσαῦτα θεοπρεπῆ τεράστια μόνῳ τῷ βούλεσθαι πεποιηκότα, συσχεθέντα, ῥαπισθέντα, καὶ τέλος ἐπονειδίστῳ θανάτῳ ἀναιρεθέντα· ἢ τοῦτον λέγει σκανδαλισμὸν τῶν μαθητῶν μᾶλλον, τῷ φυγεῖν καταλελοιπότων αὐτόν. εἰ γὰρ ὡς Θεῷ προσεῖχον, καὶ τὴν περὶ τούτου πίστιν εἶχον ἀκμαῖαν, οὐκ ἂν ἔφυγον. ᾔδεσαν γὰρ ὅτι λυτρώσασθαι δύναται τῶν κινδύνων αὐτοὺς, οὐ μὴν φυγῇ τὴν Σωτηρίαν ζητεῖν.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ἵνα μὴ δόξῃ κατηγορία τις χαλεπὴ εἶναι, λέγει καὶ προφητείαν. ὁμοῦ μὲν πείθων αὐτοὺς προσέχειν τοῖς γεγραμμένοις· ὁμοῦ δὲ καὶ δηλονότι καὶ πρὸ τούτου αὐτὸς αὐτοὺς συνεῖχεν, οὐ μὴν ἀφῆκεν αὐτοὺς πάλιν μέχρι τῶν σκυθρωπῶν εἶναι· ἀλλὰ προάξω φησιν ὑμᾶς, καὶ τὰ ἑξῆς, ἵνα τοῦ φόβου, τῶν Ἰουδαίων ἀπαλλαγέντες πιστεύσωσι τῷ λεγομένῳ.

ANONYMI. Scandalizati sũt, non sine causa: videntes eum, qui uno voluntatis nutu mira tã multa, & Deum ipsum probantia, esset operatus, comprehensum, colaphizatum, ad extremum probrosa morte sublatum. Aut potiùs scandalum vocat, fugam Discipulorum ipsum deserentium. Si enim ipsi ut Deo adhæsissent, & fidem in ipsum vivam ac vigentem habuissent, non utique fugissent. Scirent enim eum posse liberare à periculis ipsos; nec opus esse fuga salutem quærere.

VICTORIS ANT. Ne videretur acris hæc quædam eorum accusatio, profert & Prophetiam; simul suadens, ut scriptis adverterent animum: simul demonstrans se eos hactenus sustinuisse ne laberentur. Non permittit porrò illos tristi cogitatione in profundã abripi mœstitiam; sed excitat oblata spe; dicens: *Præcedam vos* &c. ut metu Iudæorum excusso crederent à se dictis.

„ Ὁ Πέτρος ἔφη αὐτῷ, καὶ εἰ δὲ
„ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοι, ἀλλ'
„ οὐκ ἐγώ.

29. Petrus autem ait illi, Etsi
„ omnes scandalizati fuerint: sed
„ non ego.

30. Et ait illi Iesus, Amen dico
„ tibi, quia tu hodie in nocte hac,
„ priusquam gallus vocē bis de-
„ derit, ter me es negaturus.

31. At ille amplius loquebatur,
„ Etsi oportuerit me simul com-
„ mori tecū, non te negabo. Simi-
„ liter autem & omnes dicebant.

„ Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ιησοῦς, ἀμὴν
„ λέγω σοι, ὅτι σὺ σήμερον ἐν τῇ νυκτὶ
„ ταύτῃ, πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆ-
„ σαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με.

„ Ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον,
„ ἐὰν με δέῃ συναποθανεῖν σοι, οὐ μή
„ σε ἀπαρνήσομαι. ὡσαύτως δὲ καὶ πάν-
„ τες ἔλεγον.

TOLOSANI. Et priusquam biberent egerunt gratias, & postquam biberunt; ut & nos idem faciamus; & sēper in memoria præsentem habeamus eum, qui nos pascit, Deum. Simul ut ostendat mortem, quam nostra causa tulit, illi fuisse voluntariam & gratam ultròque appetitam. Et eo ipso docet nos similiter facere; promptè, inquam & libenter mori pro amicis & cognatis. Exit autem in mōtem Olivarum, ut solum eum ibi comprehenderent Iudæi; nec tumultus fieret in populo. præbereturque maleficis ansa nocendi: & ne videretur ipsis capi velut seditiosus, & qui mala Iudæis machinatus esset. Ait porrò Apostolis: Scandalizabimini in me; & Prophetam Zachariam adducit testem dicentem, dispersum iri gregem percusso pastore. Excitat autem Discipulorum animos ac spes illis verbis: Præcedam vos in Galilæā, hoc est præveniam ad condictum, ut ibi vos expectem. Et Petro dicit: ~~Priusquam~~ gallus cantet bis, ter me negabis. Illa verba: *Percutiam pastorem*, Patris æterni sunt, significantia permissurum eum, ut Christus cęderetur. Apostolos propter simplicitatem malitiæ expertem, oves appellat.

VICTORIS ANT. Etsi Prophetæ recitatum oraculum erat:

ΤΟΛΩΣ. Καὶ πρὸ τοῦ πιεῖν ηὐχαρίστησαν καὶ μετὰ τὸ πιεῖν· ἵνα καὶ ἡμεῖς τοῦτο ποιῶμεν, καὶ ἀεὶ ἐπὶ μνημῆς ἔχωμεν τὸν τρέφοντα ἡμᾶς Θεόν· καὶ ἵνα δείξῃ, ὡς ὁ ὑπὲρ ἡμῶν θάνατος βουλητός ἐστιν αὐτῷ· ἐκ δὴ τούτων διδάσκει ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν, καὶ προθύμως φιλῶν καὶ συγγενῶν προαποθανεῖν. ἐξέρχεται δὲ καὶ εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. ἵνα καταμόνας ὑπάρχοντα κατάσχωσιν αὐτόν. καὶ ὅπως μὴ γένηται θόρυβος ἐν τῷ λαῷ, καὶ ἀφορμὴ τοῖς βουλομένοις κακουργεῖν. Καὶ ἵνα μὴ δόξῃ αὐτοῖς ὡς στασιαστὴς καὶ κακὰ βουλευσάμενος κατὰ τῶν Ιουδαίων· φησὶ δὲ καὶ πρὸς τοὺς Αποστόλους· ὅτι σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί. Καὶ τὸν προφήτην Ζαχαρίαν παρεισάγει μάρτυρα λέγοντα· ὅτι διασκορπισθήσονται. διεγείρει δὲ πάλιν τοὺς μαθητὰς λέγων πρὸς αὐτοὺς· ὅτι· προάξω ἡμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἤτοι προλάβω. Καὶ τῷ Πέτρῳ φησὶ πρὶν ἢ ἀλέκτορα δὶς φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. τὸ δὲ πατάξω τὸν ποιμένα· ὁ Πατὴρ λέγει· παρεχώρησε γὰρ παταχθῆναι· τοὺς δὲ ἀποστόλους, ὡς ἀκάκους, πρόβατα ὠνόμασεν.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τοῦ προφήτου εἰπόντος, τοῦ Χριστοῦ βεβαιώσαντος τὸν λόγον, ὁ πέτρος, φησὶν, οὐχὶ διὰ τοῦτο ἀφίησι· παιδεύων ἐντεῦθεν, πάντα πείθεσθαι τῷ Χριστῷ, καὶ τῆς οἰκείας συνειδήσεως πιστοτέραν ἡγεῖσθαι τὴν ἀπόφασιν τὴν αὐτοῦ. δέον γὰρ δεηθῆναι καὶ εἰπεῖν, βοήθησον ἡμῖν ὥστε μὴ ἀποσχισθῆναι. ἀλλ' ἑαυτῷ θαρρεῖ. τοῦτο

τοίνυν

τοίνυν καταστεῖλαι βουλόμενος ὁ Χριστὸς, ἐχώρησε τὴν ἀρνησιν. ὅσον δὲ ὁ Χριστὸς ἀπηγόρευσε, τοσοῦτον ἐναντιοῦτο ὁ Πέτρος ἐκ περισσοῦ. πόθεν δὲ αὐτῷ τοῦτο συνέβη; ἀπὸ πολλῆς ἀγάπης. ἐπειδὴ γὰρ ἀπηλλάγη τῆς ἀγωνίας ἐκείνης τῆς κατὰ τὴν προδοσίαν, καὶ δῆλος ἦν ὁ προδότης, θαρρῶν ἔλεγε ταῦτα. ἠρέμα δέ πως καὶ φιλοτιμίας τὸ πρᾶγμα. ὅρα γοῦν μετὰ τὸ πτῶμα πῶς κατεσταλμένος ἐστί. πρὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ τὸ πᾶν ἑαυτῷ ἀνατίθησι· μετὰ δὲ ταῦτα τοὐναντίον ἅπαν. τί ἡμῖν προσέχετε ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν; ἐντεῦθεν δὲ μανθάνομεν δόγμα μέγα· ὡς οὐκ ἀρκεῖ προθυμία ἀνθρώπου, ἂν μὴ τῆς ἄνωθεν ἀπολαύῃ ῥοπῆς. καὶ πάλιν οὐδὲν κερδανοῦμεν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, προθυμίας οὐκ οὔσης.

idque Christus eventurum confirmaverat, Petrus tamen, inquit, non desistit. Inde nos docens, Christo per omnia credere; & propria conscientia certiorem putare ipsius affirmationem. oportuerat enim potiùs orare & dicere: adiuva nos, ne à te abscindamur. Ille autem in se confidit. quam ut præfidentiam cõprimeret, permisit Christus negationem. Quantò autem magis asseverabat Christus, tantò plus Petrus adversabatur, supervacanea confidentia. unde autem hoc ei contigit? ex præfervido amore. Defunctus enim anxietate qua ad proditionis per unum è Discipulis futuræ mentionem æstuaverat; cùm jam sciretur quis esset proditor, abundãte per hanc securitatem confidentia hæc dixit. Suberat & quidpiam taciti tumoris, atque jactantiæ. Vide ergo post lapsum ut magnos illos spiritus contraxerit. Sanè antequam caderet, successus sibi adscribebat. postea, minimè. id docet illa ejus vox: *Quid nos intuemini quasi nostra virtute, aut pietate fecerimus hunc ambulare?* Hinc discimus magni momenti sententiam: nec promptam hominis voluntatem sine superno impulsu sufficere: nec rursus prodesse quidquam supernum impulsum, si prompta voluntas abfuerit. Act. 3. 12

„ Καὶ ἔρχονται εἰς χωρίον, οὗ τὸ ὄνομα Γεθσημανῆ. καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καθίσατε ὧδε ἕως προσεύξωμαι.

„ Καὶ παραλαμβάνει τὸν Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.

ΑΥΤΟΥ. Εθος ἦν αὐτῷ χωρὶς αὐτῶν προσεύχεσθαι· τοῦτο δὲ ἐποίει παιδεύων αὐτοὺς καὶ ἡμᾶς, ἐν τῇ εὐχαῖς ἡσυχίαν κατασκευάζειν ἑαυτοῖς. τίνος δὲ ἕνεκεν μὴ πάντας παραλαμβάνει, ἀλλὰ τοὺς τῆς δόξης αὐτοῦ θεωροὺς γενομένους; ἵνα μὴ καταπέσωσιν. ἀλλ' ὅμως καὶ τούτους ἀφίησι καὶ μικρὸν προσελθὼν καὶ εὐξάμενος.

32. Et veniunt in prædium, cui „ nomen Gethsemani. Et ait Di„ scipulis suis, Sedete hic donec „ orem.

33. Et assumit Petrum & Ia„ cobum & Ioannem secum: & „ cœpit pavere, & tædere.

EIVSDEM. Mos ipsi erat seorsum ab illis orare. Id autem faciebat, docens ipsos & nos, sedulò providere ne nostra in oratione quies ullo tumultu turbetur. quare autem non omnes assumit, sed eos dumtaxat qui suę gloriæ spectatores fuerant? ne qui non essent prẹmuniti visione glorię, ejus agonia

nia dejicerentur. Sed & hos dimittit, paulùm ultra eos procedens, & sic orans.

34. Et ait illis, Tristis est anima
„ mea usque ad mortem: sustinete hic & vigilate.

35. Et cùm processisset paulu-
„ lum, procidit super terram: &
„ orabat, ut si fieri posset, transi-
„ ret ab eo hora.

36. Et dixit, Abba, Pater, om-
„ nia tibi possibilia sunt: transfer
„ calicem hunc à me: sed nõ quod
„ ego volo, sed quod tu.

37. E venit, & invenit eos dor-
„ mientes. Et ait Petro, Simon
„ dormis? non potuisti vna hora
„ vigilare.

38. Vigilate, & orate, ut non
„ intretis in tentationem. Spiritus
„ quidem promptus est, caro ve-
„ rò infirma.

39. Et iterum abiens, oravit
„ eundem sermonem dicens.

40. Et reversus denuò invenit
„ eos dormientes. erant enim o-
„ culi eorum gravati, & ignora-
„ bant quid responderent ei,

41. Et venit tertiò, & ait illis,
„ Dormite jam & requiescite.
„ Sufficit; venit hora: ecce Filius
„ hominis tradetur in manus pec-
„ catorum.

42. Surgite; eamus: ecce, qui
„ me tradet propè est.

„ Καὶ λέγει αὐτοῖς, περίλυπός ἐστιν
„ ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. μείνατε ὧδε
„ καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ.

„ Καὶ προελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν
„ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ προσηύχετο ἵνα, εἰ
„ δυνατόν ἐστι, παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ
„ ὥρα.

„ Καὶ ἔλεγεν, ἀββᾶ ὁ πατὴρ πάν-
„ τα δυνατά σοι· παρένεγκε τὸ πο-
„ τήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο, ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ
„ θέλω, ἀλλὰ τί σύ.

„ Καὶ ἔρχεται, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς
„ καθεύδοντας, καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ,
„ Σίμων καθεύδεις; οὐκ ἴσχυσας μίαν
„ ὥραν γρηγορῆσαι;

„ Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε,
„ ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. τὸ
„ μὲν πνεῦμα προθυμον, ἡ δὲ σὰρξ
„ ἀσθενής.

„ Καὶ πάλιν ἀπελθὼν προσηύξατο
„ τὸν λόγον αὐτὸν εἰπών.

„ Καὶ ὑποστρέψας εὗρεν αὐτοὺς
„ πάλιν καθεύδοντας. ἦσαν γὰρ οἱ
„ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι· καὶ
„ οὐκ ἤδεισαν τί αὐτῷ ἀποκριθῶσι.

„ Καὶ ἔρχεται ὁ τρίτον, καὶ λέ-
„ γει αὐτοῖς, καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ
„ ἀναπαύεσθε. ἀπέχει· ἦλθεν ἡ ὥρα·
„ ἰδοὺ, παραδίδοται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώ-
„ που εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν.

„ Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ ὁ παρα-
„ διδούς με ἤγγικε.

AMBROSII. Vt homo timuit, ut homo turbatus est: non turbata est virtus, non turbata est divinitas. propria anima turbatur; humanæ infirmitatis natura turbatur. quia enim animam nostram assumpsit, ideò etiam animæ nostræ susceptit affectiones. non enim quà Deus fuit, potuit turbari. *Tristis est anima mea usque ad mor-*

ΑΜΒΡΟΣΙΟΥ. Ὡς ἄνθρωπος ἐδει-
λίασεν, ὡς ἄνθρωπος ἐταράχθη· οὐκ
ἐταράχθη ἡ δύναμις, οὐκ ἐταράχθη
ἡ θεότης· τῇ οἰκείᾳ ψυχῇ ταράττεται,
τῇ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας φύσει τα-
ράττεται. ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν
προσείληφε, διὰ τοῦτο καὶ τὰ πάθη
τῆς ἡμετέρας ψυχῆς κατεδέξατο. ὃ γὰρ
καθ' ὁ Θεὸς ὑπῆρχεν, ἀδυνάτου τα-
ραχθῆναι. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου
φησιν

φησιν ἕως θανάτου. οὐ διὰ τὸν θάνατον περίλυπός ἐστιν ὁ Κύριος· ἀλλ' ἵνα τῇ σωματικῇ διαθέσει κεκληρωμένος πιστούμενος, γνωρίζῃ κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπον ἑαυτὸν γεγενημένος, ὡς οὐχ ἡμαρτημένου πάθους ὑπάρχοντος τῆς δειλίας. ἀναγκαῖσον γὰρ ἦν τὸν ἅπαξ σῶμα νοερῶς ἐμψυχώμενος καταδεξάμενος, καὶ πάντα ἐκ τοῦ σώματος πάθη τὰ ἐκτὸς ἁμαρτίας ὑπὲρ ἡμῶν καταδέξασθαι, ἵνα καὶ πεινήσῃ, καὶ διψήσῃ, καὶ ἀδημονήσῃ, καὶ λυπηθῇ. τούτοις γὰρ ἡ θεότης οὐ συνδιατίθεσθαι πέφυκεν. οὔτε μὴν ἀλλοιοῦσθαι γινώσκει τὸ σύνολον.

ΑΥΓΟΥΣΤΙΝΟΥ. Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν λέγει, Πάτερ, εἰ δυνατὸν παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον, γνωρίζων ὅτι ὥσπερ τὴν σάρκα προσείληφεν, οὕτω καὶ τὴν τῆς σαρκὸς ἑκουσίως κατεδέξατο λύπην. οὐ γὰρ ἐκεῖνο λέγομεν ὅπερ οἱ αἱρετικοὶ νομίζουσι, τουτέστιν; ὅτι περίλυπος οὐ γέγονεν ὁ Κύριος ἡμῶν. εἰ γὰρ τοῦτο λέξωμεν, τί λοιπὸν εἴπωμεν πρὸς αὐτὸν διὰ τοῦ εὐαγγελίου φάσκοντα. ὅτι περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου; εἰ γὰρ ἐνταῦθα τοῦτο λέγωμεν, ἀνάγκη λοιπὸν καὶ ὅταν ἀκούωμεν ὅτι Ἰησοῦς ἐκάθευδε, λέγειν ὅτι οὐκ ἐκάθευδε, καὶ οὕτως ἕκαστον τῶν γεγραμμένων ὁμοίως ἀρνεῖσθαι καὶ ἀθετεῖν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οταν λέγει, Πάτερ εἰ δυνατὸν παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο. πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γένηται ἀλλὰ τὸ σόν. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. δύο θελήματα ἐνταῦθα δείκνυσι· τὸ μὲν ἀνθρώπινον, ὅ ἐστι σαρκὸς, τὸ δὲ θεϊκόν. τὸ γὰρ ἀνθρώπινον διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς παραιτεῖται τὸ πάθος· τὸ δὲ θεϊκὸν αὐτοῦ πρόθυμον.

ΝΑΖΙΑΝΖΗΣ. Πάτερ, εἰ δυνατὸν παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον

tem: non propter mortem tristis est Dominus; sed ut corporalem affectionem creditus assumpsisse, verè hominem factum se esse ostẽdat: formidans, innocenter tamen, metu peccati omnis experte. Necesse enim erat eum qui semel corpus intellectualiter animatum assumpserat; etiam pro nobis omnes corporis, præter peccatum, suscipere passiones; ut etiam esuriret, & sitiret, & angeretur, & doleret. Non enim has capit passiones natura deitatis; quippe quæ nec novit omninò mutari.

SCHOL. Hæc non ad verbum exscripsit ex Ambrosio Græcus Anonymus; sed ex varijs locis libera paraphrasi sic collegit. Leguntur his similia lib. 2. de Fide, & lib. vij. in Lucam. Idem dicendum de sequenti χρήσει S. Augustini: quam uno simul loco reperire non potui.

AVGVSTINI. Christus Deus noster ait: *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste.* Significans sese, ut carnem suscepit, ita etiam volũtariè carnis suscepisse mœstitiam. nõ enim illud dicimus quod Hęretici existimant; hoc est: tristem nõ fuisse Dominum nostrum; id enim si dixerimus, quid deinde dicemus ad eum per Evãgelium ajentem: *Tristis est anima mea usque ad mortem?* Si enim hic illud dicamus, necesse deinde fuerit, ut cùm audierimus dormivisse Iesum, affirmemus, non dormivisse: similique modo unumquodque eorum quæ scripta sunt, negemus ac reprobemus.

ATHANASII. Quando dicit: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.*

Duas

Duas voluntates hic ostendit: alteram quidem humanam, quæ est carnis: alteram divinam. nam humana propter infirmitatem carnis deprecatur passionem. Divina verò prompta erat.

NAZIANZENI. *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. verumtamen non ut ego volo*: sed tua prævaleat voluntas. Sic intelligendum illud: *si fieri potest*. non enim dici congruè potest, aut ignorasse illum; aut suam paternæ opposuisse voluntatem.

EPIPHANII. Non fictio, sed veritas est illud; *Non mea voluntas*. ut ostendat carnis hypostasin veram; & convincat dicentes non habuisse ipsum mētem humanam.

CHRYSOSTOMI. Si Patris & Filij voluntas una est, quomodo hic dicit: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu?* Nam si de divinitate dictum illud sit, contradictio quædam est: & multa ex hoc sequuntur absurda: si autem de carne, rationem habent quæ dicta sunt, nec dant reprehensionis ansam. non enim, nolle mori, damnabilis in carne affectus est, quippe natura inditus. Ipse autem omnia quæ naturæ sunt, præter peccatum in se ostendit: idque multis & abundantibus signis, ut ora Hęreticorum obstruat. Quando ergo dicit: *si fieri potest, transeat à me calix iste*; &, *non vt ego volo, sed vt tu*. nihil aliud significat, nisi se indutum esse carne mortem metuente.

CYRILLI. Cùm mortem timere videtur Salvator, dicens: *si fieri potest, transeat à me calix iste*. considera rursum meticulosā carnem sustentatam verbo Dei, edo-

τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τὸ σὸν ἰσχυέτω θέλημα· οὕτω γὰρ εἰ δυνατὸν· εἰ μὴ τοῦτο ἀγνοεῖν ἐκεῖνον εἰκός, ἢ τῷ θελήματι ἀντεισφέρειν τὸ θέλημα.

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ. Οὐκ εἰρωνείᾳ, ἀλλ' ἀληθείᾳ τὸ, μὴ τὸ θέλημα ἐμόν. ἵνα δείξῃ σαρκὸς ὑπόστασιν ἀληθινὴν, καὶ ἵνα ἐλέγξῃ τοὺς λέγοντας, νοῦν μὴ ἐσχηκέναι αὐτὸν ἀνθρώπινον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ πατρὸς καὶ υἱοῦ μία βούλησίς ἐστι, πῶς φησιν ἐνταῦθα, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ; ἂν μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς θεότητος τὸ εἰρημένον ᾖ, τοῦτο ἐναντιολογία τις γένηται, καὶ πολλὰ ἄτοπα ἐκτούτου τίκτεται. ἐὰν δὲ ἐπὶ τῆς σαρκὸς, ἔχει λόγον τὰ εἰρημένα, καὶ οὐδὲν γένοιτ' ἂν ἔγκλημα. οὐ γὰρ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν, τῆς σαρκὸς κατάγνωσις. φύσεως γάρ ἐστι, τοῦτο. αὐτὸς δὲ τὰ τῆς φύσεως ἅπαντα, χωρὶς ἁμαρτίας, ἐπιδείκνυται, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας, ὥστε τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐμφράξαι στόματα· ὅταν οὖν λέγει, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, καὶ οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ, οὐδὲν ἕτερος δείκνυσιν, ἀλλ' ἢ ὅτι σάρκα ἀληθῶς προσβέβληται φοβουμένην τὸν θάνατον.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οταν φαίνηται δειλιῶν τὸν θάνατον ὁ Σωτὴρ καὶ λέγων, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, ἐννόει πάλιν ὅτι δειλιῶσα ἡ σάρξ ἐδιδάσκετο φορουμένη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λόγου μηκέτι τοῦτο πάσχειν. ἔλεγε δὲ πρὸς τὸν πατέρα, οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. οὐκ ἐφοβεῖτο μὲν γὰρ καθὸ Λόγος ἐστὶ καὶ Θεὸς τὸν θάνατον αὐτὸς, ἀλλ' εἰς τέλος διεξάγειν τὴν οἰκονομίαν ἠπήγετο· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, εἶχε δὲ καὶ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν διὰ τὸ παραιτεῖσθαι τὴν σάρκα τὸν θάνατον φυσικῶς.

ΑΝΩ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Προσηύχετο ἵνα εἰ δυνατὸν, παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα. εἰ δυνατὸν, τουτέστιν. ἐπειδὴ δυνατόν ἐστι πέρα παρελθέτω ὁ κίνδυνος τῆς ὥρας τοῦ πάθους. γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. Οὐκ ἔστιν, ὦ φίλη κεφαλὴ, μηχανὴν εὑρεῖν δι' ἧς ἄν τις γένοιτο συμφορῶν ἐλεύθερος· ἀλλὰ θαττῶν ἄν τις ἐν μεγίστῳ κλύδωνι κυβερνητοῦ καὶ οἰάκων χωρὶς διασωθείη, ἢ ὦ κλύδωνα τοῦ βίου τούτου διαφύγοι πειρασμῷ μὴ περιπεσών. εἰ γὰρ πειρατηρίον ἐστὶν ὁ βίος ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς, πῶς ἐστιν ἐν τῷ πειρατηρίῳ ὄντα μὴ πειράζεσθαι; ὃ γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένων, γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν, μηνύει ὃ μὴ καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ πειρασμοῦ καὶ ἡττηθῆναι. τὸ γὰρ περιγενέσθαι καὶ χρήσιμον καὶ εὐκλεές. ὃ δὲ μὴ εἰπεῖν ἐμπεσεῖν, ἀλλ' εἰσελθεῖν, ὃ μὴ καταποντισθῆναι ἠνίξατο. εἰ γὰρ τοῦθ' ὅπερ οἱ πολλοὶ νομίζουσιν ἔφη ὁ Σωτὴρ, τὸ μηδαμῶς πειρασμῷ περιπεσεῖν, οὐκ ἔχει λόγον, καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μάλιστα ἠυδοκιμηκότων ἀνδρῶν πολλοῖς καὶ μεγίστοις περιπεπτωκότων. ἀλλὰ τὸ μὲν μὴ περιπεσεῖν ἴσως ἀδύνατον. τὸ δὲ μὴ ἡττηθῆναι, δυνατόν. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀμαθίᾳ βεβαπτισμένοι πρὸς τὰς συμφορὰς ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπεραμυθήτους. οἱ δὲ λογισμῷ σώφρονι κυβερνώμενοι ἀπωθοῦνται ταύτας, οὐ τὸ γενναίως ἐνεγκεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφάνους ὀνειροπολεῖν. καὶ ἔρχεται τὸ τρίτον, καὶ λέγει αὐτοῖς, καθεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε. ἀπέχει· ἦλθεν ἡ ὥρα. ἀπέχει, τουτέστι, πεπλήρωται, τέλος ἔχει τὸ κατ' ἐμέ.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Οὐδὲ λυπουμένῳ συλλυπηθῆναι ἴσχυσαν, ἀλλ' ἐκράτησεν ὁ ὕπνος. ὁ δὲ ἐκτενῶς εὔχεται, ἵνα μὴ δόξῃ ὑπόκρισις τὸ πρᾶγμα. οὐδὲ γὰρ ὡς ἀλλότριον ἀποτίθεται

ctam fuisse, ut non amplius id pateretur; ait autem ad Patrem: *non ut ego volo, sed vt tu.* Neque enim quà verbum erat ac Deus mortem ipse timebat: sed ad finem perducere dispensationem festinabat. Ea enim erat voluntas Patris. Habuit autem illam aversionem à morte, ex carne assumpta naturaliter mori recusante.

ANONYMI. *Orabat, ut si fieri posset transiret ab eo hora, si fieri posset*: hoc est: quandoquidem fieri potest, ulterius transeat periculum horæ passionis. *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Non est, o carum caput, invenire machinam qua quis fieri possit à calamitatibus liber; sed facilius quispiam in maxima procella sine gubernatore ac clavo servabitur, quã hujus vitæ procellam effugiat sine occursu tentationis. *Tentatio est vita hominis super terram.* Quomodo fieri potest, ut positus in tentatione, non tentetur? Quod enim à Salvatore dictum est, *vigilate & orate ne intretis in tentationem*, non significat impetrari posse, ut simus tentationis expertes; sed ne absorbeamur à tentatione & vincamur. Nam ab ea superiorem exire cùm utile, tum gloriosum est. unde quod non ait: *orate ne incidatis*; sed, *ne intretis* &c. innuit peti, non ne experiamur tentationem; sed ne ab ea, vel in ea demergamur, & salutis faciamus naufragium. Sanè si, quod multi putant, illud Christi dictum: *orate ne intretis* &c. significaret orandum, ne omninò incideremus in tentationem, esset illa irrationabilis petitio: utique cùm Prophetæ, & Apostoli, & laudatissimi quique homines in mul-

tas & maximas inciderint tentationes. verùm ut homo non incidat in tentationem ne vitari quidē fortè potest, ne ab ea superetur facere potest. At plerique hominum inscitia demersi, despondent in calamitatibus animos, & consolationem non admittunt: qui verò sobrię rationis gubernaculo utuntur, repellunt ipsas, & forte illis pectus objiciunt, non generosè ferentes solùm; sed coronarum etiā præsumpta jam tum spe, lætantes. *Et venit tertiò & dicit ipsis, dormite jam & requiescite, sufficit. venit hora.* Illud, *sufficit*; significat; impletum est, finem habet quod ad me attinet.

VICTORIS ANT. Nec dolēti condolere valuerunt; sed vicit eos somnus. Ille autem diu & contentè orat: ne videretur simulatio tota res. Neque enim ut alienum deponit corpus, sed ut proprium, propterea orat. Eo igitur quod ait: *si fieri potest transeat* &c. ostendit Humanitatem. quod addit: *verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* ostendit generosam virtutem, & imperantem affectibus animum; exemplumque dat sequendi Deum quantumvis aliorsū trahente natura. Sanè non verbis solùm, sed rebus ac factis opus erat, ut fides fieret Christum & hominem fuisse, & mortem subijsse. Ait autem Petro: *sic non potuisti una hora vigilare.* Omnes dormierant, unum Petrum increpat. innuens ipsi quæ priùs dixerat. sicut & in his quæ sequuntur idem innuitur. *vigilate* enim ait, *& orate.* ne videlicet, sicut prædixerat, dispergamini. Sed cur sic Domine contristaris & angeris? quoniam cùm sciam

τὸ σῶμα, ἀλλ' ὡς ἴδιον. διὰ τοῦτο καὶ ἡ εὐχή. τῷ μὲν οὖν εἰπεῖν, εἰ δυνατὸν παρελθέτω, εἴδειξε τὸ ἀνθρώπινον. τῷ δὲ εἰπεῖν, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σὺ, τὸ ἐναρέτον καὶ ἐμφιλόσοφον. ὅτι καὶ τῆς φύσεως ἑλκούσης, ἕπεσθαι δεῖ τῷ Θεῷ. εἰ γὰρ οὐ μόνον ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ πραγμάτων ἔδει, ἵνα πιστευθῇ ὅτι καὶ ἄνθρωπος γέγονε καὶ ἀπέθανε. λέγει δὲ τῷ Πέτρῳ, οὕτως οὐκ ἴσχυσας μίαν ὥραν γρηγορῆσαι; ἅπαντες ἐκαθεύδησαν καὶ τῷ Πέτρῳ ἐπετίμα, αἰνιττόμενος αὐτῷ ὑπὲρ ὧν ἐφθέγξατο. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δὲ τοῦτο αἰνίττεται· γρηγορεῖτε γάρ φησι καὶ προσεύχεσθε· ὅτι καθὼς ἔλεγεν, σκορπισθήσεσθε. Ἀλλ' ἵνα τί κύριε οὕτω λελύπησαι καὶ ἀδημονεῖς; ὅτι τὰ μὲν ἐκ τοῦ πάθους ἀγαθὰ τῷ κόσμῳ συμβησόμενα ἐπίσταμαι. λυπεῖ δέ με ὁ πρωτότοκος Ἰσραὴλ ὅτι οὐδὲ ἐν δούλοις ἐστίν· Ἱκετηρίαν ἐποίησα ἵνα ἔλθωσι καὶ εἰς τὸν Θεὸν ἀναβλέψωσι, πάντα χοῦ τὸ αὐθάδες αὐτῶν ἐκκόπτων, καὶ ἐναγωνίους ποιῶν. εἶτα ἵνα μὴ σφόδρα δόξῃ ἐπιπλήττειν, φησὶ, τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. εἰ γὰρ καὶ βούλει φησὶν ἀλλ' οὐ πρότερον εἰ μὴ ὁ Θεὸς ὀρέξει χεῖρα. καθέλκει γὰρ ἡ σὰρξ. καὶ πάλιν ἤυξατο τὸ αὐτὸ, οὐχὶ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὃ σὺ, δεικνὺς ἐνταῦθα ὅτι σφόδρα συνᾴδει τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. τὸ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον τὸ αὐτὸ λέγειν ἀληθείας μάλιστά ἐστιν ἐν τῇ γραφαῖς ἔνδεικτον. ὥσπερ καὶ Ἰωσὴφ ἔλεγεν ὅτι ἐκ δευτέρου σοι ἐφάνη τὸ ἐνύπνιον. διατί δὲ πάλιν ἐπανέρχεται; ὥστε ἰδεῖν αὐτοὺς καὶ ἐλέγξαι. οὐ μὴν ἤλεγξεν, ἀλλὰ διέστη μικρὸν καὶ δείκνυσι τὴν ἄφατον αὐτῶν ἀσθένειαν, ὅτι οὐδὲ ἐπιτιμηθέντες ἠδύναντο καρτερῆσαι. καὶ ἐγείρεσθέ φησιν ἄγωμεν ἐντεῦθεν· ἰδοὺ ὁ παραδιδούς με ἤγγικεν· καὶ διὰ πάντων αὐτοὺς ἐπαίδευεν ὅτι οὐκ ἀνάγκης τὸ πρᾶγμα ἦν, ἀλλ' οἰκονομίας τινὸς ἀπορρήτου. καὶ γὰρ προῄδει ἥξοντα· καὶ

οὐ μόνον

ὁ μοῦ ἐστι ἔφυγε; ἀλλὰ ἐ ἀμόσε χωρῶ.

quanta ex mea passione bona proventura mundo sint, cariturum his Israelem doleo, ex primogenito servum factum. Oravi ut venirent, & Deum respicerent, ubique omni conatu arrogantiam eorũ frangens, & ad certandum fortiter eos cõparans. Deinde ne nimis vehemens objurgatio videretur, ait: *spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*. Etsi enim velis, inquit, at non priùs quàm Deus manũ porrexerit. trahit quippè deorsum caro. Deinde iterat orationem eandem: *non quod ego volo, sed quod tu*. ostendens hoc ipso quam valde consentiat voluntati Dei. Quod iterum & tertiò idem repetit habet præterea emphasim, iuxta usũ Scripturarum, certioris veritatis, Sic Ioseph Pharaoni dicit: *Quod autem secũdò vidisti ad eamdem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est*. Cur verò rursus redit? ut videat ipsos & arguat. non tamen arguit, ostendens miserari se incredibilem eorum infirmitatem, ob quam ne increpiti quidem potuerant stare in vigilia, Et *Surgite*, ait, *eamus hinc: ecce qui me tradit propè est*. Per hæc omnia ipsos docet, non necessitatis rem hanc esse, sed dispensationis cujusdam arcanæ. Etenim prævidit venturum proditorem; & non solùm non fugit: sed & in occursum ejus ultrò processit. Gen. 41. 32.

ΤΟΛΩΣ. Παραλαμβάνει τρεῖς μόνους τῶν μαθητῶν τοὺς γεγονότας ἐν τῷ ἴρει τῷ Θαβὼρ τῆς δόξης αὐτοῦ θεατὰς, ἐ καταμόνας οὔχεται, τύπον ἡμῖν διδοὺς τοῦ πρόσω τῆς σφοδρίας. Διατί δὲ τοὺς θεατὰς τῆς δόξης αὐτοῦ τῆς ἐν τῷ Θαβὼρ παραλαμβάνει ἐ ἄχ ἑτέρους; ἵνα δείξῃ τοῖς τιμῶ δόξαν αὐτῶν πεθεαμμένοις ἐ τὰ σωτήρια. ἐ ὅτι ἀληθῶς ἄνθρωπος ἦν· ὡς ἅμα λυπούμενον καὶ ἀδημονῶν καὶ φοβούμενον παραπλησίως ἡμῖν. Τῷ μὲ γὰρ εἰπεῖν ὅτι παρελθέτω ὃ ποτήριον. ἔδειξε ὃ ἄνθρώπινον· τῷ ὃ εἰπεῖν· οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω ἀλλ' ὡς σύ· σωφρονεῖν διδάσκει ἡμᾶς τιμῶ φύσιν καὶ ζητεῖν τὰ τοῦ Θεοῦ. Διατί ὃ μὴ τιμῶ δεύτερον ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς καὶ εὑρὼν καθεύδοντας τοὺς τρεῖς, μόνῳ τῷ Πέτρῳ ὀπτιμᾷ; διότι μόνος ἐθεράπευσε λέγων· κἂν δέῃ με θανεῖν σοὶ ὁμοθανεῖν ἢ μή σε ἀπαρνήσομαι. Καὶ μονονοὺ λέγει πρὸς αὐτόν· σὺ γὰρ ὁ ταῦτα λέγων καὶ τηλικαῦτα, ἐ θανατοθήσεσθαι ὑποχόμενος, πῶς οὐκ ἠδυνήθης μίαν ὥραν ἀγρυπνῆσαι μετ' ἐμοῦ; γρηγορεῖτε γὰρ καὶ προσεύχεσθε· λέγει πρὸς αὐτοὺς· ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν, καὶ ἀρνήσησθέμε. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ λέγει. τὸ μὲ Πνεῦμα πρόθυμον· τὸ δὲ Σὰρξ ἀσθενής· ὥστε χρεία ἐστὶ δὲ ὑμεῖς, φησὶν, ὁ ἐ Πέτρος ὑπέσχετο. Καὶ τὸ Πνεῦμα ὑμῶν εἰς τοῦτο πρόθυμόν ἐστιν· ἀλλ' ἡ σὰρξ ἀσθενής. παῦλα εἰπὼν ἀνεχώρησε πρὸς τὸ εὔξασθαι. Καὶ πάλιν ἐλθὼν ἐ εὑρὼν αὐτοὺς καθεύδοντας. ἦσαν γὰρ αἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι. ὑπνῶσι σφοδροῖς ὥσπερ πεπόηρον· πολὺν γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀσθενής ἐστιν· ὥστε μηδὲ πρὸς ὕπνον ἀντισχεῖν δύνασθαι· ἐ πάλιν ἀναχωρήσας τρίτῳ καὶ ἐλθὼν πρὸς αὐτοὺς καὶ καθεύδοντας εὑρὼν, ὀπτιμᾷ μὲ ὃ δ' ὅλως· καίπερ ἔδει ὀπτιμῆσαι αὐτοῖς ὡς μὴ

TOLOSANI. Assumit tres solos Discipulorum, qui testes ejus gloriæ in Monte Thabor fuerãt; & solus orat: formam nobis exhibens modi orandi. Cur autem oculatos gloriæ suæ testes assumit, non alios? ut molestorum faceret participes eosdem, quibus læta mon-

ſtraverat: & intelligerent qui ſupra humanum modum eum fulgere viderant, eſſe ipſum tamen hominem verum, quippè qui doleret, angeretur, timeret quemadmodum nos. Iam dicendo quidem *tranſeat calix*, oſtendit infirmitatē humanam: addendo verò: *nō quod ego volo, ſed quod tu*, docet nos contemnere naturam, & ſequi quę Dei ſunt. Quid ita verò poſt orationem ad Diſcipulos profectus, inventis dormientibus pariter tribus, unum tamen Petrum increpat? Propterea quod ſolus magnificè ſe jactaverat dicens: Etiamſi oportuerit me ſimul commori tibi non te negabo. Et tantùm non dicit ipſi: Tu ergo talia tam magnifica locutus, & mihi commoriturum te gloriosè pollicitus, quomodo ne unam quidem horam mecum vigilare potuiſti? Vigilate igitur & orate, ait ipſis, ne intretis in tentationem & negetis. Et hoc eſt quod dicit: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Promiſiſtis enim & vos, ait, quod Petrus promiſerat: & Spiritus veſter in hoc promptus eſt; ſed caro infirma. His dictis receſſit ad orandum. Et cùm rurſus veniſſet & inveniſſet dormientes: erant enim oculi eorum gravati, non increpat vehementer ut priùs, miſeratione imbecillitatis humanæ, quæ ne ſomno quidem reſiſtere valeat. Rurſum tertiò cùm & receſſiſſet & redijſſet, & ſopitos reperiſſet; increpat ſanè longè tamen infra meritum culpæ, inde gravioris factæ, quod prioribus admonitionibus non fuerat correcta: Ait ergo permiſſione quadam ironica: *Dormite jam & requieſcite; ecce hoſtis venit*. Addit, *ſurgite, eamus*. quod non eſt hortantis ad fugam; ſed educentis in occurſum hoſtium. Niſi, quod puto verius, ſuadere voluit, ut res hujus mundi animo ac mente fugerent; & ad futuram ſe vitam præpararent. Sequitur, *triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*. Triſtitiæ hujus cauſa non fuit calix quem bibiturus erat; ſed luctus ob exitium Iudæorum ex ejus crucifixione ſecuturum.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Γέγονε περίλυπος ἕως θανάτου, οὐχ ὅτι ἔμελλεν ἀποθανεῖν· ᾔδει γὰρ τὰ συμβησόμενα τῷ κόσμῳ ἀγαθὰ εἰ ἀποθάνῃ ὑπὲρ αὐτοῦ. ἀλλ' ὅτι ὁ Πρωτοτόκος υἱός, ἤτοι ὁ Ἰσραὴλ, ἔσχατος ἐγεγόνει διὰ τὴν ἀπιστίαν.

ORIGENIS. Factus eſt triſtis uſque ad mortem, non quod eſſet moriturus, ſciebat enim quātum bonorum redundaturum eſſet in mundum ex ejus morte pro nobis obita: ſed quod Primogenitum, Iſraelem videlicet, videret in locum ultimum ſubmovendum propter incredulitatem.

43. Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iſcariotes unus de

„ Καὶ εὐθέως ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος „ παραγίνεται Ἰούδας εἷς ὢν τῶν δώδε-

„ κα,

„ κα, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς
„ μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, παρὰ τῶν
„ ἀρχιερέων καὶ τῶν γραμματέων καὶ
„ τῶν πρεσβυτέρων.

„ Δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν,
„ σύσσημον αὐτοῖς, λέγων, ὃν ἂν φι-
„ λήσω αὐτός ἐστι. κρατήσατε αὐτὸν καὶ
„ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς.

„ Καὶ ἐλθὼν, εὐθέως προσελθὼν
„ αὐτῷ λέγει, χαῖρε ῥαββί. καὶ κατε-
„ φίλησεν αὐτόν.

„ Οἱ δὲ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς
„ χεῖρας αὐτῶν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν.

„ duodecim, & cum eo turba mul-
„ ta cum gladijs & lignis, à sum-
„ mis Sacerdotibus & Scribis &
„ Senioribus.

44. Dederat autē traditor ejus
„ signum eis, dicens, Quemcum-
„ que osculatus fuero, ipse est: te-
„ nete eum, & ducite cautè.

45. Et cùm venisset, statim ac-
„ cedens ad eum ait, Rabbi. &
„ osculatus est eum.

46. At illi manus injecerunt in
„ eum: & tenuerunt eum.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Τὸ, εἷς τῶν δώδεκα, καὶ ἑξῆς, πρὸς τὴν ἔνδειξιν καὶ διαβόλου τῆς κατὰ τοῦ προδόντος φαυλότητος. ὁ γὰρ ἐν ἴσῳ τοῖς ἀποστόλοις τετιμημένος, τοῖς φονεῦσι τοῦ Χριστοῦ γέγονε πρόφασις. δέδωκε γὰρ αὐτοῖς σημεῖον, λέγων, ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστιν. ἐπέλαθε δὲ παντελῶς τῆς δόξης Χριστοῦ. ᾠήθη τάχα που διανοηθεὶς, ὡς φίλημα προτείνας εἰς τύπον ἀγάπης, λαθεῖν δυνήσεται. προετίθει δὲ ὁ χαῖρε τῷ παγιδευθέντι πρὸς θάνατον δι' αὐτοῦ. ὁ δὲ Κύριος φιλοῦντα μὲν οὐκ ἀπεστράφη· ἔδειξε δὲ αὐτῷ ὅτι οὐ τρόπῳ φιλίας παρεγένετο, ἀλλὰ χαρὶν ἀσεβείας. προέδωκέ τε ἑαυτὸν ἑκών. καὶ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας καὶ ἐκράτησαν, πάντων τὴν νύκτα καθ' ἣν ὁ πάσχα ἔφαγον. οὕτως ἔζεον καὶ ἐμαίνοντο. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἂν ἴσχυσαν, εἰ μὴ αὐτὸς συνεχώρησεν. οὐ μὴν τοῦτο ἀπαλλάττει τὸν Ἰούδαν τῆς ἀφορήτου κολάσεως, ἀλλὰ καὶ μειζόνως αὐτὸν καταδικάζει, ὅτι καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τοσαύτην λαβὼν ἀπόδειξιν καὶ τῆς ἐπιεικείας καὶ τῆς ἡμερότητος, θηρίου παντὸς χαλεπώτερος γέγονεν.

VICTORIS ANT. Illud: *unus de duodecim* &c. Indicationem habet exquisitæ cujusdam Diaboli astutię, qua potuerit in tantū proditionis nefariæ scelus perducere hominem pari cum Apostolis honore dignatum: & efficere ut interfectoribus Christi ejus occidendi facultatem præberet; *Dedit enim eis signum dicens: quemcumque osculatus fuero, ipse est*. Oblitus autem prorsus gloriæ Christi, putavit fortè se, si osculum offerret in signum amicitiæ, latere posse. Præposuit autem salutationem, *Aue*, ei cui laqueum nectebat mortis. At Dominus offerentem quidem osculū non est aversatus, ostendit autem ipsi, nequaquam eum amicitię officio accedere: sed odio impio instinctum. & tradidit se ipsum volens: injeceruntque in ipsum manus, & tenuerunt eum, eadem nocte qua pascha comederant, adeò ardebant & furebant. Tamen nihil possent nisi ipse permitteret. neque hoc tamen extenuat Iudæ culpam, aut eum gravissima pœna liberat: sed majorem in modum ipsum condemnat: quoniam tam evidenti experimento capto potentiæ Christi benignitatisque ac mansuetudinis, quavis fera immanior in ipsum fuit.

47. Vnus

47. Vnus autẽ quidã de circũ-
„ ſtantibus educens gladiũ, percuſ-
„ ſit ſervum ſummi Sacerdotis: &
„ amputavit illi auriculam.

48. Et reſpondens Ieſus, ait
„ illis, Tamquam ad latronẽ exi-
„ ſtis cum gladijs & lignis com-
„ prehendere me.

49. Quotidie eram apud vos
„ in Templo docens, & non me
„ tenuiſtis. Sed ut impleantur
„ Scripturæ,

„ Εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων σπα-
„ σάμενος τ μάχαιραν, ἔπαισε τὸν
„ δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἀφεῖλεν
„ αὐτοῦ τὸ ὠτάριον.

„ Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ιησοῦς, εἶπεν
„ αὐτοῖς, ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε
„ μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλα-
„ βεῖν με.

„ Καθ' ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς
„ ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκ-
„ ρατήσατέ με. ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν
„ αἱ γραφαί.

TOLOSANI · Quod ait: *unus è duodecim*, magnam habet emphaſim vęcordiæ proditoris; ſi enim primis Diſcipulorum annumeratus, & tot beneficijs affectus, talia ſit auſus, quomodo non omnium longè peſſimus hominum fuit; & omnium odio digniſſimus? ſed ſtultus & ſenſus expers erat; quare & latere conabatur oſculans Dominum oſculo doloſo. unus autẽ Diſcipulorum, cujus nomen de induſtria Marcus omiſit, ne laudare videretur Magiſtrum ſuum, Is enim fuit Petrus, auriculam abſcidit ſervo Pontificis, ſignificans Iudæos ſurdos ad Scripturas eſſe. Videns autem Salvator irruentes in ſe, ait ipſis, tamquam ad latronem exiſtis, quotidie docebam in Templo, & non tenuiſtis me. quo indicabat, nõdum tunc fuiſſe tempus paſſionis ſuæ. nam quando voluit, tunc ſe ipsũ tradidit, ut implerentur Scripturæ: *tamquam ovis ad occiſionem ductus eſt*.

ΤΟΛΩΣ. Τὸ εἷς τῶν δώδεκα· με-
γίστην ἀπόδειξιν τῆς τοῦ προδότου φανλό-
τητος· εἰ γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις τῶν μα-
θητῶν τεταγμένος ὑπῆρχεν, καὶ
πλείστων ἀγαθῶν ἀπολελαυκώς, τοιαῦ-
τα τετόλμηκε, πῶς οὐκ ἂν εἴη ἀνθρώπων
ἁπάντων χείριστος· καὶ ὑπὸ πάντων δι-
καίως μισούμενος; ἀλλ' ἠλίθιος ἦν καὶ
ἀναίσθητος. διὸ καὶ λαθεῖν ἐπεφέρετο φι-
λήσας † Κύριον φίλημα δόλιον. εἷς
δὲ τις τῶν μαθητῶν, οὗ ἕνεκα ὄνομα ἔκρυ-
ψεν ὁ Μάρκος, ἵνα μὴ δόξῃ
ἐπαινεῖν τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ, Πέτρος
γὰρ ἦν οὗτος, τὸ ὠτάριον ἀφεῖλε τοῦ δού-
λου τοῦ ἀρχιερέως. καλῶς δὲ τὸ ὠτάριον
αὐτοῦ ἀφεῖλε, σημαίνων τὴν Ιουδαίων
ἀμελοῦσαν τῶν γραφῶν. ἰδὼν δὲ ὁ Σω-
τὴρ ἐρχομένους ἐπ' αὐτὸν εἶπε πρὸς αὐ-
τούς· ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε; καθ'
ἡμέραν γὰρ ἐδίδασκον ἐν τῷ ἱερῷ καὶ
οὐκ ἐκρατήσατέ με· τοῦτο δὲ ἦν σημεῖον
τοῦ μὴ εἶναι καιρὸν τοῦ πάθους. Καὶ γὰρ
ὅτε ἠθέλησε τότε ἑαυτὸν παρέδωκεν· ἵνα
πληρωθῶσιν αἱ γραφαί· ὅτι ὡς πρόβατον
ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη.

50. Tunc Diſcipuli ejus relin-
„ quentes eum, omnes fugerunt.

„ Καὶ ἀφέντες αὐτὸν πάντες ἔφυ-
„ γον.

EIVSDEM. Beati Diſcipuli divini amoris puncti ſtimulo gla-

ΑΥΤΟΥ. Οἱ μακάριοι μαθηταὶ τῷ
τ φιλοθείας νυττόμενοι κέντρῳ μαχαί-

ρας

Digitized by Google

ρας ἐπανατείνουσιν ἀποσοβοῦντες τὴν ἔφοδον· οὐκ ἐᾷ δὲ τοῦτο γενέσθαι ὁ Χριστός. οὐ γάρτοι μαχαίρᾳ ἡμᾶς κεχρῆσθαι βούλεται, ἐννοίᾳ δὲ μᾶλλον καὶ συνέσει χρωμένους ἀποσείεσθαι γενικῶς τοὺς ἐναντίους. ἴασε δὲ θεοπρεπῶς ὑπομείναντα τὴν πληγήν, ὡς ἑτέρος φησιν Εὐαγγελιστὴς, τοῖς ἀφιγμένοις εἰς ὃ συλλαβεῖν αὐτὸν θεοπρεπὲς καὶ τοῦτο διδοὺς σημεῖον. ὅτι δὲ τὴν αὐτοῦ χεῖρα καὶ θέλησιν πλεονεκτήσειεν οὐδείς, διαδείκνυσι λέγων, καθ' ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκοντα οὐκ ἐκρατήσατε. ἐταμιευόμην γὰρ μᾶλλον ὃ χρῆναι παθεῖν καιρῷ τῷ καθήκοντι· καὶ οὗτός ἐστιν ὁ παρὼν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. δεικνὺς ὅτι οὐ τῆς αὐτῶν ἰσχύος ἦν ὃ κρατῆσαι. διατί γὰρ μὴ ἐν τῷ ἱερῷ αὐτὸν ἐκράτησαν; ὅτι ἐφοβοῦντο τὸν ὄχλον. διὸ καὶ ἔξω ἐξῆλθε καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ διδοὺς αὐτοῖς ἄδειαν. καὶ ἀφέντες αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἔφυγον. οὐ γὰρ ἐνῆν ψεύσασθαι τὴν ἀλήθειαν, ἢ τοὺς προφήτας διαμαρτεῖν.

dios expediunt repellentes vim. non sinit autem Christus id fieri. non enim gladio nos uti vult, sed ratione potiùs ac prudentia ad repellendos fortiter adversarios. Curavit autem divina vi eũ qui plagam acceperat, ut alius ait Evangelista; ijs qui venerant ad comprehendendum, hoc signum dans idoneum suæ divinitatis. Porrò neminem fuisse contra manũ ejus, ac voluntatem prævaliturum, ostẽdit dicens: De die in Templo docentem non comprehendistis. Differebam enim ego, & reservabam passionem meam in tempus opportunum, quod nunc advenit; ut impleantur Scripturæ. significans non fuisse in ipsorum potestate capere ipsum. quare autem in Templo non sunt conati eum comprehendere? quoniam timebant populum. Propterea extra illum locum, & illam populi præsentiam ultrò egressus est, dans ipsis facultatem & securitatem agendi quod vellent. *Et relinquentes eum Discipuli, fugerunt*. Non enim fieri poterat ut mentiretur veritas, & Prophetæ errassent.

„ Καὶ εἷς τις νεανίσκος ἠκολούθησεν
„ αὐτῷ περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ
„ γυμνοῦ. καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεα-
„ νίσκοι.

„ Ὁ δὲ καταλιπὼν τὴν σινδόνα, γυμ-
„ νὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν.

51. Adolescens autem quidam
„ sequebatur eum amictus sindo-
„ ne super nudo: & tenuerunt
„ eum.

52. At ille rejecta sindone, nu-
„ dus profugit ab eis.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἆρα Ἰωάννης ἦν; ἐπειδὴ μέμνηται αὐτὸς ὁ Ἰωάννης σὺν τῷ Πέτρῳ καὶ αὐτὸν παραγενόμενον ἐν τοῖς τοῦ ἀρχιερέως. ἀλλ' εἰ ἦν ὁ Ἰωάννης, οὐκ ἦν αὐτὸν εἰκὸς σινδόνι μόνῃ περιβεβλῆσθαι καὶ εἶναι τὰ ἄλλα γυμνόν. οὐ γὰρ ἦν τοῦτο τῆς σεμνότητος τοῦ τοσούτου Ἰωάννου. ἀλλ' ὅτε ἐνταῦθα κεῖται, ὅτι ἀποδυσάμενος τοῖς συνέχουσιν αὐτὸς τὴν σινδόνα, ἔφυγεν· ὁδέγε

ANONYMI. An hic Ioannes erat? nam & ipse Ioannes memorat se fuisse cum Petro in ædibus Principis Sacerdotum: sed si Ioannes esset, non erat verisimile ipsum sola involutum sindone, cætera nudum fuisse. non enim id convenit ei gravitati, quam Ioannis tam laudati persona requirit. Sed cùm hic scriptum legamus de hoc, quicumque

cumque fuit, fugisse illum nudum relicta prensantibus sindone: & Ioannes de se testetur, sese secutum esse & in domum introisse Pontificis, alium fuisse qui hoc fecerit intelligendum est: quempiam videlicet è populo, qui comprehensus, tamquam esset ex comitatu Domini, jactura sindonis se proripuerit.

Ιωάννης, ὡς ἔφησεν αὐτὸς, καὶ ἠκολούθησε, καὶ εἰς τοῦ οἶκον εἰσῆλθε τοῦ ἀρχιερέως. ὥστε ἄλλον τινὰ ὑπονοητέον τοῦτο πράξαντα, ἕνα τῶν ἐκ τοῦ δήμου ὃς συσχεθεὶς ὥς τις ὢν τῶν τοῦ Κυρίου, ἀφεὶς τὴν σινδόνα ἔφυγε.

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Ισως ἀπὸ τῆς οἰκίας ἐκείνης, ἐν ᾗ τὸ πάσχα ἔφαγον, ἠκολούθησε, καὶ οὐδὲν ξένον.

VICTORIS ANTIOCH. Fortè hic è domo illa ubi Pascha comederant secutus fuerat: in quo nihil nimis insolitum est.

53. Et adduxerunt Iesum ad „ summum Sacerdotem: & con„ venerunt omnes Sacerdotes & „ Scribæ & Seniores.

54. Petrus autem à longè se„ cutus est eum usq; intrò in atriũ „ summi Sacerdotis: & sedebat cũ „ ministris ad ignem, & calefa„ ciebat se.

„ Καὶ ἀπήγαγον τοῦ Ιησοῦν πρὸς „ τὸν ἀρχιερέα. καὶ συνέρχονται αὐτῷ „ πάντες οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσ„ βύτεροι, καὶ οἱ γραμματεῖς.

„ Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν „ ἠκολούθησεν αὐτῷ ἕως ἔσω εἰς τὴν „ αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἦν συν„ καθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, „ καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς.

TOLOSANI. Fugerunt Discipuli sicut dixerat Dominus & tantò ante Prophetæ. unus autem quidam adolescens sequebatur ipsum indutus sindone super nudo. Ajunt quidam Iacobum hunc esse Fratrem Domini: hic enim cognominatus est Iustus, quod uno amiculo usus tota vita fuerit. Alij verò ajunt non Iacobum, sed Marcum Evangelistã hunc fuisse, quapropter & nomen suum ipse tacuerit. Fieri quoque potest aliũ quempiam fuisse ex ea domo, in qua Pascha comederant. Cæterùm hic quicumq; tandem sequutus Christum, comprehensusque à Iudæis fugit, fugientes deserto eo Discipulos ipsos ejus videns. At Petrus sequebatur fervẽtior adhuc cæteris verumq; ac ex intimo profectũ erga Magistrum amorem ostendens.

ΤΟΛΩΣ. Εφυγον οἱ μαθηταὶ καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος καὶ πρὸ πολλοῦ οἱ προφῆται· εἷς δέ τις νεανίσκος ἠκολούθησεν αὐτῷ περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ. φασὶ δέ τινες Ιάκωβον εἶναι τοῦτον τοῦ Κυρίου ἀδελφόν· οὗτος γὰρ μετεκλήθη δίκαιος διὰ τὸ ἑνὶ περιβολαίῳ κεχρῆσθαι παρ' ὅλον τοῦ βίου αὐτοῦ. ἕτεροι δὲ λέγουσι μὴ τὸν Ιάκωβον ἀλλὰ τὸν παρόντα Εὐαγγελιστὴν· διὸ καὶ τὸ ὄνομα ἑκὼν ἐσιώπησεν. ἐνεδέχετο δὲ καὶ ἕτερον εἶναι ἐκ τῆς οἰκίας ἐν ᾗ τὸ πάσχα ἔφαγον· οὗτος τοίνυν ἀκολουθήσας τῷ Χριστῷ, καὶ συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν Ιουδαίων, ἔφυγε φεύγοντας ὁρῶν τοὺς μαθητὰς καὶ αὐτὸν μόνον καταλιπόντας· ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει, θερμότερος τῶν ἄλλων ὑπάρχων, καὶ διάθεσιν ἐκ ψυχῆς πρὸς τοῦ διδάσκαλον ἐνδεικνύμενος.

SCHO-

SCHOLIVM.

Hic enim cognominatus eſt Iuſtus, conſequentius diceret: *hic enim cognominatus eſt ſindonites*? Et fortaſſe ita reſcribendum eſt. vide Hieronymum in vita Iacobi τῦ ἀδελφοθέου. cæterum ſi nihil mutamus, eſt etiam in uſu ſimplicis ſindonis fundamentum cognominis, Iuſti: vel quod profeſsionem pollicetur purioris ac ſanctioris vitæ, quæ juſtitiæ nomine præſertim Hebræis dicitur: vel quod color fuci expers veritatem juſtitiæ germanam deſignat. unde cana fides epitheton invenit. Vel quod illa ὠτίλεια & ἀλυσιτέλεια, quam veſtitus ſimplicitas præfert, magnum indicium habet aliena non concupiſcentis. nam luxuriæ plerumque avaritia miniſtrat.

„ Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ Συνέ-
„ δριον ἐζήτουν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ μαρτυ-
„ ρίαν, εἰς τὸ θανατῶσαι αὐτόν, καὶ οὐχ
„ ηὕρισκον.

„ Πολλοὶ γὰρ ἐψευδομαρτύρουν
„ κατ' αὐτοῦ, καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι
„ οὐκ ἦσαν.

„ Καί τινες ἀναστάντες ἐψευδομαρ-
„ τύρουν κατ' αὐτοῦ, λέγοντες,

„ Ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέ-
„ γοντος, ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν
„ ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ
„ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποί-
„ ητον οἰκοδομήσω.

„ Καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυ-
„ ρία αὐτῶν.

„ Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ
„ μέσον, ἐπηρώτησε τὸν Ἰησοῦν, λέ-
„ γων, οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; τί οὗτός σου
„ καταμαρτυροῦσιν;

„ Ὁ δὲ ἐσιώπα, καὶ οὐδὲν ἀπεκρί-
„ νατο.

55. Summi verò Sacerdotes &
„ omne conciliũ quærebãt adver-
„ ſus Ieſum teſtimonium, ut eum
„ morti traderent, nec inveniebãt.

56. Multi enim teſtimoniũ fal-
„ ſum dicebant adverſus eũ: & cõ-
„ venientia teſtimonia non erant.

57. Et quidam ſurgentes, fal-
„ ſum teſtimonium ferebant ad-
„ verſus eum, dicentes,

58. Quoniam nos audivimus
„ eum dicentem, Ego diſſolvam
„ Templum hoc manufactum, &
„ poſt triduum aliud non manu
„ factum ædificabo.

59. Et non erat conveniens te-
„ ſtimonium illorum.

60. Et exurgens ſummùs Sa-
„ cerdos in medium, interrogavit
„ Ieſum, dicens, Non reſpondes
„ quicquam ad ea, quæ tibi obji-
„ ciuntur ab his?

91. Ille autem tacebat, & nihil
„ reſpondit.

ΤΟΛΩΣ. Ἀπήγαγον τὸν † Κύριον πρὸς Ἄνναν· ἔνθα πάντες συνηγμένοι ἐτύγχανον· ὅπως ὃ μέλλουσι ποιεῖν μετὰ γνώμης τοῦ Ἀρχιερέως γένηται. ἐκεῖνος γὰρ ἦν τότε Ἀρχιερεύς. Συνῆλθοσαν οὖν πάντες καὶ ἐρωτῶσιν οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ σοφιστικῶς· καὶ ἐζήτουν κατ' αὐτοῦ μαρτυρίαν πρὸς τὸ θανατῶσαι αὐτόν, καὶ οὐχ ηὕρισκον. τῶν δὲ μαρτύρων οἱ μὲν παντελῶς ψευδῆ ἔλεγον· οἱ δὲ δοκοῦντες τι λέγειν, ἐσχηματισμένως ἔλεγον· καὶ πρὸς τὴν ἔννοιαν

TOLOS. Abduxerunt Dominum ad Annam ubi omnes congregati erant, ut quod facturi erant de ſententia Principis Sacerdotum fieret; talis enim tunc Annas erat. Conveniunt igitur omnes, & interrogant non ſimpliciter, ſed ſophiſticè; & quærebant contra ipsũ teſtimoniũ ad eum morte mulctãdum, nec inveniebant. Teſtium porrò alij quidem omninò falſa

dicebant: alij visi dicere aliquid, artificiosè loquebantur, & alias à vulgò notis subjiciebāt verbis notiones. Non enim dixit Dominus: *Ego dissolvam Templum hoc manu factum*, ac ne simpliciter quidem, *solvam Templum hoc*; sed, *solvite Templum hoc*. neque de illo Templo loquebatur, de quo jam sermo erat. Atque hi quidem ita interrogabant fraudulenter & mendaciter; Dominus autem tacebat, sciens ipsos non audituros. non enim studebant invenire veritatem, sed ipsum morti addicere.

τῶν λελεγμένων. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον· οὐδὲ πάλιν λύσω τὸν ναόν· ἀλλὰ, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον· οὐδὲ περὶ ἐκείνου τοῦ ναοῦ εἶπε περὶ οὗ ὁ λόγος. Καὶ ὡς μὲν οὕτως ἠρώτων πεπλανημένα καὶ ψευδῆ. ὁ δὲ Κύριος ἐσκόπα· εἰδὼς ὡς οὐ προσέξουσιν αὐτῷ. οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς ἡ σπουδὴ τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν.

„ Rursum summus Sacerdos „ interrogabat eum: & dixit ei, Tu „ es Christus Filius Dei benedicti?

62. Iesus autem dixit illi, Ego „ sum, & videbitis Filium homi- „ nis sedentem à detris virtutis, „ & venientem in nubibus Cœ- „ li.

63. Summus autem Sacerdos „ scindens vestimēta sua, ait, Quid „ adhuc desideramus testes?

64. Audistis blasphemiā. quid „ vobis videtur? Qui omnes con- „ demnaverunt eū esse reū mortis.

„ Πάλιν ὁ ἀρχιερεὺς ἐπηρώτα αὐ- „ τὸν, καὶ λέγει αὐτῷ, σὺ εἶ ὁ Χριστὸς „ ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ;

„ Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, ἐγώ εἰμι. „ καὶ ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου „ καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνά- „ μεως, καὶ ἐρχόμενον μετὰ τῶν νε- „ φελῶν τοῦ οὐρανοῦ.

„ Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς διαῤῥήξας τοὺς „ χιτῶνας αὐτοῦ, λέγει, τί ἔτι χρείαν „ ἔχομεν μαρτύρων.

„ Ἠκούσατε τῆς βλασμημίας. τί ὑμῖν „ φαίνεται; ὡς δὲ πάντες κατέκριναν „ αὐτὸν ἔνοχον εἶναι τοῦ θανάτου.

ANONYMI. *Et non erat conveniens testimonium eorum*. Fortè enim alij aderant, rem ut verè se habuerat, & verba ejus uti protulerat referentes. *Ait autem summus Sacerdos; Tu es Christus Filius Dei benedicti?* Et unde hoc norat summus Sacerdos? Puto, ex Scriptura dicente: *Filius meus es tu: Ego hodie genui te*. Et iterum: *Et ego Primogenitum ponam eum*, &: *Quis similis erit Domino in filijs Dei?*

Psal. 2. 7. 88. 7. 28.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυτία αὐτῶν· ἦσαν γὰρ ἴσως ἄλλοι τὸ ἀληθὲς, καὶ ὡς αὐτὸς εἶπε, μεμαρτυρηκότες. λέγει δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ. Καὶ πόθεν ἄρα τοῦτο ᾔδει ὁ ἀρχιερεύς; οἶμαι ἐκ τῆς γραφῆς τῆς λεγούσης, υἱός μου εἶ σύ ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε: καὶ πάλιν, κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτὸν καὶ τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ;

VICTORIS ANT. Multus hic fervor Petri. neque fugientes videns fugit; sed perstat & ingreditur. Aderat & Ioannes; quippe no-

ΒΙΚΤΩΡΟΣ ΑΝΤΙΟΧ. Πολλὴ θερμότης τοῦ Πέτρου· οὐδὲ φεύγοντας ἰδὼν ἔφυγεν· ἀλλ' ἔστη καὶ εἰσῆλθεν. ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης, ἐπειδὴ γνώριμος ἦν.

ἦν. καὶ διατί ἀπήγαγον αὐτὸν ἐκεῖ, ὅπου ἦσαν ἅπαντες συνηγμένοι; ἵνα μετὰ γνώμης πάντα ποιῶσι τῶν ἀρχιερέων. ἐκείνου γὰρ ἦν τότε ἀρχιερεύς. συνήχθησαν οὖν ἅπαντες καὶ συνέδριον ἦν λοιμῶν· καὶ ἐρωτῶσιν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ βουλόμενοι σχῆμα περιθεῖναι τῇ ἐπιβουλῇ ταύτῃ δικαστηρίου. οὐδὲ γὰρ ἦσαν ἴσαι αἱ μαρτυρίαι φησίν. οὕτω πεπλανημένων τὸ δικαστήριον ἦν, καὶ θορύβου πάντα ἔγεμε καὶ ταραχῆς. ἐλθόντες δὲ ψευδομάρτυρες ἔλεγον ὅτι οὗτος εἶπεν ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω. κατὰ τῆς προσθήκης τοῦ χειροποιήτου ηὔξασαν τὴν συκοφαντίαν· οὐ γὰρ εἶπε, λύσω, ἀλλὰ, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον· καὶ οὐδὲ περὶ ἐκείνου, ἀλλὰ περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἰδίου. τί οὖν ὁ ἀρχιερεύς; βουλόμενος εἰς ἀπολογίαν καταστῆσαι ἵνα ἐξ αὐτῆς αὐτὸν ἕλῃ, φησὶν, οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; τί οὖν οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; ὁ δὲ ἐσκώτα. ἀνόνητα γὰρ ἦν τὰ τῆς ἀπολογίας οὐδενὸς ἀκούοντος. καὶ γὰρ σχῆμα τοῦ δικαστηρίου ἦν μόνον. ὃ καὶ ἔδειξε κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ Λουκᾶ, εἰπὼν πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας εἶ σὺ ὁ Χριστὸς; εἰπὲ ἡμῖν, ἐὰν ὑμῖν εἴπω οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐὰν δὲ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτε. πάλιν δὲ ὁ ἀρχιερεὺς ἐπηρώτα αὐτὸν εἰ αὐτὸς ἦν ὁ Χριστός; καὶ ἐπειδὴ Χριστοὶ ἐκαλοῦντο οἵτε ἱερεῖς καὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς, προστίθησι κατὰ ἐξαίρετον, ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ, ἵνα εἴπῃ τοῦ Θεοῦ. ἐπ' ἐλέγχῳ δὲ αὐτοῦ ἡ ἀπόκρισις, ὅτι ἐγώ εἰμι. οὐ γὰρ ὡς δυνάμενος πιστεῦσαι. καὶ γὰρ εἶπε κατὰ Λουκᾶν ὅτι οὐ μὴ πιστεύσητε. ἀλλ' ἵνα μηδὲ τοῦτο ὑπολείπῃ τι ὅτι οὐ σαφῶς ἤκουσαν δηλοῦντος ἑαυτὸν ὄντα Χριστόν. καὶ ὁ μὲν Μάρκος ἀντίκρυς λέγει. Τὸ δὲ ἔστιν ἐλέγχοντος ὅτι οὐ παντελῶς διαλέληθεν αὐτοὺς τὸ πρᾶγμα, διὰ τὴν ἐκ τῶν σημείων ἐπίγνωσιν. πόθεν γὰρ τὸ λέγειν τοῦτον μόνον Χριστὸν, ὅπερ ἐφ' ἑτέ-

tus Pontifici. Quare autem abduxerunt Iesum eò ubi erant omnes congregati? ut ex sententia Principum Sacerdotum cuncta facerēt. Ille autem erat tunc summus Sacerdos. congregati ergo erant omnes & consessus erat pestilentium. Et interrogant non simpliciter, sed speciem studentes obtendere plausibilem insidioso huic judicio. neque enim erant, inquit, conveniētia testimonia. Adeo errantium hoc Tribunal erat: & tumultu ac perturbatione plena erant omnia. *Accedentes autem falsi testes dicebāt: Hic dixit: destruam Templum hoc manu factum, & tribus diebus aliud non manu factum ædificabo.* Additione vocis *non manu factum*, cumulabant imposturam. non enim dixit, destruam; sed, destruite Tēplum hoc. neque de Templo lapideo dixit; sed de proprio corpore. Quid ergo Pontifex? volens elicere ex ipso defensionem sui, ut ex ea raperet aliquid calumnię, ait: *Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat.* Inutilis erat defensio, nemine audiente. nam species solùm erat iudicij. Quod & Christus ostendit juxta narrationem Lucæ, respondens ad interrogantes se: *Si tu es Christus, dic nobis? Si vobis dixero non credetis: si autem interrogavero, non respondebitis.* Rursus autem summus Sacerdos interrogat ipsum, an ipse sit Christus? & quoniam Christi vocabantur Sacerdotes & Prophetæ, adjungit ad discrimen: *filius benedicti*: hoc est Dei. Ad convictionem verò ejus responsum redditur: *Ego sum.* non quod illos sic perduci ad credendū posse crederet: ait enim secundum

Lucam, *non credetis*. ſed ne quidquam omitteret, aut ipſis excuſationem relinqueret, quaſi non clarè audiſſent affirmantem ſe Chriſtum eſſe, Et Marcus quidem planè ac palàm affirmat. Porrò ex hoc convincitur, non planè latuiſſe ipſos divinitatem Chriſti, cujus notitiam hauſerant ex ſignis ab eo factis. unde enim veniſſet ipſis in mentem hunc ſolum Chriſtum appellare, quo nomine alios non vocaſſent? Subjungit autem mentionem judicij, minaciter denuncians, viſuros eos ſe in cæleſti gloria apparentem. Illud autem, *à dextris virtutis*, gloriam indicat è Cœlo apparituram; non figuram corpoream, non enim videtur qui omninò eſt inviſibilis, ut & ſeſſio à dextris corporaliter ſpectanda dicatur. Sed eum in maxima, quę ſub oculi ſenſum cadere poſſit gloria ſpectandum; tali gloria viſibili ad inviſibilem, quam repręſentat, proximè & honoratiſſimè accedente. At cùm hæc audiſſent, non ſibi caverunt; ſed quod dictum fuerat, blaſphemiam eſſe conclamarunt, & non amplius opus eſſe teſtibus. Sic non ad utilitatem fiunt inobedientibus myſteriorum revelationes, ſed ad condemnationem. Profeſſo ergo Chriſto ſeipſum de quo quærebant eſſe, & ſeſſurum à dextris Patris, & venturum rurſus ad judicandum orbem terrarum, quæ ſummam à ſe dictorum concordiã conſtantiamque declarantis erant: Summus Sacerdos ſcidit veſtimenta ſua, & ait; audiſtis quæ dicuntur. quid vobis videtur? non affert domo ſuffragium, ſed ab ipſis petit, ut ſuper confeſſis delictis & manifeſta blaſphemia: & præoccupat auditores dicens: vos enim audiſtis blaſphemiam, tantùm non cogens, & malè confirmans, aut potiùs vi adigens ad ferendam ſententiam condemnationis. Quid igitur illi? *condemnaverunt eum eſſe reum mortis*. ipſi accuſatores, ipſi judices, ipſi ſimul

ρων οὐκ εἰρήκασιν; ὑποφέρει ὅτι ὁ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λέγων, ὅτι ἤκουσε παρ' αὐτοῦ ἐν τῇ ὑψηλῇ δόξῃ φαινόμενον. ὅτι δὲ ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τὴν δόξαν λέγει τὴν ἐξ ὑψηλοῦ φαινομένην. ὑ. σχῆμα σωματικὸν· ὑδὲ γὰρ ὁρᾶται ὁ αὐτὸς ἀόρατος, ἵνα καὶ οὐκ ἐκ δεξιῶν καθέδρα σωματικῶς θεωρεῖσθαι λέγηται· ἀλλὰ τὸ ἐν μεγίστῃ δόξῃ τῇ ὁρατῇ θεωρηθήσεσθαι· ὡς τὸ ὁρατῆς δόξης τῇ ἀοράτῳ ἐκείνῃ ζυναπολουμένης ἐλύπησε καὶ ὠνείδισε. ἀλλ' ὅμως ἀκούσαντες οὐκ ἐφυλάξαντο, ἀλλὰ βλασφημίαν εἶπον εἶ τι λόγου, καὶ μηκέτι ζητεῖσθαι μαρτύρων. ὅπως οὖν εἰς ὠφέλειαν τῶν ἀπηκόων οὐ τῶν μυστηρίων ἀποκαλύψεις, ἀλλ' εἰς κατάκρισιν. εἰπὼν τοίνυν τῷ Χριστὸν εἶναι, καὶ ἐπὶ ἐκ δεξιῶν καθήμενον τοῦ πατρός, καὶ ὅτι ἥξει πάλιν κρινῶν τὸν οἰκουμένην, ὁ πολλοῦ δεῖ συμφωνίαν δηλῶν τοῦ διέρρηξε αὐτοῦ τὰ ἱμάτια ὁ ἀρχιερεύς, καὶ φησιν, ἠκούσατε τῶν λεγομένων· τί ὑμῖν δοκεῖ; οὐ φέρει τὴν ψῆφον οἴκοθεν, ἀλλὰ παρ' ἐκείνων ὡς δεῖ ὁμολογημένων ἁμαρτημάτων βλασφημίας δῆλης, καὶ προλαμβάνει τὰς ἀκροατὰς λέγων, ὑμεῖς γὰρ ἠκούσατε τῆς βλασφημίας, μονονουχὶ καταναγκάζων καὶ βεβαίως κακῶς, μᾶλλον δὲ βιαζόμενος τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν. τί οὖν ἐκεῖνοι; κατέκριναν αὐτὸν ἔνοχον εἶ θανάτου· αὐτοὶ κατήγοροι καὶ δικασταὶ ἐκ πάντα γινόμενοι. πάντας γὰρ ἐπεισάσατο δι' τοῦ ἐξ ἑαυτοῦ χειροτονίσαι. ἐθὸς γὰρ ἦν αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν, ἡνίκα βλασφημίας τινὸς ἤκουσαν ὡς νομίζει.

simul omnia: omnes enim traxit illa disruptione vestis. Mos autem illis erat vestem scindere, cùm audiebant aliquid quod ipsis blasphemia esse videbatur.

SCHOLIVM.

Cùm dicit: apparituram non figuram corpoream, sed gloriam: gloriæ verbo naturam & majestatem Divinam intelligere videtur.

Marci ii. 26. *Sub Abiathar Principe Sacerdotum*. Agit de Davide in ga divertente ad Dei Tabernaculum tunc in Nobe erectum, & pas propositionis, quod alij non adessent, comedente: Historia narratur Reg. cap. xxi. sed ibi summus Sacerdos Achimelech vocatur non Abiar. Cæterùm certum est ibi tum præter Achimelechum fuisse etiam biatharem ejus filium, Vicarium, & mox successorem, qui etiam sas præerat vicaria potestate, quasi summus Sacerdos designatus, & rasque functiones sacras vice Patris senis obiens. unde verè ac recte *eo* id factum dicitur. Pari forma loquendi Lucas ait vers. 2. cap. iii. nnem cepisse prædicare *sub Principibus Sacerdotum Anna & Caipha*. nus Sacerdos Annas erat: ejus Vicarius & successor designatus Caiz: ideo etiam *sub eo* initium prædicationis Ioannis contigit. utpote & ipse Princeps Sacerdotum erat, licèt in gradu secundo. Vide quæ ra dicemus verbo *Pontifex anni illius*.

¶ III. ABOMINATIO DESOLATIONIS.

Marci xiii. 14. *Cùm autem videritis abominationem desolationis stan- ubi non debet*. (*qui legit intelligat*) Matth. xxiv. 15. *Cùm ergo vides abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem loco sancto, qui legit intelligat*. Locus qui citatur Danielis extat Libri s cap. ix. 27. *Et erit in Templo abominatio desolationis & usque ad conmmationem & finem perseverabit desolatio*. Facilè convenit inter Inpretes, tàm Danielis, quàm Evangeliorum, abominationem hoc loIdolum intelligi. vice omnium unum adscribam Severum, qui in rena in Danielem nondum edita quam penes me habeo, sic annotat iistum Danielis locum. βδέλυγμα ἔθος καλῶν τῇ γραφῇ τὰς χειροποιήτους φὰς καὶ τὰ τῶν ἑλλήνων δαιμονίας ἀγάλματα. *Abominationem consue- Scriptura vocare manufactas formas, & Gentilis superstitionis simula-*. è plurimis quæ ad id probandum afferri possent Scripturę locis pasn obvijs unum pono. Ezechiel. vii. 20. *Et ornamentum monilium suom in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum & simurorum fecerunt ex eo*. quem locum sic interpretatur Apollinaris in Cana nostra M.S. τὸν χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ τοὺς λίθους ὕλην ἔχοντα ἀλαζονείας καὶ ἀσεβείας, πολυτελῆς κόσμους κατασκευάζοντες, καὶ πρὸς εἰδώλων ἐργασίαν τὰ πλεῖστα δαπανῶντες. *Aurum, argentum & gemmas materiam habuerunt ostentationis & impietatis: sumptuosos ornatus præparantes, & in Idolorum fabricationem pleraque expendentes*. Non est igitur dubium quin ominatio hoc loco Idolum intelligatur. Per locum autem sacrum,

Digitized by Google

cujus hic mentio eſt, aliud quam Templum Ieroſolymitanum deſignari, non ſinit nos credere teſtimonium recitatum Danielis. *Et erit*, inquit, *in Templo abominatio deſolationis*. Chriſtus enim non quocumque modo *abominationem in loco ſacro* futuram ait: ſed juxta mentem Danielis Prophetæ eo loco quem citat. Is autem diſertè Templi meminit. quo excludi videtur opinio eorum, qui putant tunc abominationem in loco ſacro viſam, cùm circumdata eſt ab exercitu Romano Ieroſolyma. ab exercitu, inquam, ſub ſignis inſtructo. Signa autem effigies habebant & rectè *abominatio* dicebantur. & totus ager ſuburbanus Ieruſalem, imò univerſa Iudæa locus erat ſacer, Terra Sancta ideo vocata, ut docet Philo Libro de Legatione ad Cajum. vera hęc: ſed nihil ad Danielis locum, qui nominatim Templi meminit. Sunt qui dicant: *a* Abominationem hic vocari ſeditiones intra Templum & cædes à diſcordibus, tempore obſidionis, Iudęis factas. quod putamus cohærere non poſſe cum notione jam ſtabilita vocabuli *Abominatio* hoc loco uſurpati. Arbitror igitur, abominationem deſolationis & hic à Chriſto, & à Daniele loco laudato memoratam, deſignare ſigna Romana muris Templi illata à Romanis militibus ſcalis in eos nitentibus. Audiatur Ioſephus hęc diſtinctè narrans in libro περὶ ἁλώσεως de *Expugnatione*, ſeu de bello, ſexto, cap. xxiv. juxta Gręcam editionem Baſileenſem anni 1544. qua utebar. nam Latina aliter numerat: Οἱ δὲ ἀνενέγκαντες τὰς σημαίας, περὶ ἀυτῶν ἐπολέμουν, δηλῶν ἡγούμενοι καὶ περὶς αἰσχύνῃ τῶν τὴν ἀρπαγὴν. τέλος δὲ καὶ τῶν σημαιῶν οἱ Ἰουδαῖοι κρατοῦσι, καὶ τὸς ἀναβάντας διαφθείρουσιν. Hoc eſt: *Illi verò* (milites videlicet Romani) *cùm intuliſſent ſigna, circum ipſa prœliabantur, grave ac ſibi turpe arbitrati fore, ſi ea ipſis eriperentur. Tandem tamen & ſigna venerunt in poteſtatem Iudæorum; & qui aſcenderant ab ipſis interfecti ſunt.* Et paulò poſt: ὁ δὲ Τίτος ὡς εἶδε τὸν ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων ἱερῶν φλεγόμενον, περὶς βλάβης τῶν γραπτώτων ὀργισθεὶς ὁ φόνῳ, τὰς πύλας προσέταξεν ὑφάπτειν. Hoc eſt: *Titus autem, ut vidit gravi ſuorum militum damno ac cæde parci alieno Templo, ignem admoveri portis juſſit.* quo, ut deinceps diſtinctiùs exequitur Hiſtoricus, totum Templum conflagravit. Ego in hoc momento ſitam veram ὑποβαβιν ejus, quod tractamus Chriſti & Danielis oraculi puto. Nimirum expugnata jam urbe victor Titus omni ope ſervare Templum propter magnificentiam operis, & loci ſanctitatem conſtituerat. ac propterea vetuerat ne flamma injiceretur. ſed quia præſidio tenebatur plurimorum, & deſperatiſſimè reſiſtentium, à duabus oppugnari legionibus juſſit. Verùm cùm aries locis diverſis murum pulſans multis diebus nihil profeciſſet ob eximiam firmitatem operis; cùmque portarum ſuffoſſio tentata ſucceſſu caruiſſet. præcepit ad extremum admoveri ſcalas, ipſe cuncta coram ex Arcis Antoniæ ſpecula ſpectans. Irruerunt fortiſſimè Romani, & Iudęis pertinaciſsimè repugnantibus, ſigna injecerunt ad ultimos militum conatus eliciendos, ut fieri mos erat in ancipiti periculo pręliorum; cunctis tunc pro ſe quoque, metu ſummæ ignominiæ quæ ſignorum amiſsionem ſequebatur, cœco impetu ruere ac nihil non perrumpere ſolitis quò flagitium præverte-

Baron. An. 68.

Digitized by Google

erterent, & dedecus extremum. At cùm à Iudæis capta ſigna, Roma-
oſque qui murum aſcenderant, cæſos ad unum omnes Titus cerneret,
ijcere tandem coactus eſt ſpem ac conſilium Templi ſervãdi; & quod
ctenus vetuerat, ignem juſſit immitti. Signa igitur Romana illata
uro Templi, & à Iudæis rapta, *abominatio* fuerunt *ſtans in loco ſacro*, ut
hriſtus loquitur, & ut Daniel diſertiùs exprimit, *in templo*. Eadem
tem *abominatio deſolationis* ideo dicuntur; quia cauſa fuerunt incendij
empli, abſque iſta ſignorum ereptione fuiſſet, Titi victoris clementia
rvandi. Incendio porrò fugati ſunt aut conſumpti qui Templum in-
lebant aut frequentabant: & ſic deſolatum ipſum eſt, non tantùm in
æſens, ſed & in poſterum. omnibus enim & ædificijs ibi deſtructis; &
ſis ſacris ablatis aut corruptis, locus amplius non erat futurus ulli ſa-
æ functioni. ac reædificatione Templi ejuſdem, Divina providentia,
ut prophetiæ denunciaverant, in omne deinceps tempus impedienda;
erna ea futura deſolatio erat ac vaſtitas, juxta Danielis dictum: *Et erit*
Templo abominatio deſolationis & uſque ad conſummationem & finem
ſeverabit deſolatio.

¶ IV. ABIA.

Lucæ i. 5. *Fuit in diebus Herodis Regis Iudæ Sacerdos quidam nomine*
charias de vice Abiæ. Cave credas Euthymio & Tito Boſtrenſi, auto-
us alioqui quantivis pretij, qui Abiam hic quemdam comminiſcun-
æqualem Zachariæ, cum quo is partitis vicibus Sacerdotij functio-
s obiret. Toletus Theophylactum ijs adjungit; qui tamen eorum ſen-
tiam recitat potius quam ſequitur; imò reprobat ac refellit: & meri-
quidem. Vixiſſe quippe hic memoratum Abiam temporibus Davi-
Regis docet nos liber 1. Paralipomenon cap. xxiv. ubi refertur: juſ-
ſe Davidem recenſeri Familias omnes poſterorum Aaronis, quibus
is jus eſſet ſacrificandi: & cùm Aaron duos tantùm filios habuiſſet
i propagaſſent prolem, Eleazarum & Ithamarem, repertos ex Eleaza-
ſtirpe Principes familiarum ſexdecim; è rariore Ithamaris proſapia,
ntùm octo. Hos, ne qua confuſio cunctis ad ſacra miniſteria promiſ-
è concurrentibus, inter religioſas functiones oriretur, præcepiſſe Re-
m ſorte ordinari, nominibus omnium conjectis in urnam; ea dicta
nditione, ut qui primus educeretur, ipſe cum filijs inciperet per heb-
madem unam miniſtrare in Taberaaculo, ſacrificijs & alijs ritibus qui
cerdotalis juris erant, in ſolidum cunctis obeundis: ita ut per eos ſep-
n dies nullus ex alia familia immiſcere ſe ijs poſſet. cujus verò ſe-
ndo loco promeretur nomen, is pari jure per ſequentem hebdoma-
n primo ſuccederet: ac ſic deinceps: quoad peracto hebdomadum vi-
tiquatuor, & totidem per ſingulas miniſtrantium familiarum orbe,
rum ad primam rediretur, ordine in omne tempus reciproca ſucceſ-
ne continuando. Hæc ſeries à Tabernaculo iinchoata, ad Templum
alomone primò ædificatum, à Zorobabele inſtauratum, uſque ad

Digitized by Google

Herodis tempora perdurans transijt. Obtigit porrò in illa sortitione primus locus Ioiaribo, octavus Abiæ, ex cujus stirpe propagatus Zacharias ministrans ea hebdomade, quæ familiæ Abiæ dudum attributa fuerat; & quod erant multi stirpis ejusdem & ἐφημερίας Sacerdotes, sorte delectus ut incensum adoleret, Angeli visione dignatus est. non omittam vigintiquatuor Seniores sæpè memoratos in Apocalypsi, ad hos pari numero Principes Sacerdotum videri alludere.

¶ V. ABSQVE SYNAGOGIS.

Ioan. xvi. 2. *Absque Synagogis facient vos*. In Græco pro *absque Synagogis* vox est unica ἀποσυναγώγους, quæ eadem in singulari numero usurpatur Ioannis ix. 22. ἀποσυνάγωγος γένηται. quod vulgatus vertit: *extra Synagogam fieret*. Satis intelligitur significari hoc verbo hominem communione sacrorum exclusum, qualem vulgò vocamus excommunicatum & anathema. cùm enim Synagogę vocarentur apud Iudæos conventus sacræ lectionis audiendæ causa, vel alterius cujuspiam religiosi officij obeundi, celebrati, qui ab his ut profani arcebantur, rectè dicebantur ἀποσυνάγωγοι. Verùm quod addit Christus: *Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo*. Allusionem habet hoc loco accuratiùs declarandam ad peculiarem quemdam ritum aut usum Iudæorum, tres gradus ut in impietate; ita in ejus canonica pœna distinguentium, quorum ultimus esset proscriptio; & invitatio cunctorum ad eum occidendum, qui ad summum impietatis progressus apicem, dignus videbatur eo supplicio, quod Cainus interfector fratris, meruisse se confitens, deprecabatur Gen. iv. 14. *Omnis qui inveniet me interficiet me*. Exemplum informaverat ejus vindictę dilaudatus ille zelus Phinees filij Eleazari Sacerdotis, sacrilegum in flagranti scelere injudicatum confodientis, ut refertur Num. xxv. 8. cęterùm perversissimè Iudæi hæc Legis & Religionis arma in Christum Legis finem & Religionis autorem vertebant. non modò, ut scribitur Ioann. ix. 22. ejiciendo è Synagoga eos qui confiterentur Iesum esse Christum; sed etiam ob eandem causam Stephanum lapidando Act. vii. 58. & acclamando adversus Paulum referentem conversionem suam ex apparitione Christi sibi oblata: *Tolle de terra hujusmodi; non enim fas est eum vivere.* ut habetur Act. xxii. 22. ac paulò post conjurando, seseque devovendo, *non manducare, neque bibere donec eum interficerent*. Act. xxiii. 22. Quare hanc perversitatem tacitè arguens ipse idem Paulus, simulque verum usum illius religiosæ severitatis ostendens; sic scribit ad Corinthios prima cap. xvi. 22. *Siquis non amat Dominum nostrum Iesum Christum sit anathema, maranatha*. quasi diceret: tantum abest, dignos esse occidi tamquam summè impios, à zelantibus Legem, eos qui Christum confitentur & colunt; ut contra qui eum non amant, proscribi, & ab obvio quolibet mactari mereantur, tamquam omnium scelestissimi ac summi sacrilegi. Eò libentiùs in hoc illustrando Pauli loco, hac qualicumque occa-

Digitized by Google

occcasione fortè oblata, immoror, quod ejus plenam declarationem Interpretes etiam doctissimi, quos quidem videre potuerim, non reddunt. sed plerique se defunctos arbitrantur, cùm responderunt: *maranatha*, sive ut Græcè scribitur μαρὰν ἀθά, significare *Dominus veniet*. Imò enimverò: *Dominus venit*. sunt enim non Hebræę linguę purę ac biblicę; sed corruptæ & azoticæ, voces hę duę: *maran atha*. quę ad verbum significat: *Dominus noster venit* מר *mar* enim Syriacè, Dominus: possessivum verò affixum plurale Syris est ן *an* אתא *Atha* porrò idem quod בא *Ba*, id est, *venit*. ut verò fieret: *Dominus veniet* dicendũ fuerat מרן ייתי *Maran Iethe*. Sed parum egimus. quid enim per illum ipsum qui venit Dominum, quid facit ad sententiam hujus loci, *Dominus venit*? Ac si nihil aliud erui fas est, fortassè pręstabat in ignoratione mera perstare. veneraremur mysterium ignotę vocis; & unum ex arcanis verbis quæ se audisse in tertio cœlo; *a* alibi gloriatur Apostolus, quasi pro signaculo ad clausulam illius Epistolę adhibitum miraremur. nunc istud ita prolatum nescio quid exile, tum verò *b* ἀνακόλουθος & ἀναρτητον, nec majestatem tuetur Divini verbi, nec congruam expectationi nostrę speciem exhibet. Nimirum latet hic aliquid arcanæ, & *c* πατροπαραδότου διδαχῆς Iudęorum; quam non frustrà Paulus olim à Gamaliele institutus audierat. An non enim ille verè de seipso dixit Act. xxii. 3. *Ego sum vir Iudæus.... secus pedes Gamaliel eruditus juxta veritatem paternæ legis.* πεπαιδευμένος κατ' ἀκρίβειαν τοῦ πατρώου νόμου, ut Gręcę origines habent. in quibus verbis ἀκρίβεια πατρώου νόμου videtur esse קבלה *Cabala*, sive Traditio Legis arcanę, & ut vocant, *Oralis*; hoc est, voce viva non scripto declaratę, quam certa successione à Moyse, atque à Deo, auditione acceptam, Sapientes ad id delecti propagabant; quorum series continua à Moyse ad Christum expansa extat in Libro vulgato, & sępius cuso, cui titulus est פרקי אבות *PirKe Abot*: & in alio non tam fortè obvio, inscripto שלשלת הקבלה *scelsceleth hacabala*. Et inter eos videre est Gamalielem Pauli Magistrum Scholę Hillelis Rectorem. Peritus ergo Cabalæ Paulus Apostolus, ut si quid ex Traditionibus Hebręorum tunc *d* ἀγράφοις, deinde verò in scripta relatis, ad intelligentiam obscuri ejus dicti conferri poterit, locus non sit exceptioni: esse incredibile Paulum eò respexisse. cùm pręsertim idem Apostolus ii. ad Timotheum iii. 8. nomina Magorum, qui Mosi restiterunt, ab ipso Mose scripto non prodita, inde hausisse credatur. videmus enim illa, ut à Paulo proferuntur extare in *Midrasch Schemoth* sectione ix. & alia non desint in Paulinis Epistolis, quæ ad traditiones ἀγράφους aliunde nobis cognitas alludant manifestè. Non est igitur alienum suspicari tale hoc quoddam esse quod quęrimus *Maranatha*, de quo Rabinos interrogare possimus haud sine spe navandæ operę. Extant autem in Libro cui titulus est: מועד קטון *Mohed Katon*, capite ultimo, & apud Rab. Mosen Maimonidem Ægyptium in *Iad* Parte 1. Libro *Madda* fol. 22. & sequentibus. & in *Sculchan Aruc* in Parte *Iore dea* sectio-

a 2. Ad Cor. 12. 4.

b Inconsequens & inconnexum.

c à Patribus ad filios eransmissa doctrinæ.

d non scriptis.

sectione 134. & apud alios veteres Magistros Hebræorum, doctrina quędam de Excommunicationibus, & ἀποσυναγωγισμοῖς in illa gente usitatis, quę ad expositionem hujus loci mirificè quadret. Traditur illic triplicem excommunicationem esse, Prima omnium leviſſima, vocatur. נדוי *niddui*: secunda, gravior תרם: tertia, extrema & horribilis שמאח *scemmatha*. Prima illa vox נדוי *niddui* ἔκβλησιν καὶ ἀφόρισιν ejectionem & segregationem sonat. habetque instar pœnæ quidem; sed multò magis comminatio & νουθέτησις a est. agitur enim illius primæ censurę inflictione, ut avertatur peccator ab institutis malis, & ad pœnitentiam se conferat, salutari perstrictus metu pœnarum graviorum. Hac excommunicatione qui percussus erat; totis triginta diebus hominum commercio arcebatur eatenus, ut ad alios quã domesticos propius quatuor passibus accedere non auderet. Capillum verò tondere, balneis, aut etiam uxore propria frui, nefas illi esset. Eoque in statu si quis, nullo dato pœnitentiæ indicio, moreretur, infletus abijciebatur, etiam lapide in feretrum injecto, quasi ad declarandum, dignum illum fuisse qui lapidaretur: ut habetur in Berecoth xix. 1. Templum verò adire quidem poterat, sed non nisi alia via, quàm qua populus utebatur, prout fusè perscribitur in Libro *Scille Haggibarim* fol. 2. col. 2. Porrò in Libro *Iôre dea*, Expositione Legis 334. fusè percensentur causę sive casus viginti-quatuor, quorum in aliquem qui incideret, feriri excommunicatione נדוי *niddui* à Iudice poterat. ea verò semel percussus, non nisi pœnitens, & satisfactione exhibita absolvebatur, hac à Iudice, aut Rabbino qui excõmunicaverat ritè pronunciata formula הותר לך מחול לך *Huthar leca machul leca*, hoc est: *absolutus es remissum est tibi*. quod si contumax aliquis totos dies triginta perseveraret, geminabatur id spatium, & si opus esset, triplicabatur, donec aut resipisceret reus, aut acrioris remedij tempus esse videretur. Erat autem id inflictio excommunicationis secundę תרם *Cherem* dictę. Ea vox desolationem & perditionem sonat. Infligebatnr autem non simplici voce, ut prior, sed cum apparatu & pompa speciosa multorum & augustorum rituum. nempe convocato in Synagogam Populo, candelis accensis, execrationes & diræ ex Lege Mosaica excerptę recitabantur, & intorquebantur in illius caput, qui devovebatur, nominatim appellati; quibus perlectis extinguebantur candelę. Putabant autem omnia mala in animam & corpus hominis ita devoti ex hac imprecatione irruere. quam in rem subtiliter, ut solent, animadverterunt Rabini vocem חרם *Cherem*; juxta vim numeralem literarum conficere 248. quot nimirum, ut illi ajunt, sunt membra humani corporis; quæ omnia & singula ista execratione mactantur & destruuntur: qui, quo sunt acumine, facilè si veniret ipsis in mentem, huc etiam traherent 248. Pręcepta jubentia; quasi ea singula vindictam contemptus aut neglectus sui à Phanatico execrato reposcerent. Hic si perfricaret frontem & contumacię callum obduceret, irarum & malorũ cumulus in eum devolvebatur ad extremum tertia excommunicationis

a Commonitio.

Digitized by Google

ecies, qua is proſcriptus declarabatur, invitatis ad ejus cędem cunctis
שמת *ſchamata*, hoc tertium Anathema vocabatur: de cujus nominis
ymo Magiſtri diſſentiunt. Prima opinio eſt conſentium שמתא
matha dictum quaſi שממיתה *ſcam meta*, quod ſignificat: *ibi mors*:
rem ſatis aptè: ad analogiam grammaticam non congruentiſſimè:
m & י *Iod* redundat: & א *Aleph* finale vocis שמתא in ה *he* verti-
r. quare veriſimilius Rabbi Samuel in *Moed Katon* fol. 17. pag. 1. ex-
nit שמתא *ſcamatha* per hæc verba in unam illam, ut opinatur, con-
acta vocem שממה אתא *ſcemama atha*, hoc eſt, *deſolatio adeſt*, ſeu,
ſtat atque imminet. Sane hac excommunicatione perculſus habeba-
r pro conclamato ac mox perituro: qui enim durare incolumis pote-
t, cujus trucidationi non tantùm impunitas, ſed etiam prędium pu-
icè proponeretur? idque non vulgare ac temporarium dumtaxat, ſed
æleſte ac Divinum; ineundę videlicet à Deo gratiæ certa fiducia, prout
a Chriſti verba ſonant: *Venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur* Ioan. x. o-
ſequium ſe præſtare Deo. Verùm quantamcumque probabilitatis ſpeciē 2.
ec Rab. Samuelis ſententia præferat, tertia tamen eſt haud paulò me-
or, atque ad rem noſtram, & ad Pauli authoritatem accommodatior
ymologia nominis שמתא *ſcematha*, quæ præterquam ſua ſe veriſi-
ilitudine, imo evidentia, ſtatim commendat; etiam Autores habet
imi ſubſellij Rabbinos. Ajunt, inquam, celeberrimi quique Magi-
orum Hebræorum שמתא *ſcematha* dici, quaſi השם אתא *Ha-*
em Atha. nemo qui literas rabinicas vel primoribus delibarit labris
gnorat שם *ſcem*, ſive præfixo ה *he* demonſtrativo, quod vim habet
rticuli Græcorum חשם in azotica lingua idem valere quod יהוה,
ehova in Biblica; ſignificare, inquam, Deum, & pro auguſtiſſimo ſu-
remæ naturæ nomine haberi. adeo ut quemadmodum, ubi ſcriptum
libris ſacris occurrit vocabulum יהוה *Iehova*, non pronunciatur, ob
eneration em, proprio ſono literarum ſuarum; ſed profertur ejus loco:
ארני, *Adonai*: ſic etiam in Commentarijs azoticis Lector non ignarus
raditionum quoties שם reperit מרן *Maran* pronũciet, quod, ut dixi-
nus, ſonat: *Dominus noſter*. Peritus ergo Cabalæ Paulus cum שמתא
ertiam anathematis ſpeciem grecè ſcribens vellet exprimere, vocabu-
um ejus protulit ut pronunciari ſolebat, non ut vulgò ſcribebatur. quia
nim שם *ſcem* primam nominis *ſcematha* ſyllabam, nomen eſſe Dei
ciebat, reverentię cauſa non proferri ſolitum ſono proprio; vicariam
i vocem *Maran* juxta Magiſtrorum inſtituta ſubſtituit, & *Maranatha*
lixit pro Scematha. Supereſt explicandum quare inſtitutum ſit, ut hoc
omen ſive in ſcripto *Scematha*, ſive in pronunciatione *Maranatha*, utro-
ique ſignificans, *Dominus venit* ad tertium iſtum, quem deſcripſimus
excommunicatorum gradum, atque ordinem deſignandum adhibere-
ur? Equidem arbitror id factum, ut indicaretur impendere tali homini
mortem in momenta ſingula, utpote proſcripto, & autoratis in ejus ne-
cem omnium odiis, atque armis, durare in vita non valenti. Sæpius
enim in ſcripturis veteris inſtrumenti, Magiſtris Hebręorum, qui in lege

Dei

Dei meditabantur die ac nocte, notiſſimis : adeoque ex iis pleraſque loquendi formulas trahentibus ; ſæpius, inquam, mors, præſertim in vindictam illata, mentione Adventus Domini deſignatur. Pſalm. xcv. 13. xcvii. 9. Iſ. iii. 14. v. 26. lxv. 15. Habacuc iii. 3. *Deus ab auſtro veniet* &c. & mox v. 5. *ante faciem ejus ibit mors*. Sophon. ii. 2. Zachariæ xiv. 3. & 5. Malachiæ iv. 1. & 6. & alibi ſæpè. Ex quibus expreſſa illa ſunt in novo Teſtamento : *qua hora non putatis Filius hominis veniet* Luc. xii. 40. Et ejus generis paſſim in Evangelijs plurima, omnium conſenſu mortem indicantia. uti ex illa Apocalypſ. ii. 5. *Sin autem venio tibi & moveho candelabrum tuum de loco ſuo* : hoc eſt ; privabo te vita : & ſic faciam ut tibi ſucceſſor in Epiſcopatu detur. Ibid. 16. *Si quò minus veniam tibi citò*. & Cap. iii. v. 3. *Veniam ad te tamquam fur* &c. Inde factum ut *ſcematha*, ſive *maranatha Dominus venit* uſurpatum fuerit ad indicandum ſtatum hominis in ſingula, ut dixi, momenta certæ morti expoſiti, qualis erat relatorum in tertiam excommunicatorum claſſem, & anathemate *maranatha* percuſſorum. Hic ad extremum obſequens præcepto veteri coronandi fontem unde hauſeris, libenter & gratè profiteor: Hęc de anathemate Iudaico triplici teſtimonia Magiſtrorum Synagogæ veterum, indicata olim mihi fuiſſe à Iacobo Spieghel, quo Toloſæ ante hos annos quinque & triginta literarum Hebraicarum ſum Magiſtro uſus, viro in Thalmudica & Rabbinica omnis generis lectione apprimè verſato.

¶ VI. ÆDIFICARE MONVM. &c.

Luc. xi. 47. Chriſtus ait : *Væ vobis qui ædificatis monumenta Prophetarũ: Patres autem veſtri occiderunt illos : Profectò teſtificamini quod conſentitis operibus Patrum veſtrorum*. Notandum, hæc ad Legisperitos dirigi; cui generi, ut in litibus & iudicijs exercitato, peculiariter convenit hæc teſtificationis & conjecturæ crimen arguentis mentio. Et forasſè obliquè reprehenditur injuſta calliditas eorum, ex argumentis nihil minus per ſe concludentibus, per cavillatiunculas argutas, crimina in inſontes trahentibus. quaſi diceret, Væ vobis qui tam injuſtè ac calumniosè verſamini in hominibus ex vana conjectura criminandis, ut ſi veſtro exemplo in vos agatur, jure rei peragi poſſitis cædis Prophetarum à Patribus veſtris patratæ ; quòd eorumdem Prophetarum ſepulcris ædificandis, conſequens quiddam ad eorum necem operemini; ſic eiſdem aſſentiri, ac cooperari viſi. cujus collectionis totum frigus atque infirmitas in invidiam ac ſugillationem paria peccantium conferenda ſit ; qui ſic admonentur Legis Talionis, cujus mulctam ſibi conſciſcunt. unde ſine injuria poſſunt ex levi nec concludente indicio damnari, quòd ipſi ejus generis argumentationes infirmiſſimas ad ſimplicium pericula frequentent, Iudicibuſque non interdum circumſpectiſſimis, aut acerrimis, arte ſophiſtica fucum faciant. Nimirum genus eſt ingenioſæ reprehenſionis imitatio arte ſimulata vitiorum, non eos maculans qui ſe larva

ſic

Digitized by Google

ſic quadam alieni dedecoris induunt, ſed eorum ignominiam traducens, quos iſta obliquè cenſura perſtringit. neq; enim ſapiens umquam Criticus imputavit Horatio enormitatem ridiculam inſolentis metaphoræ, dum ita ſcribit lib. 2. Ser. Sat. 5.

ſeu pingui tentus omaſo
Furius hibernas cana nive conſpuet alpes.

uti nec Perſio abſurditatem verbi ac locutionis antiquatæ in illo primę ipſius Satyræ verſu;

Antiopa ærumnis cor luctificabile fulta.

quippe cum erudito utriuſque lectori ſtatim appareat, non illa utrumvis ſtorum Satyricorum ex ſuo ſenſu ac tamquam ſibi probata proponere; ed Horatium quidem Furij Bibaculi audaciam caſtigare, qua in ſuo quodam Poemate ſcripſiſſet:

Iuppiter hibernas cana nive conſpuit alpes.

Perſium autem ſatirico ſale defricare ſcabiem χαχοζήλων quorumdam Antiquariorum, qui rancida è Pacuvij, duri & obſoleti jam Tragici, abulis ſublecta vocabula, ſuis velut gemmas & ſcitamenta ornandis criptionibus ſtudiosè captarent, putidè oſtentarent. Hoc verò loco proedit etiam ulterius cenſoriæ imitationis ingenium; nempe ad admoendos, ut dixi, delinquentes, quam in ſe ipſi legem ferant, dum alios anium cavillationum calumnioſis laqueis implicant. Simile quodammodo illud eſt de Debitore decem millium talentorum, qui poſtquam oſi remiſſum fuerat debitum, corripi jubetur & conijci in carcerem, non xiturus inde donec reddat noviſſimum quadrantem. quod ſi non plè injuſtum, certè acerbum eſt, & clementia Domini indignum. Retitudinem tamen accipit ex inhumanitate debitoris in conſervum. une queri non poteſt, cùm ſuo in ipſum egatur exemplo. Poteſt & illud n hunc locum allegari fortaſsè non ineptè. Merito ſuo contingere imijs & ſceleratis, ut quę etiam in ipſis videntur bona, trahantur in crimen: & ut Pſalmiſta loquitur: etiam ipſa *oratio eorum* (qua nihil alioqui ommendatius) *fiat in peccatum*. Id quod ad literam *Amano* illi, crudeſſimo Iudæorum inſidiatori, evenit; qui cùm accuſatus à Regina in onvivio, ad eam placandam ſupplex procidiſſet in ejus lectulum, eamue oraret, hanc ipſam ejus orationem in atrociſſimi flagitij tenamentum præceps Aſſueri ſuſpicio rapuit: ſic eo viſo exclamantis: *Etiã Reginam vult opprimere me præſente in domo mea*. Libri Eſther cap. vii. 8. x hoc more quidam apud Latinum Comicum in Epidico Act. ii. Sc. 1.

At pol ego te credidi uxorem, quam tu extuliſti, pudore exequi.
Cujus quoties ſepulcrum vides ſacrifucas ilico orco hoſtias
Neque adeo injuria: quia licitum eſt eam tibi vivendo vincere.

n hic Apoecides, Periphanis ad ſepulcrum uxoris piacula ferentis, pietem, ut tum mores erant, laudabilem, ſic interpretatur, ut gratias eum gere putet Dijs inferis, quod ſe conjuge, velut onere moleſto levave, nt, ea in orcum rapienda. Huc facit Epigramma Græcum ex lib. 3. Anolog. titulo εἰς ἄνδρας ἐπισήμους. *In viros inſignes*:

Χερσὶ καθαπτείνας, πάφῳ ἔκτανες· οὐχ ἵνα θάψῃς,
Ἀλλ' ἵνα μὲ κρύψῃς, ταὐτὸ δὴ καὶ σοὶ πάθοις.
Postquam manu occidisti, sepulcrum condidisti: non ut me sepelias;
Sed ut me occultes. Hoc idem & tu patiaris.

¶ VII. AGER FIGVLI.

Matthæi xxvii. 7. Videtur Ager Figuli vocari locus, ex quo quidquid erat argillę aut glebæ utilis ad opus figlinum, exhauſtum longa plaſtice fuerat: reſiduo tantùm ſolo ſterili ſtrato glarea, & prorſus ad agriculturam inepto. Proptereaque fundus ille vilioris pretij, facile potuit triginta argenteis parari. hoc eſt, ſiclis totidem.

¶ VIII. AMEN.

Etſi video vocabulum Amen propagari regulariter poſſe, ut adverbium affirmandi, è radice אמן *Aman credidit*; tamen cùm reputo qua emphaſi paſſim Chriſtus Dominus hac voce, quaſi ſigillo quodam, ſua oracula obſignet, toties iterans *amen dico vobis*; facilè aſſentior Magiſtris Hebræorum, qui verbum hoc unum ex illis myſticis & ineffabilibus agnoſcunt, quæ non tam verba ſunt, quàm ſententiæ compendio per primores vocabulorum literas deſignatæ: quare nec ſonum habent proprium. Nam ſi (exempli gratia) in inſignibus Sereniſſimorum Sabaudiæ Ducum FERT legeris, næ tu tertiam verbi *fero* perſonam expreſſeris; minimè autem vim propriam illarum quatuor literarum, vocabula hæc totidem indicantium *Fortitudo ejus Rhodum tenuit*. Ita cum יהוה Iehova dicis, vocabula quatuor una voce colligis יהי *Iihe*, הוה *hoihe* ו *ve* & היה *hajah*, hoc eſt: *Erit, eſt, &, fuit*. Hoc enim eſſe propriũ Dei nomen, quo à creatis contingenter exiſtentibus diſcernitur per neceſſitatem ſemper extandi, ſignificatur Exodi iii. v. 14. Et clarius exprimit S. Ioannes in Inſcriptione Apocalypſis cap. 1. v. 4. *Ioannes ſeptem Eccleſijs quæ ſunt in Aſia gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt*. in Græco, ἀπὸ τοῦ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. quæ propè manifeſtè reddunt voces illas quatuor, ex quarum initialibus elementis conflatum dixi nomen יהוה *Iehova*. Nam ἐρχόμενος pro ἐσόμενος, & *venturus* pro *futurus* eſt poſitum. Sic Maccabæi nomen, quod Iudæ adheſit Matathię filio ſentẽtiam illam è libro Exodi xv. 2. exprimit מי כמיך באלים יהוה, *Mi camoca baelim Iehova*, hoc eſt, *Quis ſimilis tui in fortibus Domine?* quorum quatuor in Hebręo vocabulorũ ſi prima elementa conteſſeraveris, facies מכבי *Mecabi*. quoniam verò has ipſas literas ſententiam iſtam compendio colligentes, teſtandæ ſuæ de Divino auxilio fiduciæ, Dux ille fortiſſimus ſignis ſuis militaribus oſtendebat inſcripta, inde ipſi cognomen eſt factum ipſo prope nomine celebrius. Hæc in ſpecimen adduxi, ut oſtenderem Hebræis familiarem hunc uſum eſſe: ne quis deinde putet incredibile, cùm dicam

Amen

Digitized by Google

Amen tribus Hebraicis literis totidem hæc vocabula designare אדני מלך נאמן, *Adonai Melec Naaman*, quæ Latinè sonant, *Dominus Rex fidelis*. apta commemoratio ad fidem adstruendam minis ac promissionibus Divinis: qualibus ferè in Evangelio solet Christus *Amen*, & quidem plerumque geminatum, apponere.

¶ IX. ASCENDI.

Ioann.xx. 17. Christus redivivus Mariæ Magdalenę in pedum oscula ruenti dicit: *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum.* Subobscura est connexio illius causalis, *enim*. Multa ad eam declarandam ingeniosè & eruditè differunt doctissimi Interpretes; quę accipio & deosculor. Proponam tamen obnoxiè ac sine prejudicio quid & mihi venerit in mentem; narraboque, ut dici solet, meum & ego somnium. » quid si dicatur hanc esse hujus loci sententiam. Non est quod mihi » tam effusè gratuleris isto quem affectas amplexu genuum meorum, » idcirco quia me vivum è paulò ante mortuo conspicis: Erit mox aliud » longè amplius, & multò gratulatione tua dignius, nempe Ascensio » mea ad Patrem, cui propterea ista tam benevola congaudendi officia » servari sit æquius. Simili exemplo Christus idem Nathanêli dicit, Ioannis i. 50, *Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: majus his videbis* &c. Trahi fortè ad aliquam similitudinem hujus loci posset quod refert Cicero Tusculan.quæst.lib. 1. sub finem, his verbis: *Hanc sententiam significare videtur Laconis illa vox: qui cum Rhodius Diagoras Olympionices nobilis uno die duos filios victores Olympiæ vidisset, accessit ad senem, & gratulatus: morere Diagora, inquit: non enim ad Cœlum ascensurus es.* Ita ille significans summum felicitatis apicem, & cui jure maxima quę adhiberi homini potest gratulatio deberetur, fore Ascensum in Cœlum; si is contingere mortali posset, quod ipse non putabat.

¶ X. BAR.

Bar Hebraicè בר filium sonat. ita ut cùm dicitur *Simon Bar-jona*, Matth.xvi. 17. intelligendum sit, Simonem vocari filium Ionæ, sive, ut alibi extensiùs id nomen scribitur, Ioannis. Simili exemplo Bartimæus fuerit filius Timæi, & Bartholomæus filius Tholemæi, sive Ptolemæi, ubi observandum: ejusmodi patronymica in quibusdam interdum personis designandis frequentiùs adhiberi, quam singulares ipsis impositas appellationes; prout videtur usuvenisse in S. Apostolo Bartolomæo; cujus proprium nomen fuisse Nathanaëlem dudum mihi persuasit erudita de hoc argumento dissertatio Viri docti & optimi Fabritij Pignatelli nostri τῦ μακαρίτε.

¶ XI. BARACHIAS.

Zacharias qui memoratur à Christo Math.xxiii. 35. occisus inter Templum & altare, fuit filius Iojadæ, ut certum habetur ex ii. Paralip. xxiv. 22. quare vel Barachias irrepsit in hunc locum pro Iojada, ut indicat Hieronymus, referens ostendi codices, qui Iojadam hic legunt: vel dicendum, quod idem etiam Hieronymus innuit, verisimiliter allegari posse, Iojadæ homini sancto suæ merito justitiæ Barachiæ cognomen adhæsisse, quod ex Hebræo sonat *Benedictus Domini*? Multa sanè sunt exempla, etiam in scripturis, binominum personarum; aut cognomento quopiam aliquando designatarum à propria & vulgo magis nota earum appellatione diverso. Sic Num.xxiv. 17. Seth pro Sem ponitur; cui videlicet id nomen attributum sit, quòd Sem inter filios Noe stirpis melioris, & magis Deo probatæ propagator fuerit, sicut Seth inter filios Adami. Similiter ex Epist. Iudæ v. 9. intelligimus Iesum filium Iosedec cognominatum fuisse Moysen, ex quadam fortè imitatione virtutum aut similitudine actorum aut conditionis illius primi Legislatoris Hebræorum. Ita enim scribit ibi S. Apostolus: *Cum Michael Archangelus cum Diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus judicium inferre blasphemiæ; sed dixit: imperet tibi Dominus.* Citatur hic sine dubio scriptura vulgo nota & recepta: inde apta coarguendæ pervicaciæ eorum in quos acriter invehitur Apostolus. Non videntur autem ad alium in toto Librorum Canonicorum corpore locum hæc posse referri, quam ad cap. iii. Prophetiæ Zachariæ, ubi sic legitur. *Et ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini. Et Satan stabat à dextris ejus ut adversaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan: increpet Dominus in te Satan; & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem.* Hunc locum indigitans S. Iudas sciens Cabalæ & Lectoribus traditionum non scripturarum peritis scribens, ex notitia per legem oralem hausta, ut Angeli, qui sine nomine à Zacharia memoratus est, nomen expressit, Michaëlem eam Archangelum nominans; ita ex simili conscientia doctrinæ arcanæ tàm in se, quàm in lectoribus, pro Iesu Pontificis nomine Moysen posuit; quod inde notat esse arcanum cognomen ipsius. Nam quod ait *de corpore* Synecdoche est usitatissima ex parte totum indicantibus. ut enim è spiritu parte hominis totus indicatur homo in illis vulgo tritis vocibus *cum spiritu tuo*: ita & ex altera parte corpore totus interdum intelligitur. imò quidam esse putant quamdam emphasim dignitatis & libertatis in illa circumlocutione per corpus. Qua de re vide Interpretes Virgilij ad illud

Excepto Laurentis corpore Turni,

Ex his fortè conferri aliquid poterit non inutile ad solutionem nodi perplexissimi Matt.xxvii. 9. ubi sic legitur: *Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem: & acceperunt triginta argenteos* &c. Nihil affine his verbis alibi reperitur, quam apud Zachariam Prophetam

Digitized by Google

am cap. xi. 12. quid igitur inquies, Zacharias nomen in Evangelio mutaverit, & Ieremias sit dictus? Quidni verò, cùm Ioannes Elias ibi à Christo sit vocatus? Habuit multa Zacharias Ieremiæ similia, ut Ieremias sui temporis dici posset. Observarunt olim ipsi Hebræi quasi sympathiam & similitudinem genij peculiarē inter hos Prophetas duos; ita ut Zacharias amet imitari locutiones Ieremiæ. Vide quod ille habet cap. 1. v. 3. & confer cum Ieremiæ xviii. 11. & xxxv. 15. similiter Zachariæ i. 6. sumitur ex Ierem. xi. 17. & iii. 8. ex Ierem. xxiii. 5. & alia similia plurima. quibus uti vitæ ac rerum gestarum similitudine, qualitatequę temporum moti Magistri Hebræorum dicere soliti sunt, spiritum Ieremiæ in Zachariam migrasse. Sed de hoc agemus iterum infra, verbo Ieremias.

Ad confirmationem modò dictorum & illud accumulari potest: quod S. Petrus dum 1. suæ Canonicæ cap. v. 13. scribit: *Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone collecta.* Babylonis nomine Romam designat propter similitudinem superbiæ ac luxus, quæ inter illam antiquam, & hanc recentiorem regnatricem urbem intercedebat. Nec absimili fortè de causa Ezechielis xxvii. 11. & seq. ea Regi Tyri attribuuntur quæ unicè Lucifero Dęmonum Principi conveniunt, ut necesse sit ibi Luciferum designari appellatione Regis Tyri ob arrogantiam utrique communem; sicuti & Isaiæ xiv. 12. Regi Babylonis Luciferi nomen tribuit. Quid quod externi quoque Scriptores ejus generis mutationes nominum usurpant. Virgil. 3. Georg.

Talis amyclei domitus Pollucis habenis
Cillarus

Pollluci tribuit equi domitationem, quę Castoris est propria. nam ut habet Horatius:

Gaudet Castot equis; ovo prognatus eodem
Pugnis.

Pollux inquam frater Castoris pugilatu clarebat, non equitandi arte. A Virgilio ergo Castori tribuitur Pollucis nomen. Sic Alexander Sisigambi ait Ephestionem pro se veneratę: & hic Alexander est. Huc refer quod Propertius Eleg. 1. l. 3. se *Romanum Callimachum* vocat. & Horatius se ab Amico Alcæum proclamatum refert; quem vicissim ipse Mæonidem, hoc est Homerum nuncupaverit. Iuvenali sævus Pater familias vocatur Antiphates trepidi laris ac Polyphemus. Nec abludit illud vulgi ad occursum hominis supra vulgarem usum probi, & vitijs immensi: *Tertius è Cælo cecidit Cato.* Et multa talia, quæ admirationem sement transnominetioni Ioiadæ in Barachiam.

¶ XII. BEELZEBVB.

Dicunt impij Iudæi Mat. xii. 23. Marci iii. 22. Lucę xi. 17. de Christo: *In Beelzebub Principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia.* Scimus ex iv. Regum 1. Beelzebub Idolum fuisse, cujus fanum celebre & oraculum erat

in

in Accaron, quod voluiſſe conſulere magno ſtetit Ochoſię Regi. quia verò בעל *Baal* Dominum, & זבוב *Zebub* muſcam ſonat, intelligimus Deum iſtum haudquaquam ex illorum genere, qui myiodæ aut myiagri dicti Plinio lib. x. cap. xxvii. & l. xxx. cap. vi. muſcas abigebant, è contrario, quaſi earum ſatellitio delectatum, magnas earum nubes nidore victimarum aluiſſe. Cur autem eum Iudæi Principem Dęmoniorum appellabant? opinor ideo, quoniam qui Dęmones Magos Pharaonis in Aegypto contra Moyſen juvabant, in eo ſummam ſuæ potentię poſuerunt, ut aquas in ſanguinem verterent, & ranas educerent: ad ciniphes, multò autem minus ad muſcas producendas, pertingere nequiverunt, ut narratur Exodi viii, quare hic Deus Accaronita, qui cœli ſui craſſiore tractu, & fimo ac fumo culinæ pinguioris muſcarum examina denſiſſima ebulliens ex adytis, eas creare videretur, Princeps Dęmoniorum dici à Iudæis meruit, res Ægyptias libro Exodi narratas in animo habentibus; utpote Dęmonijs Pharaonis haudquaquam, ut apparebat, vulgaribus mediocriſque virtutis, manifeſtè potentior.

¶ XIII. BENEFICI.

Luc xxiii. 25. *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem exercent inter eos Benefici vocantur*. Alludit Chriſtus vocem Hebraicam נדיבים *nebidim*, quæ ſignificat Principes, & eſt à radice נדב *nabad*, quæ ſignificat ſpontè ac libenter largiri, liberalem eſſe. unde quod benigna profuſio maximè deceat Reges ac Principes, ipſi נדיבים *nedibim*, hoc eſt *Benefici* proprio vocabulo dicti ſunt, Græcis εὐεργέται. Inde occaſionem ſumemus conciliandi vulgatam noſtram cum Hebraica veritate in Pſal. cxi. v. 3. ubi nos legimus: *Tecum principium* &c. Septuaginta μετὰ σοῦ ἡ ἀρχή, Hebraizantes vertunt: *Populus tuus ſpontè*. Legitur in Hebræo fonte עמך נדבת *Immeca nedaboth*. quod ad primam vocem attinet, licęt עם ſignificet *populum*; tamen prępoſitionem, quę latinè *cum* redditur, exprimi eiſdem literis, manifeſtum & in confeſſo eſt, unde quin *immeca* rectè verti poſſit *tecum* negari non poteſt. Secunda vox נדבת poteſt legi *nedabeth*, & verti Græcè ἀρχή, hoc eſt *Principatus*, qua notione *principij* vocem ibi vulgata uſurpat. quod ſi quis pertendat punctationem, quæ ibi comparet retinendam. Legamus ſanè nedaboth in plurali, enallage uſitata numeri, eadem ſignificatione Principatus ducta ex vocabulo nedabim Principes indicante.

¶ XIV. BETHABARA.

Ioann. 1. 28. juxta Græcum textum, ut hodie legitur; Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο πέραν τοῦ Ἰορδάνου, quę cum verti, ut apparet, deberent: *Hæc in Bethabara facta ſunt* &c. Vulgatus tamen noſter in omnibus etiam antiquiſſimis exemplaribus & Cod. MS MS. Syro quoque Interprete adſtipu-

Digitized by Google

tipulante Bethania reddit pro Bethabara. Hęc interpretationum divoria facilè conciliantur Hebręarũ originum, ſi conſulantur, arbitrio. quid nim ſonat ex vocis etymo *Bethabara* בית־עברה, niſi locum ubi ransfretatur à viatoribus flumen; Portitore cum ſcapha præſtò ſeſe xhibente ad traijciendos, quibus ultra citrove amnem commeare anini aut rei cauſa vel libet, vel neceſſe eſt? Notũ videlicet quid ſignificet עבר *abar* tranſire; propriè de trajectu fluviorum aut fretorum. une Abram *Hebræi* nomen accepit, quod tranſmiſit in poſteros. ſic enim ocatus eſt quòd ex Meſopotamia tranſmiſſo amne tranſiſſet in Syriam, rout indicatur Gen. xiv. ubi pro *Abram Hebræo*, quod in Vulgata legiur ex אברם העברי *Abram habibri* à Moſe poſitum in Originibus, eptuaginta reddunt ἀβραμ τῷ περάτῃ. Sonat autem περάτης apud Græos *tranſamnanum*. Tametſi autem עבר *heber* ſex punctorum nomen x hac radice germinans, vadum fluminis ſignificet; aliter tamen quàm ado traijci pleroſque amnes, & certè hunc, de quo agimus Iordanem onſtat. Erat igitur iſto in loco, ut dixi, navis, quæ Hebræis אניה dicitur; quæ vox etſi ob puncta quibus afficitur *oniiah* legatur, ſi literarum men ſolarum habeatur ratio, efferri poſſet *ania*. *Beth* autem בית, ut n dixi, locum ſonat. ex conjunctione porrò duarum vocum *Bethania* ıſcitur ſynonymum Bethabaræ, & longe diverſum à Bethania Suburno Hieroſolymæ Pago, Lazari ac Marthæ, Marięque Sororum Patria, lud enim noſtrum ſignificat locum navis ad communem viatorum ajectionem per Iordanem expoſitę. Videtur autem antiquum *Bethaæ* nomen illi peculiariter loco inhæſiſſe, quod ibi Iſraelitæ Duce Ioue, prędedente Arca, & cedente magno miraculo flumine, primũ tranerint Iordanem, ut narratur libri Ioſue cap. iii. nam hanc conjecturam uvat quod Ioannes ibi ad concionem loquens inter alia dicit: *Potens eſt Deus de lapidibus his ſuſcitare filios Abrahæ*: quibus verbis Ioannes, occaone ex re præſenti ſumpta, videtur intendiſſe indicem manus in manos illos lapides duodecim, qui ex medio ſiccati Iordanis alveo, iuſſu oſue, ſublati, in litore, quo portati fuerant, & ad memoriam collocati, iſebantur: vel ad alios totidem è ripà in medium alveum illatos, qui mne tranquillo à ſupernavigantibus cernebantur. De quibus vide Liri Ioſue cap. iv.

¶ XV. BETHSAIDA.

Et hoc nomen, ut modo memoratum *Bethania*, æquivocũ eſt. Aliud nim eſt Bethſaida Civitas Petri & Andreę Patria; cujus notitia à Georaphis petenda, aliud Piſcina probatica, hebraicè cognominata Bethaida, Ioan. v. 2. Pro hoc *Bethſaida* in Græco legitur βηθζαθά, utrumque, t fit in talibus, minus exactè ad ſonum ex Hebræo redditum. hoc enim a ſcribitur בית־חסדה Beth-Cheſeda, id eſt, domus ſivè locus graæ aut miſericordiæ, Divinæ vel humanæ: Divinæ in curatione lanuentium, quam ibi Deus poſt aquæ motionem operabatur; humanæ in

in hoſpitali exceptione cœcorum, claudorum, aridorum, & alijs afflictorum malis, qui porticibus quinque ad id paratis, ſive aulis oblongis ſtructis, inſtructiſque ad uſum ęgrotantium, ad formam Noſocomiorũ noſtratium, humanè ac clementer habebantur. חסד *Cheſed* ipſa radix, benignitas, gratia, miſericordia. Eſt ergo iſtud *Betſaida*, aut potiùs *Bethheſeda* longè diverſum à Civitate Petri & Andręæ, quę Hebraicè בית צידא *Beth-tſaida* vocatur, hoc eſt domus ſive locus prędę venationis aut piſcationis.

¶ XVI. BOANERGES.

Ita redditur Latinis literis Marci iii. 17. nomen Hebraicum vel Syriacum, quod Chriſtus impoſuit Iacobo & Ioanni duobus filijs Zebedæi. Difficile eſt agnoſcere formam Hebraicæ originis in hoc nomine Græcis & Latinis literis ſcripto. nec mirum aut rarum eſt in ſimilibus, ejuſmodi mutationes exiſtere. Paucis dico: videri hebraicè ſic ſcriptum fuiſſe hoc nomen: בנידהרגש *Bene-harges*, vel בנידהרעש *Beneharhes*. רגש *ragaſc* eſt *tumultuari, ſtrepere.* unde facile fuit illo tempore quo Chriſtus inter homines verſabatur, invaluiſſe in Syria ut tonitru רגש *regheſc* diceretur, tametſi in ſcripturis hebraicis iſta vox tali notione non reperiatur. Notum quid ſonet Pſal. 11. רגשו גויים *raghescu goyim*, quod rectè vulgatus vertit *fremuerunt gentes*: fremitus autem ac fragor quidam eſt tonitru, & ſtrepitus Olympi, ut Poeta loqui-

Virg. 13. Georg.

tur, Quod ſi minus placet, præſtò eſt alia radix רעש *rahaſc*, vel רעם *rahas*, quæ ſonat concuti, commoveri, contremiſcere. ex qua quis non videt quàm prona & commoda ſit propagatio nominis βροντὴ, *tonitru*, ſignificantis. nam quod γ græcè, & g. latinè τῷ γ ſubijcitur, non abhorret ab uſu. inſolitam enim ac vehementem illam hebræę gutturalis hujus aſpirationem multi, ut eſt notum, per gamma Gręcum ac g. Latinum efferunt. Porrò in prima ſyllaba vocabuli *Boanerges* catachreſis agnoſcenda quędam eſt, aut enallage τῆ ο, pro ε. Alpha verò, ſivè A, ſecundæ ſyllabæ ex ה he demonſtrativo deduco, non ſine exemplis. nã pleraque nomina fœminina in ה hebraicè deſinentia, Latini & Græci in A terminant. putoque interveniſſe trajectionem literæ N, quæ ſi loco ſuo eſſet *Benearges* potiùs ſcriberetur. Fruſtra eſt Druſius, qui à רעם *raham* deducendam eſſe vocem *Boanerges* obſirmatè perpendit. immanis enim mutatio inducenda eſſet, nulla veriſimilitudine, nulla neceſſitate.

¶ XVII. CÆCI & CLAVDI.

Matthæi xxi. 14. *Et acceſſerunt ad eum* (Ieſum) *Cæci & Claudi in Templo, & ſanavit eos.* Non mihi facilè perſuadebitur otioſam hanc hoc loco & quaſi fortuitam eſſe Templi mentionem, atq: in eam partẽ incum-

cumbo, ut ſuſpicer: alluſum iſta hic memorata cœcorum & claudo-
m *acceſſione* ad Ieſum *in Templo*, ad vetus adagium, quod lib. ii. Regum
p. v. 9. recitatur his verbis: *Idcirco dicitur proverbio: cœcus & claudus*
n intrabunt in Templum. Puto autem, ut ſunt pleraque Proverbia
ıigmatica, per hoc arcanò deſignatam excluſionem Gentium à Sacris
daicis. Gentiles Hebræi meritò cœcos exiſtimabant, præeunte ad hoc
is oraculo Iſaiæ cap. lx. 2. *Quia ecce tenebræ operient terram & caligo po-*
los &c. unde miſeri non cernerent metam veræ felicitatis quò tenden-
ndum eſſet; nec quibus eò progrederentur pedes haberent. Niſi fortè
ecorum vocabulo propriè Gentes avitis ſuperſtitionibus hærentes ſi-
ificarentur; Claudi verò dicerentur Hebræi apoſtatę & idolatræ: quam
bis notionem Elias Propheta ſuggerit iii. Reg. xviii. 21. Baalis cùlto-
Iſraelitas ſic alloquens: *uſquequo claudicatis in duas partes*? quales cũ
ilò minus quàm Gentiles Sacris arcerentur, ſtat rata ſua Proverbio
oritas & fides: *cœcus & claudus non intrabunt in Templum*: hac vera
tentia: *neque Gentilis* idololatra, neque Iſraelites apoſtata partem ha-
bant in communione Sacrificiorum, aut cerimoniarum Iudaicæ reli-
nis. Quia verò Chriſtus venit vocare peccatores ad pœnitentiam &
ntes ad fidem ac ſpem ſalutis, juxta Prophetiam Ieremiæ cap. xxxi, 7.
c dicit Dominus: *Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contrà caput Gen-*
n: perſonate & canite, & dicite: Salva Domine populum tuum, reliquias
el. Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extre-
terræ; inter quos erunt cœcus & claudus. Chriſtus idem jam nunc id
ſterium adumbrans, cœcos & claudos intra Templum admiſſos ibi
averit: non parabolis ſolùm (quod ſæpè faciebat) ſed factis etiam
ſticam ſignificationem ſub externi operis cortice celantibus, reproba-
nem contumacium Iudęorum, & admiſſionem in eorum locum con-
ſarum ad fidem Gentium prænuncians. A quo non videtur abhor-
e quod hæc cœcorum ac claudorum curatio in Templo ab eo facta
itur ſtatim poſtquam *ejecerat*, ut Matthęus ait, *omnes vẽdentes & emen-*
in Templo; hoc eſt Iudęos prophanatores veræ religionis; in quo-
n locum juſtę viudictę flagellis foras abactorum, cœcos & claudos à
curatos, hoc eſt Gentes ad ſe converſas introduxit in adyta verę reli-
nis, liberans fidem vaticinij Michęę cap. iv. 6. *In die illa dicit Domi-*
. congregabo claudicantem, & eam quam ejeceram colligam, & quam af-
eram, & ponam claudicantem in reliquias, & eam quæ laboraverat in
tem robuſtam: & regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc
uſque in æternum. Quem locum exponens vetus autor Heſychius,
us commentarium in duodecim Prophetas manuſcriptum penes me
eo, claudam illam hic memoratam, quam Septuaginta Συντετριμμέ-
vocant, Eccleſiam vocatam ex Gentibus eſſe ait, in hunc modum
ibens: τὴν συντετριμμένην. τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν. αὕτη γὰρ τῇ πλάνῃ
ἐτρίβησαν, διὰ τοῦτο ἀπέβλητο. *Contritam* (ſive claudicantem) *Eccleſiam*
Gentilibus dicit: ipſa enim errore contrita, propter illum ejecta fuerat.
dem ſpectabat parabola Regis ad nuptiale convivium vocantis Lu-

cæ xiv. 17. qui repulsa vocatorum offensus, in eorum locum cœcos ac claudos introduxit.

Da hic quæso veniam, Lector, non fortè prorsus intempestivæ, certè ut spero non planè inutili, digressiunculæ. Illud quod retuli Proverbium ex libri ii. Regum cap. v. recitatur ibi occasione cœcorum & claudorum arcem Sion obtinentium. Hi dudum crucem sacris Interpretibus fixerunt, ægrè quinam illi tandem essent expedientibus. vidi à multis multa eruditè & argutè in hunc locum dicta. nec improbo aut damno: peto tantùm, ut mihi quoque liceat experiri si quid possim in propè desperatæ perplexitatis nodo solvendo. Locus integer Sacræ Historiæ sic habet: *Et abiit Rex* (David) *& omnes viri qui erant cum eo in Ierusalem ad Iebusæum habitatorem terræ, dictumque est David ab eis: non ingredieris huc nisi abstuleris cœcos & claudos dicentes: non ingredietur David huc. Cepit autem David arcem Sion. hæc est Civitas David. Proposuerat enim David in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas, & abstulisset cœcos & claudos odientes animam David.* Hactenus obscurissimus locus; cujus expositionem primùm in pauca collectam dabo: deinde quibus conjectura mea nitatur argumentis, paulò uberiùs edisseram. Existimo sententiam istorum verborum hanc esse: Iebusæi cum Davidis latè victoris felicitatem metuerent, dederunt operam ut arx Sion, in qua summa & caput ipsorum spei sita erant, præsidio quàm validissimo, quamque ipsis fidissimo teneretur. Conquisitos ergo undique ac magnis emptos præmijs viros fortes, ex ijs maximè, qui privatis injurijs infensi Davidi, & ferè à religione transfugę, nihil nisi certum supplicium non aliter expiabilis, quam morte, noxæ, expectare post deditionem possent. Hi munitionis loci & propriæ contumaciæ fiducia, admoventem sese cum exercitu Regem de loco superiore provocabant: denunciantes ne speraret se umquam cessuros, aut consensuros in compositionem ullam. His David cognitis, cùm prętera videret muros operis longè firmissimi nulla vi machinarum aut arietum impetu posse pertundi, prętiũ proposuit ei qui primus scalis perveniset ad altissimas propugnaculorum pinnas, ipsis tecti turrium supremi imbricibus ac canalibus contiguas, & Iebusæorum milites præsidiarios inde dejicerent: quòd cùm multi essent fortissimè conati, nec sine successu, depulsis è munitione cæsisque custodibus, arx expugnata, in Davidis potestatem venit.

Hęc summa est verę, ut opinor, sententię loci hujus, quam ut, quod nunc restat, rationibus & autoritatibus fulciam. Primùm dico: exigere ac penè loqui rem ipsam: *cæcus & claudos* sonare hoc loco firmos & intrepidos custodes, qui cum obtinerent arcem Sion; & ejus undecumque propugnaculis solidissimis atque altissimis procincti cum armis insisterent, spes erat nulla munitionis ejus potiundę, nisi victis & ejectis ijs. quod fortes David præmio incitati perfecerunt, scalis usque ad pinnas & summas crepidines aggerum tectis ipsis admotorum ausu periculosissimo evecti. Hanc opinor expositionem facilè omnes admittent si ostendam

m unde factum ſit, ut *cæci & claudi*, firmi Preſidiarij & fidi Cuſtodes
cerentur uſu tum vulgato illarum Gentium. Proverbialis ea nimirum
locutio erat: cujus generis apud omnes linguas & Populos permul-
ſunt, quorum fundamenta & principia pleroſque latent, etiam eorum
i uſurpant. & ſanè ex tenuiſsimis ac dictu minimis ſepè rebus ac ca-
us paroemię in celebritatem etiam maximam abeunt. ut videre eſt in
llectionibus & Enarrationibus adagiorum, quas Greci, Latinique
ammatici laboriosè digeſſerunt. Videor autem mihi veſtigium quod-
m originis hujus Proverbialis uſus reperiſſe, fabellam nimirum quam
riſimile eſt circumlatam olim per iſtos Populos fuiſſe Syrię ac Palę-
nę Inquilinos aut incolas. Siquidem antiquiſsimos & παροικοδόμους
valuiſſe quoſdam apud Hebręos Apologos etiam Philo teſtatur in li-
o de Plantatione Noe. En porrò ut Rabbini referant hanc Fabulam,
am occaſionem huic notioni claudorum & cœcorum pro fidis Cu-

dibus dediſſe autumo: מעשה במלך אחר שהיה לו פרדס
נאה מאד וכל מיני פרות נטועים בו ושמרי הגן אכ
הפרי הגן כי הוא טוב למאכל ונחמד למראה ולא י
למצא שומרים נאמנ ימשי שמרו הפרדס ולא י
הפרות לסוף עלה ברעתו והכניס בפרדס קיטע וסו
ואמר כי הקיטע לא יכול לעלות תונליכא אמוסחו כ
יעלה אינו יכול למצא הפרי

ec ex Hebręorum Commentarijs deſcribit Paulus Fagius ad Geneſis
out ii. quæ ſic latinè ſonant: *Contigit ut Rex quidam haberet hortum*
pidò elegantem & amænum; in quo arbores omne genus fructiferæ conſitæ
unt. Cæterum cuſtodes horti fructus omnes abſumebant, illecti ſpecie ipſa
norum, quæ matura ſuavitate coloris oculis blandientia ſalivam gulæ mo-
bant. neque poterat invenire Cuſtodes fideles, qui cuſtodientes Hortum
ſtinerent manum & gulam à fructibus. Ad extremum deliberanti conſul-
m fore viſum eſt, ſi conjungeret in cuſtodia Horti claudum & cæcum. Sic
im ſecum reputans ajebat: claudus non poterit conſcendere arbores: & cæ-
, ſi conſcenderit, non poterit invenire fructum. Hactenus Apologus
tiquus. Ineptus, inquies, quis neget. non tamen ineptior teſtamen-
Porcelli à tàm magnis & antiquis autoribus memorato, & hodie quo-
e celebri. Verſantur quippe & percrebeſcunt in ore vulgi, & cum
lgo loquentium plerumque ſapientum fabellę etiam illepidę ac nu-
toriæ, quæ numquam ſine riſu memoratæ ipſa ridendi ſuavitate fa-
m celebritatemque inveniunt: & uſurpandorũ etiam in re ſeria pro-
rbiorum aut locutionum origines ſunt. Suſpicor igitur ex hac anili, ſed
tuſta, & latè vulgata narratiuncula invaluiſſe, ut שמרים
נאמנ *ſcomerim neemanim*, fidi cuſtodes, והפסחים העורים
uverim vehapiſchim, ſive ut noſter Rabbinus loquitur הקיטעים
והסומאים

Digitized by Google

והסומאים *HaKetaim vehaſomein*, adagiali quadam formula vocarentur. qua utentes Præſidiarij Iebuſæorum ex arce Sion Davidis militibus illudebant. Solent autem ab hoſtibus ad hoſtes vallo diſcluſos ſecurè ac jactabundè loquẽtibus ejuſmodi proverbialia uſurpari. Sic apud Livium lib.xxxiii. Iubellius Taurea Campanus Eques, Equitem Romanum in cava via eum ad certamen ſingulare præſtolantem deſpiciens eluſit, jam tum, ut apparet trito ruſtico adagio: quod hinc in celebritatem majorem abijt: *minimè ſcis*, inquiens, *cantherium in foſſa*. Intelligamus igitur in illis verbis Davidi à Iebuſæis arcem Sion obtinentibus dictis: *non ingredieris huc niſi abſtuleris cæcos & claudos*, hoc ſignificatum: non potieris hac arce niſi incorruptiſſimos, & citra defectionis omne periculum fideliſſimos cuſtodes inde removeris: quod ne poſſis, inexpugnabilis munitio prohibet. quare infecta re irritus redeas neceſſe eſt. Nec abeſt ratio ab hac utcumque mira & inopinata notione nominum *cæci et claudi*, quæ firmiſſimi ac fidiſſimi Præſidiarij dotes egregiè declarant. Hi enim & ad ſpeciem munerum, quibus emitur fides venalis, & ad reverentiam acceptationemque perſonarum cæci eſſe debent, & parati, nulla dignitatis aut gratiæ ullius ratione habita adverſantem quemlibet repellere: ad impreſsionem verò ac vim illatam, claudi: hoc eſt tam præſenti animo & imperterrito, ut numquam fugiant aut loco cedant. Quod autem de iſtis cæcis & claudis additur *eos odiſſe animam David*, & dixiſſe: *non ingredietur David huc*, dat occaſionem ſuſpicandi fuiſſe iſtos Iſraelitas apoſtatas, qui cùm ad ſuperſtitiones Gentium tranſiſſent, aut etiam Davidem privatim læſiſſent, ex conſcientia inexpiabilis piaculi fidem ſuam Iebuſæis commendaverant, ſatis intelligentibus: paſſuros eos potiùs extrema omnia, quã ſe Davidi ad certũ ſupplicium dederent. In Hebræo pro cæcis & claudis, ut diximus, eſt העורים והפסחים *Haiverim vehapiſchim*; poteſt autem in voce עורים *iverim* eſſe paranomaſia alludens cum aculeo ad Hebræorum appellationem עברים *iberim* una tãtùm litera diverſam, quã iſti Transfugæ dehoſtaverãt; cæci potiùs quàm Hebræi propterea dicendi. Claudos autem vocari apoſtatas à vera religione, ſupra docuimus ex iii. Reg. xviii, 21. ubi Elias declinantem à Dei cultu in Baalic ſuperſtitionem, populum ſic increpat ער־מתי אתם פסחים *ad mathai attem poſechim*, *quouſque vos claudi*, vel, *claudicantes*, eodẽ verbo quo prius claudos in loco quẽ tractamus, appellatos vidimus. Sed jam nos Evangelio reddamus.

¶ XVIII. CANANÆVS.

Cognomen Simonis Apoſtoli Matthæi x. 4. Marci iii. 18. nec eſt Gentile, ut multis locis veteris fœderis pro nepotibus, aut poſteris Chanaan, cultoribus Chanaanitidis. tum enim ſcriberetur cum c aſpirato, Græcè cum χ; ſic enim Septuaginta literam primam nominis Hebræi כנען *Chanaan* reddunt Gen. ix. 16. & alibi, quod vulgatus conſtanter imitatur, ſemper Chanaan cum C. aſpirato ſcribens. unde intelligimus hoc nomen

Digitized by Google

omen per C. ſimplex ſcriptum ex alia radice propagari, quam innuit ucas Evangelij cap. vi. 15. & Actorum i. 13. dum Simonem hnnc Zeoten cognominat, digitum intendens in vocem Hebraicam קנא *Cana*, nde eſt uſitatum קנא *Kinne*, quod ſonat *zelotypum eſſe*.

¶ XIX. CARO & SANGVIS.

In illis Chriſti verbis ad Petrum Matthæi xvi. 17. *Caro & ſanguis non volavit tibi, ſed Pater meus* &c. adverſativa; *ſed*, ſatis indicat τὸ *caro & anguis* circumlocutionem eſſe hominis. quam fuiſſe uſu vulgaris ſermonis ibi popularis tritam intelligimus ex multis Rabbinorum veterum ocis. unum tantùm hic adſcribam ex *Midraſc Berechit* pag. 2. col. 2. בנוהג שבעלם מלך בשר ודם מתקלס במדינה, hoc eſt, *e conſuetudine hujus mundi Rex caro & ſanguis laudatur in Provincia*. i *Rex caro & ſanguis* ſignificat *Rex homo*: ut intelligitur ex oppoſito membro per *ſed* adverſativam ſimiliter ut hic, inchoato: אבל הקדוש ברוך הוא, *ſed Sanctus Benedictus* (hoc eſt Deus) *ipſe* &c.

¶ XX. CEPHAS.

Ioan. i. 43. Chriſtus Simoni dicit: *tu vocaberis Cephas*. Hebrea eſt, t potiùs Chaldæa vox כיפא *Cepha* à radice כיף unde lgitur כפים rem. iv. 29. & Iob xxx 6. voce utrobique *petras* ſignificante: quam eo intelligimus è nominativo ſingulari כף *ceph* petram ſignificante iere. cui ſi addatur Aleph finale Syrorũ fiet *cepha* ſive *cephas*. Mior ſcriptum ab Eraſmo: Hieronymum negare *cephas* hebręum eſſe verum; ſed Syrum, & apud eos ſonare ſolidum. Ego contrarium apud ieronymum reperio, in epiſtola ad Galat. cap. 1 1. ſic ſcribentem: *quam os latinè & græcè petram vocamus hanc Hebræi & Syri propter linguæ inter ſe viciniam, cepham nuncupant*.

¶ XXI. CENTVM QVINQVAGINTA TRES,

Quærenda videtur hujus numeri tam ſubtiliter ac minutè prętер moum deſignati ratio Ioan. xxi. verſ. 11. ubi de piſcibus agitur ab Apoſtos captis, & a Petro tractis in terram. Docet S. Auguſtinus Tractatu in um locum, ſagenam ibi memoratam figuram fuiſſe triumphantis Eccleſiæ, ſive congregationis omnium electorum in Beata Civitate Ierulem cœleſti; in quam quia tranſcribendi ſunt aliqui ex omni prorſus enere, conditione, ſorte ac ſtatu hominum, ad hoc indicandũ adhibeer numerus piſciũ centum quinquaginta trium: quoniam totidem recẽntur piſcium ſpecies, vt eruditè, ac eleganter diſſerit S. Hieronymus omment. ad Ezech. lib. xiv. ad cap. xlvii. illius Prophetæ, & ad illa ejus rba: *Plurimæ ſpecies erunt piſcium ejus*.

¶ XXII.

Digitized by Google

¶ XXII. CONGILIVM.

Matth.v.22. *Qui dixerit fratri ſuo Raca, reus erit concilio*. Eſt hic gradus reatus ſuperior prius memorato reatu iudicij, & viciſsim inferior reatu gehennæ, qui ſummus eſt omnium. Habent hi ordines ſive gradus tres aliquid non obvium Lectori ad primum occurſum, quod hic declarare conabimur. Etſi autem concilij ſolius, hoc eſt gradus ſecundi, ordo Gloſſarij explicationem hoc loco poſcebat: agam tamen de duobus quoque alijs, quia cùm omnes invicem referantur, non facilè unum ſine cęteris intelligitur. Deſcribamus ante omnia totum iſtum ex Mattheo locum. Sic ergo habet cap.v.21. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis; non occides; qui autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio: qui autem dixerit fratri ſuo, Raca, reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.* hæc ibi. Oſtendens in his Chriſtus excellentiam ſuæ Legis Evangelicę ſupra veterem, ait: eam pœnam, quę ſumma erat conſtituta Lege veteri homicidio, à ſe decerni primæ eruptioni voluntariæ irę injuſtę, intra ſolam adhuc conſcientiam latenti, nec exerenti ſe vel per verba: quæ verò ſecunda erat nota Hebręis pœna gravior, eam ſuo judicio deſtinari primę ac leviſſimæ contumelię verborum, in quam ira injuſta voluntariè animo concepta proruperit. Quod ſi eadem impotentiùs ruens uſque ad atrox maledictum, voce *fatue* expreſſum pręcipitaverit, declarat ei ſe flagitio præſcribere pœnam divino judicio poſt mortem infligi ſolitam noxijs animabus ſceleratorum ante pœnitentiam inexpiatis vitæ maculis decedentium; quæ erat ignis inferni. Tria ergo Tribunalia diſtinguit Hebræis tunc partim ex uſu pręſenti, partim ex Scriptura & Traditione nota; diſtinguit & pœnas ab unoquoque Tribunali decerni ſolitas: quas ipſa Tribunalium mentione in duobus primis tacitè innuit: in tertio pœnã diſertè memorat, Tribunal ipſum clarè non exprimens. Erant in Republica Iudęorum per ſingulas conſtituti civitates conſeſſus Iudicum numero trium & viginti, ad quos cauſæ de vi, rixarum, vulnerum, & cędium judicia deferebantur. hi convictos reos, capitis damnabant, & in eos animadvertebant gladio. Erat & Ieroſolymis unum Gentis totius primarium Concilium, vulgò Synedrium græco nomine vocatum, ex ſeptuaginta duobus quà Sacerdotibus, quà Legis-peritis, quà genere, autoritate, ſapientia eminentibus in tota gente, ac talibus multa conquiſitione, maturoque experimento probatis, conflatum. ad cujus cognitionem cauſæ majores, caput ipſum publicę ſalutis aut Religionis Sanctitatem ſpectantes, pertinebant. Hi convictos, impietatis pręſertim ac blaſphemię, eos qui accuſabantur, lapidatione damnabant: quæ pœna in illa gente cenſebatur humanarum & legitimarum graviſſima, De primo conſeſſu agitur Deuteronomij xvi. 18. his verbis: *Iudices & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per ſingulas Tribus tuas, ut judicent populum juſto judicio.*

Et

Et libri ejuſdem cap.xxi. ipſo principio : *Quando inventum fuerit in terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, hominis cadaver occiſi & ignorabitur cædis reus, egredientur majores natu & Iudices tui* (illi nimirum, quos cap.xvi. verbis modò deſcriptis indicarat, quibus jus erat cognoscendi de vi) *& metientur à loco cadaveris* &c. Horum Iudicum numerum in Scriptura non præſcriptum, fuiſſe trium & viginti, conſtanter affirmant Rabbinorum libri, & habetur pro indubitato : nam quod aſſerri contra poſſet ex Ioſepho ad ſeptenarium hos numerum viſo redigere, optimè conciliatur cum communi ſententia ab Hugone Grotio ex eodē Ioſepho obſervante : ſeptem hos Magiſtratus duos ſubtem quemq; Aſſeſſores eligere ſolitos: quo modo ad unius & viginti capitum ſummam collegium excreſcebat : quibus duos facilè potuit uſus publicus adjungere, ut, qui conſtanti teſtimonio Scriptorum certus & notus habetur, trium & viginti numerus extaret. Hic cœtus propriè *Iudicium*, græcè δικαστήριον, hebraicè דין *din* nuncupabatur : ſicut & Senatus major duorum ſeptuaginta, de quo mox agemus proprio vocabulo, Cōcilium, græcè συνέδριον, & hebraicè, ex græco ſumpto verbo, סנהדרין *ſinedrin* vocari erat ſolitus. quamquam hęc interdum permiſcebantur. ut ſynedrium quoque magnum דין *din*, hoc eſt *Iudicium* diceretur : vicißim Senatus illi minores civitatum ſingularum *Concilia* interim, ſive ſynedria vocata reperiantur. ſed hæc rariora ſunt. vulgò autem cum *Iudicium*, aut *Concilium* ſimpliciter memorantur, primo verbo collegium minus viginti trium, ſecundo majus & ſingulare in tota gē ſeptuaginta duum ſeniorum intelliguntur. Similiter Senatorum nomen utriſque commune erat : ut de minori collegio intelligitur ex cap. xxi. Proverb. 23. de Muliere forti : *Nobilis in portis vir ejus quando ſederit cum Senatoribus terræ*. nam hi Iudices forum habebant *in portis civitatum*. Summa pœna quam decernere poterant, erat mors gladio illata, ut ſummum criminum ad ipſorum cognitionem pertinentium erat homicidium, cui propriè talis pœna conſtituitur Num.xxxv.16. *Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt, reus erit homicidij, & ipſe morietur*. Quamquam autem quo tempore Chriſtus hęc loquebatur poteſtas morte plectendi ablata Iudæis per Romanos fuerat, ut ipſi tentur Ioan.xviii.31. dum ajunt : *Nobis non licet interficere quemquā*. Chriſtus tamen tam de hoc primo confeſſu, quod *Iudicium* vocat quàm ſecundo, quod *Concilium*, ſive συνέδριον, appellat, ex uſu antiquo quitur, qualis extabat in libris ſacris, & conſtanti tot ſęculorum exercitio uſurpatum fuerat : non attendens ad recentem mutationem in eo ſtam. Quamquam nec hæc ipſa talis erat, ut poteſtatem decernendę ortis Iudæis Iudicibus prorſus eriperet ; ſed tantùm executionem ejus ſpenderet, quoad ſententiam eorum Romani Præſides cauſa cognita nfirmarent. Sic enim videmus in Evangelio capto Chriſto, & coram errogato, Magnum Synedrium eum declaraſſe reum mortis ; & mox impetrandam confirmationem & executionem ſententię iſtius ad Pium acceſſiſſe. Si quis porrò antiquiſſimam originem hujus conſeſſus

ac

Digitized by Google

ac Tribunalis primi, ad cognitionem & deciſionem primam cauſarum ac criminum frequentiorum in ſingulis civitatibus poſiti, è monumentis Hebraicæ Reipublicę repetat, reperiet eam, ni fallor, Exodi xviii. v. 17. ubi Iethro Moſis Socer conſilium in primis ſapiens, atque utile Genero dat, eligendi viros idoneos è populo, qui cognitioni quotidianarum litium & querelarum attenderent, cum poteſtate minora definiendi, majoribus Moyſi reſervatis. Hactenus dictum de primo Tribunali, quod *Iudicium* hoc quem tractamus loco dicitur. Secundum ibi Concilium vocatum, Synedrium erat magnum, unicum in tota gente, Ieroſolymæ reſidens; de quo deinceps pauca colligam pro preſenti uſu. Quo tempore fame cogente, & Ioſepho filio vocante, Iacob cum univerſa familia è Chananitide migravit in Ægyptum ejus progenies jam in populum excreſcens ad numerum ſeptuaginta capitum pervenerat, ipſo Iacobo & Ioſepho in ea ſumma non computatis, ut innuit Scriptura Exodi i. 5. his verbis: *Erant igitur omnes animæ eorum qui egreſſi ſunt de femore Iacob, ſeptuaginta: Ioſeph autem in Aegypto erat.* Cùm igitur pervenerunt in Ægyptum, & ibi tunc primùm in gentem ac populum peculiarem coaleſcere ceperunt, duo & ſeptuaginta capita numerabantur. Hujus numeri memoria, ſoboleſcente deinde in multa millia Iſraelis ſtirpe, peculiari prærogativa honorata eſt: conſervato ſemper Collegio ſeniorum ſeptuaginta duum Primorum gentis, qui eam repreſentarent. Ad hos juſſus eſt Moyſes Exod. iii. 16. *Miſſionis ſuæ indicium deferre.* cujus mandati executio cap. ſequenti verſ. 29. redditur. Ac quãquam ibi numerus non exprimitur; Exodi tamen xxiv. 9. referuntur aſcendiſſe montem cum Moyſe, Aarone, & hujus duobus filijs, *ſeptuaginta ſeniores*, ſic, ut ſæpè aliàs, numero rotundo, pro duobus & ſeptuaginta recenſiti, ex antiquo, ſine dubio & ſemper obſervato gentis uſu. Hi quamdiu in Ægypto Iſraelitieus populus manſit, Ius gladij, aut necis inferendæ non videntur habuiſſe: vivebant enim ſub Pharaonis imperio ejus Legibus & Magiſtratibus ſubditi, ad quos vindicta criminum jure pertineret. Ac ne tum quidem cum Maris Rubri tranſitu ægyptia liberati tyrannide ſui juris ceperunt eſſe, ſtatim autoritatem judicandi acceperunt. habebant enim ſupremum moderatorem à Deo datum Moſem, ex cujus arbitrio pendebant. qui ſolus initio per ſeſe cauſas decidere ſolebat; donec Soceri conſilio, ut dixi, obtemperans, prefecit delectos è populo cognoſcendis cauſis minoribus, majoribus ſibi tum adhuc uni reſervatis ſine, ulla participatione Senatus ſeptuaginta virum. quod manifeſtè demonſtratur ex eo, quod eodem cap xxiv. v. 13. & 14. Moſes cum ſolo Ioſue ulterius aſcendens in montis verticem ad hos ipſos qui cum Aarone aderant ſeptuaginta ſeniores, ſic loquitur: *Expectate hic donec revertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiſcum. ſi quid natum fuerit quæſtionis* (majoris videlicet quàm ut decidi poſſit à minoribus Iudicibus jam antea Exod. xviii. inſtitutis) *referetis ad eos.* non autem vos ipſi videlicet dijudicabitis; quippe qui tali utique poteſtate careatis. Poſtea tamen cùm ipſę iſtæ majores cauſæ Moyſis cogni-

Digitized by Google

itioni reſervatę multitudine ac gravitate tales evaſiſſent, ut ijs qua
us erat maturitate digerendis ac finiendis unius, preſertim alijs etiam
cupati, hominis capacitas non ſufficeret; tandemque is quaſi oneri
ccumbens, fateri ſuam infirmitatem coactus fuiſſet, ſic loquens ad
ominum Num.xi. 14. *Non poſſum ſolus ſuſtinere hunc populum, quia*
vis eſt mihi &c. Audivit mox à Domino: *Congrega mihi ſeptuaginta*
os de ſenibus Iſrael, quos tu noſti quod ſenes populi ſint ac magiſtri; &
ces eos ad oſtium Tabernaculi fœderis, facieſque ibi ſtare tecum, ut de-
ndam & loquar tibi: & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, ut ſu-
tent tecum onus populi, & non tu ſolus graveris. Executio mandati,
illapſus ſpiritus in ſeptuaginta viros, qui vocati aderant & in Eldad
Medad duos ex eodem collegio, qui cum deſcripti fuiſſent, non exie-
t ad tabernaculum, narratur mox ibidem à verſu 24. En origo ju-
iariæ poteſtatis Synedrio magno communicatæ: quæ in ea perman-
ſub Iudicibus, Regibus, & per interregna quæ contigerunt, uſque
Herodis Regnum, & poſt illud, redacta licet in Provinciam Romani
perij Iudæa, uſque ad Vrbis & Templi excidium ultimamque diſper-
nem Gentis. Hoc concilium eſt cujus hoc loco fit mentio, cujus cùm
pria eſſet cognitio criminum, præſertim impietatis & violatæ reli-
nis, reis iſtorum convictis pœnam decernebat lapidationis, quæ
hani ſacrilegij comperto irrogata eſt, Ioſue vii. 25. Ea Chriſtus, in-
ia laborans affectatę Divinitatis, dignus judicabatur ab impijs Iudęis,
ides ideò tollentibus, ut jacerent in eum, Ioan.viii. 59. & x. 31. ubi
Chriſto interrogati quam ob cauſam lapidare ſe vellent: reſpõderunt:
bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: quia tu homo cum ſis, facis
ipſum Deum. Quare non eſt dubium quin, ſi Magno Synedrio jure
teri plectendi more ac ritu ſuo quos damnaſſet, uti tunc per Roma-
s licuiſſet, cùm Chriſtum pronunciavit *reum mortis*, Matth.xxvi. 66.
idaturi eum fuerint. quod & Ioannes indicavit cap.xviii.v. 32. ubi
m retuliſſet Iudæos dixiſſe Pilato: *Nobis non licet interficere quemquã.*
ojungit ſtatim: *ut ſermo Ieſu impleretur, quem dixit, ſignificans qua mor-*
ſſet moriturus. Nempè cum ſæpè prædixiſſet ſe exaltandum ut ſer-
ntem in deſerto, & alibi clariùs, crucifigendum. quod ut adimple-
ur, oportuit eum morte affici more ac ritu Romanorum. Iudæi enim
n crucem ipſi decreviſſent; ſed lapidationem.

Præter hæc duo Tribunalia humana, notum erat Iudæis tertiũ mul-
omnium formidoloſiſſimum, Divinum. quis enim eorum ignorare
terat id oraculum quo Salomon ſuam illam celeberrimam concionẽ
ro Eccleſiaſtæ perſcriptam concluſerat & quaſi obſignaverat: *Cuncta*
e fiunt adducet Deus in judicium pro omni errato &c. ut omittam alia
rmulta ſimilis ſententiæ Prophetarum loca. Porrò illud quoque de-
ratum ipſis erat, pœnam iſto Divino judicio noxijs convictis infligi
itam ignem eſſe inextinguibilem & ætẽrnum. unde eſt illud Iſaiæ
xiii. 14. impios deterrentis à peccando: *Quis poterit habitare de vobis*
n igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?

Christus autem hoc maximè agebat sermonibus ad Populum & Discipulos suis, prout ex Evangelio passim constat, ut istam pœnam & ejus metum inculcaret: *Nolite*, inquiens, *Timere eos qui occidunt corpus* (Iudices videlicet minoris majorisve Tribunalis jam declaratorum) *sed potius eum timete qui potest animam & corpus perdere in gehennam*. Mat. xx. 28. gehennæ vocabulum æterno inferorum incendio designando usitatum Christo fuisse, interim sumo, id suo postea loco clarius demonstraturus. qui ergo Matth. xxv. 41. memoratur ignis æternus, in quem à Iudice mittuntur immisericordes: & infernus, in quo sepultus dives Epulo cruciabatur in flamma, Luc. xvi. 22. & 24. gehenna est hic memorata à Christo Domino. Iam resumamus verba, quæ declaratum imus. Reus judicij is dicitur, qui est obnoxius pœnæ capitali, gladio inferendæ. Reus concilij, merito blasphemiæ aut sacrilegij addicendus lapidationi. Denique reus gehennæ ignis, qui moriens in peccato gravi, audit à Deo Iudice: Ito in ignem æternum. Significat ergo Christus peccata etiam venialia, qualia sunt, eruptio iræ non cohibitæ, & odium animo conceptum sine voluntate damni gravis inferendi: & eatenus tantùm efficax, ut linguam expediat in prolationem verbi non graviter injuriosi; talia, inquam, peccata, docet Christus; posse justè à Deo puniri permissione mortis inferendæ gladio, aut etiam atrocioris, qualis per lapidationem & acria tormenta contingit laceratis & discerptis. ubi verò in atrocem contumeliam maledicto acerbo, quale est vocare hominem fatuum, ira injusta proruperit: cùm id non sine peccato mortali gratiam justificantem excludente fiat; qui ejusmodi iræ impetu confuque volens abreptus fuerit, declarat Christus reum esse gehennæ ignis; hoc est dignum æternis inferorum supplicijs. Observo hic in tribus supra memoratis gradibus anathematis Iudaici *niddui*, *cherem*, & *maranatha*, non obscuram posse animaduerti allusionem ad tria hoc loco explicata Tribunalia; & ab ipsis infligi solitas pœnas. *Niddui* enim excommunicatio minor, mortem civilem infert homini, separando eum à commercio & consuetudine etiam domesticorum, prout ibi declaratum est. *Cherem* eandem mortem circumstantijs horribilioribus cumulat. *Maranatha* denique Divinum instans, post mortem in singula momenta inevitabiliter imminentem, judicium denuncians, ignis sempiterni terrorem admovet. Denique admoneo ex modò dictis pendere explicationem loci obscurissimi, & passim vexatissimi Ioan. xvi. 8. *Cùm venerit ille (Paraclitus) arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio*: prout inferiùs demonstrabimus verbo *Iustitia & Iudicium*.

¶ XXIII. CRVX.

Cùm Christus Dominus Matth. x. 33. xvi. 24. Marc. viii. 34. Luc. ix. 23. eos qui Discipuli ejus esse voluerint, jubet Crucem quemque suam tollere, & sic ipsum sequi, manifestũ est Crucis vocabulo, non patibulum ligneum,

Digitized by Google

neum, sed aliud quidpiam symbolicè designare. Id quale sit non
us, quod viderim, clariùs simul & breuiùs explicat quàm Nilùs Rho-
us Metropolita, Græcus Scriptor, in Oratione pereleganti quam edi-
t, in laudem Sanctæ Matronæ Virginis Chiensis, cujus typis non ex-
sæ copiam mihi fecit humanitate sua solita Illustriss. Leo Allatius. ibi
utor ille pag. 6. cùm dixisset: Sanctam Matronam sublata in hume-
s Cruce, Christum verè ac strenuè secutam; statim subdit: Τί δὲ ὁ σταυ-
; *Quid autem est Crux?* moxque respondet: ἡ ὁλοσχερὴς ἀποστροφὴ τῆς
ῥαστώνης ζωῆς· καὶ ἡ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀκινησία· καὶ ἡ τελεία τῶν παθῶν ἀπο-
κρωσις. *Auersio plena à voluptatibus vitæ; immobile decretum non pec-
ndi, & perfecta cupiditatum mortificatio.* Post quæ tria adjungit: τούτων
ἁπάντων ἐμφαντικὸς ὁ σταυρός. *hæc enim omnia Crux significat.* prout sin-
latim fusè ac disertè declarare pergit Orator ille multùm accuratus &
gans.

¶ XXIV. CYRINVS.

Luc. ii. 2. *Hæc descriptio prima facta est à Præside Syriæ Cyrino.* Hujus
nomen hic in Græco scribitur Κυρήνιος, quod sic propiùs accedit ad
manum ipsius proprium vocabulum. Est enim hic Publius Sulpi-
s Quirinius sæpè memoratus Tacito, secundo & tertio Aunalium,
etiam Actorum ejus summam colligens, docet eum: *impigrum mi-
e, & acribus ministerijs consulatum sub Divo Augusto, mox expugnatis
Ciliciam Homonadensium Castellis, insignia triumphi adeptum, datum-
Rectorem C. Cæsari Armeniam obtinenti.* quæ non frustrà descripsi-
us. Ex his enim apparet in gratia eum, & existimatione præcipua
ad Augustum fuisse: ut jam appareat causa cur ei Iudęę cēsum com-
serit; pręsertim in finitimis Syriæ locis diù versato per occasionem
li Ciliciensis. Hic igitur ab Augusto extraordinariè missus in Syriam,
o tempore illam Sentius Saturninus gubernabat, ad censum ibi con-
ndum, anno Iuliano 45. descriptionem Iudææ fieri jussit eam; cujus
casione Iosepho cum Beata Maria Bethleemum profectis, Christus ibi
us est extremo Decembri, ac mox Kalendis Ianuarij Anni Iuliani 46.
cumcisus, & Iesus vocatus. ex quibus Kalendis procedit æra Chri-
na, cujus nunc annum numeramus millesimum sexcentesimum se-
gesimum tertium. Primus autem fuit Iulianus 46. eodem inchoans
, quo item Magistratum inierunt Consules C. Cæsar, & Æmilius
ulus: fuitque idem annus Augusti 45. urbis conditæ 754. Olympia-
centesimæ nonagesimæ quartæ adhuc currente anno quarto. sed O-
mpiadis centesimæ nonagesimæ quintę anno primo ęstate proxima
hoando. Periodi Iulianæ ineunte anno 4714. Accuratè porrò San-
s Evangelista hanc descriptionem primam à Quirinio factam admo-
, ut eam ab alia distinguat post annos decem ab eodem facta, de
a Iosephus lib. Antiquitatum xvii. extremo hæc habet: Τῆς δὲ Ἀρχε-
χώρας ὑποτελοῦς προσνεμηθείσης τῇ Σύρων, πέμπεται Κυρήνιος ὑπὸ Καίσα-

ρος, ἀνὴρ ὑπατικὸς, ἀποτιμησόμενος τὰ ἐν Συρίᾳ, καὶ τὴν Ἀρχελάου ἀποδωσόμενος οἶκον. hoc est: *At regione, quæ sub Archelai ditione fuerat, vectigali contributa Syriæ, mittitur Quirinius à Cæsare, vir consularis, tributi pensitationem censu habito taxaturus per Syriam, & ipsam Archelai venditurus domum.* Prima ergo descriptio mera fuit ἀπογραφὴ sine indictione vectigalis. Vivebat enim tunc Herodes Magnus, cui Regnum Iudæę Romani semper immune liberumque reliquerunt. Ac ne Archelao quidem ejus filio toto decennio regnante, quidquam inde exegerunt tributi nomine; quoad, ut hic docet Iosephus, eo Romam vocato, ac mox in exilium Viennam misso, Regnum ejus vectigale Cæsari factum est, Quirinio eò remisso, qui non jam solùm capitum numerum describeret, ut prius fecerat, sed vectigal præterea pendendum indiceret. Quæ novitas Iudæ Galilæo rebellandi occasionem dedit, ut initio libri xviii. Iosephus memorat: cùm prima descriptio, quippe innoxia, neminem moverit, ac propterea non digna memoratu visa, à Iosepho præterita fuerit. unde prorsus vanum & enerve duceretur argumentum ad eam negandam: cũ præsertim ejus Acta diù postea publicè custodita, Iustini Martyris, Tertulliani, imò S. Ioannis Chrysostomi tempore, adhuc omnium oculis exposita fuerint, ad magnam Evangelicæ fidei confirmationem. quare ista gravissimorum Scriptorum hic describere testimonia tanti visum est. Sanctus ergo Iustinus Martyr Apologia ii. pro Christianis, quam Antonino Pio nuncupavit; fermè sub medium, cùm recitasset vaticinium Micheę prædicẽtis nasciturum Christum in Bethleem Iudę, hęc subijcit. Κώμη δέ τις ἐστὶν (ἡ Βηθλεὲμ) ἐν τῇ χώρᾳ Ἰουδαίων, ἀπέχουσα σταδίους τριάκοντα πέντε Ἱεροσολύμων, ἐν ᾗ ἐγεννήθη Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἐκ μαθεῖν δύνασθε ἐκ τῶν ἀπογραφῶν γενομένων ἐπὶ Κυρηνίου τοῦ ἡμετέρου ἐν Ἰουδαίᾳ πρώτου γενομένου ἐπιτρόπου. hoc est: *Est autem Bethleem Pagus quidam in regione Iudæorum, distans stadijs trigintaquinque Ierosolymis, in quo Christus natus est, ut discere potestis ex Tabulis census acti à Quirinio vestro Primo in Iudæa Procuratore.* Ita Iustinus. Primum Romani Imperatoris in Iudæa Procuratorem Quirinium rectè vocans: non quod tunc cum censum illum, sive descriptionem primam egit jussu Augusti, Procurator Iudæę fuerit. regnabat enim tunc ibi pleno per Romanos jure Herodes, cui mortuo successit in Regno Archelaus. Sed eò respiciens, quod decennio post initum ab Archelao Regnum contigit: nempe Archelaum à Tiberio Cæsare citari Romam, & postmodum in exilium pelli: mitti verò rursum ab eodem Quirinium in Iudæam, ut eam vectigalem factam Syriæ contribueret, & ipsam Archelai domum venderet, ut ex Iosepho retulimus. Tunc enim Procurator primus Romanorũ in Iudæa facta Imperij Provincia Quirinius fuit, idem qui decennio ante priorem descriptionem sine indictione tributi jussu Augusti fecerat ibidem.

Tertullianus libro adversus Iudæos post medium pag. 219. edit. Rigaltij, sic scribit: *Neque enim ulli hominum universitas spiritualium documentorum competebat, nisi in Christum flori quidem ob gratiam adæquatum, ex stirpe autem Iesse deputatum, per Mariam scilicet inde censendum. Fuit*

enim

nim de Patria Bethleem, & de Domo David, sicut apud Romanos in censu descripta est Maria, ex qua nascitur Christus. Idem alibi de hac descriptione per Quirinium jussu Augusti facta, quam ideo vocat *Censum Augusti*, loquens, addit: *Quem testem fidelissimum Dominicæ Nativitatis Romana Archiva custodiunt*. Idem lib. iv. in Marcionem pag. 552. edit. Rialt. *Sed & census constat actos sub Augusto nunc in Iudæa per Sentium Saturninum, apud quos genus ejus* (Christi) *inquirere potuissent*. Quę fit in his verbis mentio Sentij Saturnini, videtur ex ipsis illis, quæ citantur Censualibus Tabulis sumpta. Erat hic Pręses Syriæ, quo tempore missus eò sub Augusto extra ordinem Quirinius censum egit. Fit autem ferè, ut majoribus & ordinarijs Potestatibus assignentur, quę à delegatis in eorum ditione geri contingit. quare in fronte harum Tabularum credibile est comparuisse nomen Sentij Saturnini ut Proconsulis Syriæ, cui Iudæa jam tum contribuenda destinabatur situ ipso ac vicinia terrarum, nisi adhuc esset libera, & sui juris Regem haberet; quamquam & ipsum Romanorum beneficio regnantem & ipsis obnoxium. Perdurasse porro etiam longè post Tertulliani tempora in Tabulario Romano præclarum istud monumentum, & visi à Christianis solitum, ac ostendi Ethnicis ad confirmationem Evangelicę fidei, intelligitur ex Chrysostomo sic de hunc Lucæ locum scribente: ὅθεν δῆλον ὅτι κατὰ τὴν πρώτην ἀπογραφὴν ἐγχθη (Χριστὸς δηλονότι) καὶ τοῖς ἀρχαίοις τοῖς δημοσίᾳ καιμένοις κώδιξιν ἐπὶ τῆς ἡμῶν ἔξεστιν ἐντυχόντα καὶ τὸν καιρὸν τῆς γραφῆς μαθόντα, ἀκριβῶς εἰδέναι τὸν βουλόμενον. hoc est: *Vnde manifestum est Christum natum tempore primæ descriptionis. id quod licet hodieque cuivis volenti perspicere consulendo palàm depositos in urbe Roma codices, quibus tempus descriptionis accuratè consignatum extat*. Videntur hi codices, cum alijs Romanæ Reipublicæ atque Imperij monumentis, flammis Gotthicis perijsse. qui si superessent, non hodie dubitaremus quibus Consulibus, quove Anno urbis conditę Christus natus sit.

¶ XXV. DIDRACHMA.

Matth. xvii. 23. *Et cùm venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non solvit didrachma?* Hæc pecunia exigebatur in usum Templi, juxta legem Exodi xxxii. latam, his verbis: *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis cùm fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram Tẽpli. Siclus viginti obolos habet. media pars sicli offeretur Domino. qui habetur in numero à viginti annis & supra, dabit pretium. Dives non addet ad dimidium sicli, & pauper nihil minuet. Susceptamque pecuniam, quæ collata est à filijs Israel, trades in usus Tabernaculi testimonij, ut sit monumentum eorum coram Domino*. Hæc ibi. Porrò dimidium sicli didrachmo æquipollere docet Iosephus sic scribens: ὁ δὲ σίκλος νόμισμα ἑβραίων ὤν, δέχεται

δραχ-

δραχμὰς τέσσαρας. hoc est: *Siclus autem nummus Hebræorum est, continens drachmas quatuor*. Sed contra hoc in speciem pugnat versio Septuaginta Interpretum in hunc ipsum Exodi locum. Pro illis enim verbis supra descriptis Vulgatę nostrę: *Hoc autem dabit omnis* &c. Græca Septuaginta Senum interpretatio sic habet: καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ δώσουσιν .... τὸ ἥμισυ τοῦ διδράχμου κατὰ τὸ δίδραχμον τὸ ἅγιον. *Et hoc est quod dabunt .... dimidiũ didrachmi juxta didrachmum sanctum.* Hęc conciliantur si quis observet differentiam duarum drachmarum, Atticæ & Alexandrinę, quarum prior usitata Ierosolymis, ut distinctè Iosephus admonet, quarta pars erat sicli Sanctuarij. Posterior duplo major, dimidium pendebat ejusdẽ sicli. quam propterea Septuaginta in Ægypto scribentes, & ideò Ægyptijs usi ponderibus, didrachmum Sanctum appellant, quod Atticis & Incolis Iudææ tetradrachmum est. Cæterùm Attica drachma, ut Veteres magno consensu tradunt, ejusdem erat & valoris & ponderis cum denario Romano, quod valebat non multò plus hodierno iulio. Ex quo didrachmi pretium ad monetam nobis notam revocare facilè fuerit. De hoc tributo duo sunt observanda. Prius personale illud fuisse: hoc est, non domicilij aut soli ratione debitum; sed ipsa nascendi conditione Iudęo cuivis impositum. unde illi erant obnoxij etiam peregrè degentes. Ac quia Iudæi magno numero in cęteris Provincijs atque urbibus vivebant, ex locis ubi domicilium habebant mittere quotannis Hierosolymam soliti erant magnas pecuniæ summas ex didrachmo & alijs Templi iuribus, primitijs, oblationibus, votis redactas; usque ad Gentilium invidiam; querentium exinaniri Provincias, & totum Orbem Iudęorũ Sacerdotibus vectigalem reddi. unde sunt illa Ciceronis in oratione pro Flacco: *cum aurum Iudæorum nomine quotannis ex Italia & omnibus provincijs vestris Ierosolymam exportari soleret, Flaccus sanxit edicto ne ex Asia exportari liceret*. quod rectè illum fecisse defendit. Alterum observatu dignum, est: tributum istud non Regi, Reipublicæ, aut Fisco, sed Deo solutum à Iudęis, Dominum eum suum, seque illi servos sic agnoscentibus. unde in descripta ex libro Exodi lege vidisti scriptum: *Dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino*. Domino, inquam, Deo non homini Principi aut Magistratui. unde Christus rectè colligit immunem sese ab hujus pensitatione tributi; quippe qui filius Dei verus esset, nec legibus aut conditionibus subjaceret, quę status servorum essent propriæ. Hæc sententia est illorum Christi verborum: *Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: ab alienis: ergo liberi sunt filij*. Tamen ne scandalizarentur qui exegerant, solvit Christus quod non debebat, expenso in id statere, æquivalente siclo, quem staterem in ore piscis hamo capti Petrus invenit, de quo pisce (nec remissiunculam Lector invideat) quos lusi versiculos apponam.

Pro Christo iste fide jubet, vademque
Piscis divite promit ore nummum,
Mutus pro Domino perorat Actor:

Sit

Digitized by Google

Sit piſcis licet inſolenſque fandi:
Hic gloſſargyrus argyroſtomuſque eſt;
Huic argentea vox ſonat Patrono.

eterùm, ut de didrachmis abſolvam; ea poſt deſtructum à Tito Tem-
m Veſpaſianus ejus Pater pendi Romano Capitolio à Iudęis ubivis
rarum exulantibus juſſit. Autor Ioſephus lib. vii. de Bello cap. 27. ſic
ibens: φόρ@ δὲ τοῖς ὅπου δίπου' ὄσιν ἰουδαίοις ἐπέβαλε δύο δραχμὰς ἕκασον
ὐλ(ας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς Ὃ Καπιτώλι@ φέρειν, ὥσπερ πρότ@ εἰς @ ἐν Ιερο-
ώμοις νεὼν (ωνεπέλλον. *Tributum autem ubicumque degentibus Iudæis in-*
xit, drachmas duas unumquemque jubens in Capitolium annis ſingulis cõ-
re: ſicut prius in Templum Hieroſolymitanum conferebant.

¶ XXVI. DIES HERODIS.

Matth. ii. 1. *Cùm natus eſſet Ieſus in Bethleem Iuda in diebus Herodis*
is. Luc. i. 5. *Fuit in diebus Herodis Regis*. Dies Regis alicujus, He-
ęę linguæ conſuetudine ſignificant, ſpatium temporis quo quiſq; Rex
us præeſt, ab inauguratione ejus, aut inita poſſeſſione Principatus,
obitum. Hoc oſtendunt illa, quæ tam frequenter occurrunt in libris
gum: *Nonne hæc ſcripta ſunt in libro Sermonum dierum Regum* &c.
ibri duo, quos *Paralipomenon* vulgò dicimus, Hebraicè vocantur
דברי הימ *dibre haiamin. verba dierum*, hoc eſt narrationes Acto-
n cujuſque Principatus. Iudęis Chriſto ęqualibus, aut poſterioribus
ximè illuſtris memoria fuit Regni Herodis ſenioris, propter opes, au-
itatem, diuturnitatem, magnitudinem geſtorum & ſucceſſuum, quę
apud ſuos titulum Magni pepererunt. Is enim viſus eſt Regnum ac
men Iudaicum propè antiquo ſplendori, ſi non Davidicorum ac Sa-
monicorum, ſaltem Oſiæ ac Ioſaphati, temporum reſtituiſſe. quę pro-
ritas ut major deſiderabiliorque videretur, ſecutarum poſt Herodem
mum mutationum infelicitas effecit. Hinc *dies Herodis* Iudęi etiam
eſtitiosè quotannis celebrabant ubicumque forent Gentium, irriſi
nomine à ſatirico Perſio Sat. v. his verbis;

At cum
Herodis venere dies, unctaque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ &c.

od ad Evangeliſtas modò recitatos attinet, preſertim Matthęum, mẽ-
ab ijs facta *dierum Herodis*, ut equidem opinor, digitum intendit ad
eberrimam Prophetiam Iacobi Patriarchæ Gen. xlix. 10. qua diſertè
dictum fuerat *non auferendum ſceptrum de Iuda, & Ducem de femore*
s, donec veniret qui mittendus eſſet, & foret expectatio gentium. Fides,
quam, hujus vaticinij exigebat, ut Meſſias hic indicatus tunc naſcere-
, cùm adhuc Sceptrum, hoc eſt Regia dignitas, in aliquo reſideret
i natus eſſet ex ſtirpe Iudę, famoſę ac celeberrimę inter Iſraeliticas
ibus, Autoris. quia verò ultimus aut penultimus eorum, qui pleno ju-
oteſtatis Regię Iudææ dominati ſunt, fuit hic Herodes ſenior Anti-
patri

patri filius ex Tribu Iudę, diſtinctè notandum fuit Chriſtum *in diebus ejus*, hoc eſt, eo regnante natum. Fingamus autem verum eſſe quod multi dicunt: Herodem fuiſſe Idumæum Alienigenam, nihil ad ullam Iſraeliticam Tribum, nedum ad Iudęam omnium principem, pertinentem, quomodo tunc conſtabat fides Oraculo Iacobi, diſertè pollicenti *non defecturum è Iuda ſceptrum*, hoc eſt Regiam poteſtatem in aliquo è poſteris Iudæ filij Iacobi? In aliquo, inquam, qui non quomodocumque ad Iudę Tribum aggregatus ſit, ſed qui verè ortum traxerit *ex femore ejus*, & naturali generatione ex ejus ſtirpe prognatus fuerit: utique cùm manifeſtum ſit, Sceptrum, ſive Regnum, poſterorum Iudæ ceſſaſſe in Iechonia, ſine liberis, Babylone moriente. Etſi enim ſcimus poſt ſolutam à Cyro captivitatem, & remiſſos in Patriam Iudęos, Zorobabelem ex eadem Iudæ ſtirpe Principatum ibi quemdam habuiſſe, non tamen id Regnum fuit, ſed Magiſtratus Regibus Perſidis obnoxius, nec ad filios hęreditario jure tranſmittendus, ſed ex nutu dominantium pendens. Deſtructa verò poſtea per Alexandrum Macedonem Monarchia Perſarum, Iudęa ipſi Alexandro, & ejus ſucceſſoribus paruit, nemine ibi, ne umbra quidem, aut nomine tenus, regiam exercente poteſtatem. Fuit quidem tempus cùm adjuvante Deo à Iudæis Antiochi Epiphanis tyrannidem non ferentibus, jugum Imperii Gręcorum excuſſum eſt, Ducibus filiis Matathiæ Iuda, Ionatha, & Simone; cujus filius Ioannes Regis titulum & autoritatem non modò ipſe obtinuit, ſed & in poſteros tranſmiſit, regnantes poſt ipſum in Iudęa uſque ad Antigonum, qui ultimus ex Aſſamonæorum, ſive Maccabæorum, familia Rex Iudæę fuit à Marco Antonio Triumviro bello victus & capite plexus in gratiam Herodis, qui Patris & ſuis in Romanos meritis, ſubdoliſque artibus regiam in Iudęam poteſtatem ſibi ſuæque domui eblanditus eſt; quam & in Archelaum filium tranſmiſit in novem dumtaxat annos, poſt quos Archelao in exilium, ubi perijt, ejecto, Iudęa Provincia Romanorum facta, & Syriæ, ut diximus, contributa eſt. Verùm Aſſamonæi è Simone Maccabæo propagati Reges (id quod certò eſt certius) non ex Tribu Iuda, ſed è Levitica, & Sacerdotali Aaronis familia fuerunt. unde & ipſidem exiſtere Sacerdotes ſummi, utraque poteſtate civili & ſacra in ſeſe conjuncta. Dicendum ergo neceſſariò eſt: cum morte Iechonię ceſſavit in Tribu Iudę Regnum; non tamen penitus ablatum; quia reſtituendum familiæ Iudæ in Herode fuerat. quem revera fuiſſe ortu Iudæum teſtatur Nicolaus Damaſcenus Hiſtoricus magni nominis ei familiaris, ut ultrò Ioſephus fatetur; quamquam ipſe longè poſteriùs ſcribens, & odio ſuæ Gentis in Herodis domum obſequens, quòd ea Reges Aſſamonæos oppreſſiſſet, id falsò & adulatoriè jactatum excipiat. Verba Ioſephi hæc ſunt lib. xiv. Antiquitatum cap. 11. Φίλος ὢν τῆς ὑρκανῦ Ιδυμαίᾳ Αντίπατρος λεηλάμῳ, πολλῶν μὲ ἄκπρων χρημάτων, δραχμήν ὃ τὴν φύσιν ὢν ἐκ σατραπῆς, ἀλλοτρίως εἶχε πρὸς ϖ Αριστόβυλον καὶ Αλεξάνδρου, διὰ τὴν τοῦς Υρκανὸν ἔυνοιαν. Νικόλαος μέντοι φησιν ὁ δαμασκηνός, τῦτον ἐξ γένος ὂν τῶν φρσώπων Ιυδαίων, τῶν ὑπ βαξυλωνίος εἰς τὴν Ιυδαίαν ἀφικομένων Hoc eſt:

Amicus

nicus autem quidam Hyrcani Idumæus Antipater nomine, divitijs abun-
ns, acer natura, manu promptus & factioſus, alieno ab Ariſtobulo animo,
verſa ſentiebat in gratiam Hyrcani. Hunc Nicolaus Damaſcenus oriun-
m fuiſſe aut è ſtirpe primorum Iudæorum, qui Babylone in Iudæam rediе-
nt. Hæc Nicolaus affirmabat de Antipatro Herodis Patre, Idumęo
habitationis loco, dicto. Potuit autem æqualis illorum temporum &
miliariſſimus Herodi, perſpectam habere ex certiſsimis monumentis
ram Genealogiam ac Stemma Domus Antipatri, in qua omnes no-
es ſolent eſſe diligentes; preſertim in Iſraelitica gente, in qua Genea-
gicarũ tabularũ per ſingulas etiam tenues familias ſumma ſolebat eſ-
tum conficiendarum exactio, tum cuſtodiendarum fides. Sed ne quis
ius antiqui teſtis ſingularem autoritatem elevet, adjungimus ecce illi
erum. Tomo ix. Bibliorum Pariſijs editorum à V.C. Michaële le Iay
ſt libros Maccabęorum vulgatos, ſubjungitur liber alius Arabicus cũ
erpretione Latina à pag. 799. in quo multa narrantur ex ijs quæ utro-
e Maccabæorum habentur libro, & quædam nova produntur, conti-
ata narratione uſque ad Herodem Regem; cujus Genitor Antipater
ite xxxv. diſertè aſſeritur fuiſſe è Tribu Iuda. his verbis: *Erat Anti-*
er vir de Iudæis ac de filijs quorumdam eorum qui aſcenderant de Baby-
e cum Eſdra Sacerdote. Hæc ibi: quæ multis ex Hiſtoria temporum
rum ductis argumentis & conjecturis fulciri poſſent, ſi vacaret, aut
us eſſet hic morari. Videri poſſunt quæ vir doctiſsimus & diligentiſ-
nus Torniellus in ſuis Annalibus veteris Teſtamenti Anno Mundi
18. num. vii. & ſeq. plurima congerit ad hoc idem adſtruendum. No-
s pro inſtituto quæ diximus, ſatis ſunt: ſupereſtque tantùm ad explen-
m hunc locum, definire quot fuerint hi memorati ab Evangeliſtis
s Herodis quot, inquam, annis ille regnaverit; aut ſaltem quo preci-
anno ſit defunctus. Breviter dico: Regnaſſe Herodem annis triginta
ptem, initio principatus ducto à captis per Soſium Hieroſolymis An-
gono ſublato. hoc eſt: ab anno Iuliano nono, Auguſti octavo, urbis
nditæ 717. Olympiadis 185. anno quarto, Conſulibus M. Agrippa,
L. Gallo: quo tempore ipſe Herodes triceſimum quartum ætatis an-
m inchoaverat. mortuum verò eſſe ſeptuagenarium anno Iuliano 46
uguſti 45. urbis conditę 754. Olympiadis 194. anno quarto nondum
nitus elapſo, ſed poſt paucas hebdomadas locum ceſſuro initiis novæ
lympiadis 195. Denique Coss. Cajo Iulio Cęſare, Nepote Auguſti, &
milio Paulo. Deceſsiſſe autem circa Paſcha lento morbo conſum-
um, circa cujus initium conſpecta eſt Ieroſolymis Ecclipſis Lunę die
. Decembris hora 5. poſt meridiem m. 14. ſ. 44. quę duravit horas 2.
. 41. ſ. 20. ae conſequenter ſtatim poſt Solis occaſum conſpicua cun-
is fuit per horas fermè duas. fuit autem digitorum 7. m. 45. hoc eſt
gitorum ferè octo. quatriduo ante, nempe 25. Decembris Chriſtus
ominus natus in Bethleem fuerat; & triduò poſt circũciſus, Ieſu nomen
cepit ipſis Kal. Ianu. Anni Iuliani 46. Periodi Iulianę 4714. unde pro-
dit initiũ Ærę Chriſtianæ vulgaris, à qua hic annus numeratur 1663.

Digitized by Google

¶ XXVII. DORMIRE.

Ioan.xi.2. Christus ait: *Lazarus amicus noster dormit*. Paulò post: *Dixerat autem Iesus de morte ejus*. Periphrasim mortis per somnum qui propriam putant mortis Iustorum, refelluntur ijs Scripturę locis, quæ Ieroboamum, Baasam, Amri, Achabum, & alios homines impios, & ad extremum impœnitentes, non minus dormisse cum Patribus in morte dicunt, quàm Abraamum & Davidem. Veriùs dicemus esse istum quendam Euphemismum instinctu naturę communis apud omnes ferè gentes usitatum. Amat enim genus hominum, horrore ac pudore quodam innato, tristium & obscœnorum necessaria mentione vicarijs vocibus defungi. Hinc Latini *fuisse* & *vixisse* pro *mori* dicunt. Græci cùm mortuum indicare volunt, *μακαρίτην* vocant. quòd videtur imitatus Persius, dum Sat.iii. sic scribit:

Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis. &c.

Hebręis dormire utrumque usum exhibet. nam & mortis tristitiam & *τῶν ἀφροδισίων* ingratam memoratu fœditatem eo verbo circumloquuntur; ut apparet ex Gen.xxxiv. 33. & 34. Exodi xxii. 16. Levitici xix. 20. xx. 21. locisque alijs sexcentis. Severus Sulpitius ad aliud genus turpitudinis velandum isto vocabulo usus est, dum in Historia referens quod legitur cap. 24. libri primi Regum; *ingressum Saulem in speluncam ad purgandum ventrem*, scribit in ea spelunca dormivisse Saulem: honestè videlicet exprimens rem dictu subturpem.

¶ XXVIII. ELI & ELOHI

Matth.xxvii.46. *Eli Eli lamma sabactani*. Marci xv. 34. *Elohi Elohi lamma sabactani*. Initium est Psalmi xxii. si more Hebræorum numeramus, Latini & Græci xxi. putant. Hunc Psalmum videtur in animo, atque adeo in ore habuisse Christus Cruci affixus, ut solebat Prophetias eventis admovere. Sed quædam diversitas est. Hebręa sic habent: אלי אלי למה עזבתני, *Eli Eli lamma azabtani*; quam lectionem Latina Vetus exhibet, id quod Drusius *a* stomachans Hieroymo imputat. Operæpretium est habere hic specimen Calvinisticæ modestiæ adversus Sanctos Ecclesiæ Patres: *In Latina vetere* (inquit Drusius) *lamma azabtani. lectio à Patre Hieronymo in lib. de Nom. Hebr. stomachum mihi facit Hieronymus, qui tàm temerè solicitet scripturas Græcas. adeone imperitus fuit, ut nesciverit Christum locutum Syriacè. Ex eius officina est Beelzebub & Belial in Libris Latinis*. En quid triobolaris Grammaticus audeat in summum Ecclesiæ Doctorem. Scimus שבק *sabac* Syriacè idem esse quod עזב *azab* Hebraicè. Et fortasse Matthæus locum à Christo recitatum ut jacebat in Archetypis extulit. cùm tamen ipse Christus

a Cap.xiij Comment. Post. ad voces Hebr.N.T.

Digitized by Google

ristus eo modo pronunciaverit quem Marcus expresit, Syriacè ac vernaculè. nisi dicamus; quod facilè potuit fieri, Christum bis idem nunciasse, semel hebraicè, iterum vernaculè.

¶ XXIX. EMMANVEL.

Matth. 1. 23. *Et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpreta-n nobiscum Deus*. nempe ex עם *im* prępositione hebraica equivalen-atinæ *cum*, addito נו *nu* pronomine affixo plurali primæ per-næ; adjunctoque ad extremum אל *El*, quod Deum sonat, confla-unum vocabulum עמנואל *Immanuel*, aptissimum ad designan-

n Deum homini conjunctum in una persona: quale compositum si-ficatur illis Ioannis Evangelistæ verbis: *Verbum caro factum est, & itavit in nobis*. non ergo ὃ *cum* quamcumque pręsentiam, aut con-sationem Dei cum hominibus designat; sed intimam conjunctionē ἑνώσεως ὑποστατικῆς per unitionem, aut (quod usu scholarum inva-) unionem hypostaticam, qua *Sicut anima rationalis & caro unus est o; ita Deus & homo unus est Christus*. ut est in symbolo Athanasij. go ὃ *habitavit*. quod Ioannes hic posuit, non vulgari notione accipiē-n est, quasi sonet commorari in domo; huic enim tunc responderet bum ᾠκησε, quod nequaquam hic ponitur, sed ἐσκήνωσε, à σκηνὴ cor-interdum significante. ut & hic similitudo sumatur à nexu animæ n corpore, ad exprimendam conjunctionem Verbi Divini cum h-u na natura. nec abhorret ab usu etiam Scriptorum Latinorum talis

ificatio verbi *habito*. Sic enim Turnus apud Virgilium Æneid. xi. ancem alloquitur.

Numquam animam talem dextra hac (absiste moveri)
Amittes: habitet tecum, & sit pectore in isto.

¶ XXX. ENCÆNIA.

Ioan. x. 22. *Facta sunt Encænia Hierosolymis, & hiems erat*. Hoc fe-n erat anniversarium dedicationis Templi. Triplex autem in Scrip-s reperitur ejusmodi solemnitas olim instituta. Prima iii. Reg. cap. 8. ndo Salomon perfectum à se Templum ingenti celebritate confe-vit, mense Ethanim (ut ibi scribitur vers. 2.) *in solemni die ipse est men-eptimus*, vulgò Tisri dictus, (respondens fere Septembri Iuliano) & us die 23. sed ne hæc solemnitas hoc loco intelligatur, obstat quod nse Ethanim, sive Septembri nondum est hyems, qualis hic diserte ritur jam fuisse. De alijs ergo duabus utrius hic sit mentio, disqui-dum est: Prior est quæ notatur 1. Esdræ cap. vi. 15. ubi narrata ędifi-one secundi Templi, Cyri jussu perfecta, ait Esdras: *Et compleverunt um Dei istam, usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus ni Darij Regis. Fecerunt autem filij Israel Sacerdotes & Levitæ, &*

Digitized by Google

reliqui filiorum Transmigrationis dedicationem domus Dei in gaudio &c. Mensis Adar Februario respondens, tametsi jam tum annus in Iudæa emergere in ver dicatur, utcumque tamen pati posset conjunctam mentionem hyemis; cùm etiam mense Nisan posteriore frigus Ierosolymis tale fuisse, ut ad ignem se homines calefacerent, certum habeamus ex Ioan. xviii. 18. nisi Encæniorum vox, non tam consecrationem Templi de novo ædificati, quàm ejus prophanati & desolati renovationem sonans, potius indicaret Templi restaurationem à Iuda Maccabæo celebratam primùm per dies octo, à die 25. mensis Casleu, & transmissam in religionem posterorum ritu anniversariæ solemnitatis. narratur res primo Maccab. iv. 57. his verbis: *Et ornaverunt faciem Templi coronis aureis & scutis, & dedicaverunt portas & pastophoria, & imposuerunt eis ianuas, & facta est lætitia in populo magna valde... Et statuit Iudas & fratres eius., & universa Ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis Altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo à quinta & vicesima mensis Casleu cum lætitia & gaudio.* Mensis Casleu in confinia Novembris & Decembris Iulianorum incurrit. & ejus dies quintus vicesimus eo anno præcisè incidit in quartum decimum Decembris nostri, si Scaligero credimus, si alijs, in quintum decimum, quo jam tempore nullum dubium est quin Ierosolymis hyems esset. Observo in loco recitato ex cap. 4. primi Maccab. mentionem esse dedicationis solius altaris, quod solum nempe recens constructum fuerat, ut paulò ante ibi narratur, amoto & sepositio veteri, quòd id fuisset à Gentibus pollutum. quasi videatur sacer Scriptor indicare reliqui Templi nõ dedicationem tunc celebratam, sed ἐγκαινισμὸν renovationem, sive *encænia*. Ioseph lib. Antiquitatum xii. cap. 11. ἑόρτασε δὲ Ἰούδας ἀνάκτησιν τῆς θείας καὶ ναοῦ θυσίας ἐφ' ἡμέρας ὀκτώ. *Celebravit Iudas restitutionem sacrificiorum in Templo diebus octo* &c. accuratè distinguens & ipse dedicationem à renovatione per vocem ἐγκαίνια magis propriè designata. quamquam non ignoro dedicationem etiam primam Templi Salomonici græcè à lxx. Interpretibus verbo ἐγκαινίζειν expressam iii. Reg. viii. 64. & ii. Par. vii. 5. fortè non sine catachresi aliqua, quòd hebraicum חנך *Chanac*, quod sonat dedicare, aliena lingua reddere studetibus, non aliud aptius verbum occurreret; salva tamen ejus magis naturali convenientia cum renovatione prophanati, quam cum dedicatione primùm ædificati Templi, ut est dictum.

¶ XXXI. EPHPHETHA.

Marci vii. 34. *Et ait illi* (Christus surdo) *Ephphetha, quod est, adaperire*, in græco διανοίχθητι. nequis *adaperire* pro præsenti infinitivi positum putet. est enim imperativi passivi. Radix hebræa פתח *pathach*, aperuit, in septima conjugatione Hitpael, התפתח *hithpatheach*, & διάνοιξον χάριν *hithpathach*, *aperi te* sive *adaperire* in jubendi modo. Inde ת thau alterum excidens cõpensatur geminato פ ph, unde est הפתח. Iam ח mollitur in א usu Syriaco, ut sine aspiratione rectè scribatur græcè

græcè latinèque *ephphetha*. Videri poteſt non ſine myſterio retentam ab Evangeliſta hoc dumtaxat loco, quam Chriſtus tunc uſurpavit hebreã vocem. An hoc dicamus factum, ut indicaretur primam inter omnes hebraicam linguam aperuiſſe hominum aures ad fidem, prolatis per eã primùm, & in ſcripta miſſis Divinis oraculis?

¶ XXXII. FILIVS HOMINIS.

Paſſim in Evangelijs Chriſtus ſeſe appellat *Filium hominis*. Sic eum iam Daniel vocaverat cap.vii. 13. *Et ecce in nubibus cæli quaſi Filius hominis veniebat*. Proprium hoc igitur velut nomen Chriſti eſt. unde Origenes id vocabulum Ezechieli & Danieli tributum exiſtimat propter peculiarem utriuſque cum Chriſto ſimilitudinem. Verba ejus hęc ſunt in Catena nondum edita ad cap.ii.Ezechielis. ὅσον ἐφ' οἷς μεμνήμεθα, συνεχέστατα μὲν ἐν ὅλῃ τῇ προφητείᾳ ὁ υἱὸς ἀνθρώπου, λέγεται πρὸς τὸν Ἰεζεκιήλ, σπανιώτερον δὲ ὁ πρὸς τὸν Δανιὴλ, ὧν ἑκάτερος ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τύπος ἦν τοῦ πρὸς ἡμᾶς αἰχμαλώτους ἡμᾶς ἐξελευθότος Ἰησοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. *quantum meminimus frequentiſſimè per totam prophetiam compellatur Ezechiel illa voce fili hominis, rarius autem Daniel. quorum uterque in captivitate figura erat eius qui ad nos captivos venit Ieſus Saluator noſter*. ſic Origenes. Rectè item Theodoretus in eadem Catena iſtam appellationem ad depreſſionem & humilitatem pertinuiſſe obſervat; ſic ſcribens: τὸν ἄνθρώπου προσαγορεύει μονονουχὶ λέγων μὴ ὑπολάβῃς τῆς φύσεως, θεωρίας ἀξιωθείς, ἀλλὰ γνῶθι σεαυτόν. *Filium hominis appellat, tantum non dicens: ne obliviſcaris naturæ, viſione dignatus: ſed noſce teipſum*. Hęc ille. Verùm præter admonitionem naturę, ex uſu peculiari Hebręorum, filius hominis vilem & exiguæ ſortis, nulliuſque dignitatis homuncionem ſonat. unde commendat nobis Chriſtus modeſtiam & humilitatem ſuam iſta ſibi appellatione ſumenda. Neq, verò eguit aut expectavit quemadmodum Ezechiel & Daniel, ut ab alio id ei nomen tribueretur ejus deprimendi gratia; ſed ipſe ultrò aſſumpſit, quippe ſe volens exinanivit, & eum ſtatum egit qui ab Iſaia deſcribitur cap. 53. *Vidimus eum deſpectum & noviſſimum virorum*. Reſtat demonſtrandum ex uſu linguę ſanctę בן־אדם *Ben Adam, filium hominis* dici de perſona vili. Gen.vi. 2. *Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulcræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus quas elegerant*. Rectè veteres Hebręi Scholiaſtæ obſervant ad hunc locum, ijs verbis ſignificari filios Principum cepiſſe omittere ſervatum eatenus morem uxores adſciſcendi dignitate ac nobilitate pares: & unius libidinis ſuaſu mulierculas vilis generis ac ſortis infimæ ſola forma commendatas adſciviſſe conjuges. Aquila Græcus Interpres pro *Filij Dei, Filios Deorum* reddit: quod ex ejus mente declarans Theodoretus, Catena Græca non edita, in Geneſin: docet, Enoſum Sethi filium Adami Nepotem propter præſtãtem pietatem & virtutem, Deum nominatum. nam quod vulgatus habet de Enoſò Gen.iv. 26. *Hic cepit invocare nomen Domini*: Aquila ex Hebręo ſic interpretatur: τότε ἤρξατο τοῦ ὀνομάζειν ἐν ὀνόματι Κυρίου,

Κυρίε, *Tunc cepit cognominari in nomine Dei*, quod declarans Theodoret. ἀντὶ τῆς ὁ λόγος, ὡς διὰ τὴν εὐσέβειαν ἔτυχε πρώτος τῆς θείας προσηγορίας παρὰ τῶν συγγενῶν ὠνομάσθη Θεός· ὅθεν καὶ τότε φασὶν οἱ Θεοῦ ἐκγεγράφθαι, *Significatur his verbis, propter eximiam religionem hunc primum divinam appellationem consecutum, & à cognatis Deum nominatum, unde qui ex eo sunt orti, filij Dei dicebantur*. Vides, nobilitatem eximiam familiæ primariæ appellatione ista *Filiorum Dei* designatam: indeque à contrario potes intelligere, filias hominum dici mulieres è vulgo ac fæce plebis. Symmachus pro οἱ Θεοῦ *Filij Dei* vertit οἱ τῶν δυναστευόντων, *Filij Principum*, hoc est Iuvenes nobilissimi è primarijs orti familijs. Est & insignis locus Psalmo xlix. 3. quo filios hominum dici plebejos manifestè demonstratur. Pro illis Vulgatæ verbis: *quique Terrigenæ & Filij hominum*, Hebræę origines sic habent: גם בני אדם גם בני איש *gam bene Adam gam bene isc*, hoc est: *etiam filij hominis, etiam filij viri*. quibus verbis significari optimates & plebejos, ostendunt verba statim sequentia, idem aliter exponentia more receptissimo linguę Sanctæ, *simul in unum dives & pauper*. nempe divites, *filij viri*, pauperes, *filij hominis* dicti prius fuerant. Nam ne quis suspicari possit prius illud in Hebræo membrum גם בני אדם *gam bene Adam*, *etiam filij hominis*. ad nomen *dives* in secundo commate priori loco positum referri, præcaverunt Septuaginta Interpretes, qui בני אדם ex Hebręo Γηγενεῖς reddunt, ex quibus vulgatus *terrigenæ* posuit. Notissimum autem est ignobiles homines terræ filios vocari. quod præsertim de ijs dictum, qui ex matribus plebeijs nati erant, videtur indicare vulgaris Poëtarum usus, Gigantes terræ filios dicentium. Totam autem fabulam pugnare ausorum cum Dijs Gigantum ex loco superius laudato libri Geneseos obscura traditione manasse, ferè omnes consentiunt. quia ergo Gigantes Genesis vi. 4. potissimum imputantur matribus quasi nihil ex generositate patrum traherent, vilitatem genitricum per omnia referrent, unde illis in solidum imputari videntur illis verbis: *illæque genuerunt. isti sunt potentes à sæculo viri famosi*. velut diceret: geniti à solis mulieribus, non item à viris, videbantur. Ideo in famam & celebrem fabulam evasit ipsos fuisse terrę filios, unde equidem in eam opinionem venio ista vulgari Scripturis sacris formula quà tenues exilesque homunciones *filij hominis* dicuntur, voce *hominis* utrique sexui communi, potissimùm indicari maternam originem, ut filius hominis intelligatur *filius mulieris*. Confirmatur id ex loco paulò ante tractato Psalm. xlix. vers. 3. ubi τῷ בן אדם *bene Adam*, quod sonat *filij hominis*, opponitur בן איש *bene isc*, hoc est *filij viri*. ergo ab eo qui filius hominis dicitur, quasi excluditur participatio generis virilis, quod item adstruitur ex Psalm. iv. 3. ubi pro eo quod vulgatus ex Septuaginta vertit: *filij hominum* &c. Hebręus legit: בני איש *bene isc*, hoc est, *filij viri*. Agi autem ibi de hominibus dignitate præstantibus, sententia ipsa loci exigit, præsertim si repetatur ex originibus hebręis: quæ sic ad verbum sonant: *filij viri usquequo gloriam meam in ignominiam, usquequo diligetis vanitatem & quære-*

Digitized by Google

retis mendacium ? quasi diceret : ò potentes & illustres,quousq; abij-
tis gloriam quam dedi vobis, in ignominiam flagitiorũ, amore adhæ-
ntes rebus vanis, & bona falsa captantes ? Præterea videmus, qui vel
vel alios deprimere studeant,originem eorum quos extenuant ex ma-
recensere. David se humilians coram Deo Psalm. cxv. 16. ait : *Ego*
vus tuus & filius ancillæ tuæ. Iud.xi. 1. Iephthe,qui contemptus à fra-
ous & exhæredatus à patre, ignobilis habebatur vocatur *filius mulie-*
meretricis. cùm tamen, ut ibidem additur, patrem haberet Galaad
um opulentum & nobilem. Primi Regum cap.xx. v. 30. Saul excan-
scens in filium suum Ionathan,vocat illum, contumeliæ causa, *filium*
lieris. quibus equidem in eam allicior sententiam,ut existimem aliud
eterea mysterium latère in illa tam constanter à Christo assumpta no-
nclatione *filij hominis*. non, inquam, sola fuit ratio modestiæ, quæ
ominum Iesum impulit ad se *filium hominis* vocandum;sed eo quoque
illud motùs est, quòd talis appellatio certum, & maximè proprium
sonæ ipsius characterem haberet in arcano latentem. Etenim cùm
usu tenues homines filij hominis cum respectu ad matrem diceren-
,Christus se filium hominis vocando,natum ex Virgine sine viri ope-
nnuebat. Neque alia videtur fuisse Danielis mens loco initio citato,
mpe cap.vii.v. 13.dum filium hominis se vidisse ait cum nubibus cœ-
venientem: quo loco sese nominatim indicatum,manifestè declarat
ristus, sæpè iterans in Evangelijs, Matth. xxiv. 30. xxvi. 64. Marci
. 26. xiv. 62. Lucæ xxi. 27. Filium hominis venturum in nubibus
li; ut rectè observat Eusebius in Catena Græca ad illum Danielis lo-
m; cujus si consulas origines, בר אנש Bar enasch positum reperies
o filio hominis. Potest autem, ut viri doctissimi rectè admonent *Bar*
asc verti *filius mulieris*. nam אנשה & נשה hebraicè mulierem
nat. Huc unicè facit una ex arcanis notionibus vocabuli שילה *scilo*
urpati ad designandum Christũ in celeberrima Iacobi Prophetia, Ge-
sis xlix. 10. Alia ejus nominis significata exponam inferius ordine
o, verbo *Siloe*. nunc quod ad hunc locum proprie pertinet dicam: Pla-
e nónullis Enarratoribus vocis שילה esse illã ex voce שיל *scil*,
æ *filium* sonat. quòd non gravatè recipiam, cùm meminerim, ma-
o cõsensu Iudæorum veterum,inter propria & characteristica Messiæ
mina *filij* appellationem poni, prout ex multis Thalmudis locis de-
onstrant viri docti Galatinus & Buxtorfius. unde in Evangelio Ioan-
s Christus interdum appellatur *Filius* sine addito, ut cap.viii. 36. jam
litera ה *he*, quæ in fine additur elegans est conjectura Rabbi Da-
dis Kimhii apud Galatinum lib. iv. cap. iv. qui præfatus שיל non
emcumque, aut in quocumque statu filium significare; sed pro eo tẽ-
re quo est intra matris uterum,formatus jam & animatus, sed nondũ
itus, observat literam ה esse affixum pronominis possessivi femini-
um; ac consequenter scribendum cum matpic puncto in ventre hoc
odo ה, & vocabulum integrum legendum שילה scilach, quod si-
nificat βρέφος ἐκείνης, *fœtus eius* in feminino genere,hoc est proles mu-
lieris

Vide Buxtorf. in voc. נון

lieris solius; quoniam ex Virgine sine viri conjugio mirabiliter fœta nasciturus esset Messias, ita ille apnd Galatinum: Sed apùd Petrum Martinium in Pugione fidei capite iv. secundæ partis sectione xi. aliter de eodem argumento disserit: Ait enim vocabulum שילה significare *filium eius*. hoc est mulieris. quod enarrans, addit: *derivatur enim ex vocabulo* שליה *Sceliha, id est,* Secundinæ, *quæ est bursa quædam intra quã manet infans dum est in vtero matris, quæ quandoque sumitur in scriptura pro embryone in matre*. Hactenus David Kimhi. Ipse autem Petrus Martinius hæc addit: *notandum autem, quod Siloh dicitur a* שליה, *silya, ita quod y græcum ibi non sit vocalis, sed consonas*. שליה *vero hebraicè dicitur a Medicis Latinis* Secunda, *vel* Secundina: *& fit de semine matris tantùm. unde Macer de viribus Herbarum, vbi de Pulegio tractat, ait.*

Vt nondum natus testa circumdatur ovi
Pullus, sic infans matris de semine facta
Quam nascens rumpit quasi testam pullulus ovi.
Istas pelliculas Medici dixere secundas,
Quæ mox expositos naturæ iure sequuntur.

Cùm itaque Spiritus Sanctus per Iacob & Moysen loquens, Messiam Siloh nominarit. Siloh *verò derivetur atque dicatur à* שליה *quasi Secundinus à Secundina, quæ quidem fit de de matris semine, ut per Macrum etiam ante Dominum Iesum Christum dictum est; quid aliud voluit per hoc apertiùs nunciare, quàm quod Christus secundùm corpus, non de semine patris, sed de substantia tantùm matris eiusdem Spiritus Sancti virtute fuerat procreãdus*. Hæc ibi Martinius. Opponi potest hactenus dictis autoritas S. Iustini Martyris, apud quem in Libro Responsionum ad Orthodoxos hęc proponitur interrogatio, ordine sexagesima sexta: Επειδὴ συνεχῶς ὁ Κύριος υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καὶ οὐχὶ τῆς ἀνθρώπου, ἑαυτὸν ὀνομάζει, καὶ διὰ τοῦτο πειρῶνται οἱ ἄπιστοι δεικνύναι, ὡς ἐκ γαμικῆς συναφείας ὁ δεσποτικὸς γέγονε τόκος· ὃ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου, φασὶν, οὐ θηλείας ἐστὶν, ἀλλὰ ἄρρενος ὃ ὄνομα· τοίοις οὖν λόγοις χρησάμενοι τὴν τοιαύτην λοιδορίαν μάτην λεγομένην ἐλέγξομεν; *Quoniam assiduè Dominus filium hominis cum articulo masculino seipsum nominat; & inde infideles conantur ostendere, è nuptiali coitu Dominicum extitisse partum. Nam vox hominis,* inquiunt, *cum articulo masculino, non fœminam, sed virum indicat. quibus igitur utentes argumentis fundamento carere hanc contumeliam, & vanam esse calumniam demonstrabimus?* Ad quod ipse respondet admittendo, cum se filium hominis Christus dicit, de viro intelligere; nempe Iosepho. non quod ex ipso esset verè genitus, sed quod ejus filius putaretur; sicut ipse Ioseph filius Heli putabatur, cùm Iacobi esset. Ad hęc primùm excipio jam pridem à Bellarmino, alijsq; viris doctis manifestè demonstratum, istum librum Responsionum ad Orthodoxos, non esse S. Iustini Martyris; sed Autoris longè posterioris. Deinde cujuscumque tandem id Opus fuerit, ajo: nimis eum liberaliter concedere voce hominis virum intelligi, infirmo ad id indicio articuli masculini, cùm nomen homo, & quæ ei respondent in alijs linguis, utrique sexui commune sit. In Hebręo etiam בר בנש *Bar anasc*, quod

apud

Digitized by Google

d Danielem cap.vii. 13.legitur,& quod de se frequentasse Christum
verisimile, mulierem potiùs designet, ut superius ostensum est. Ita-
cùm Græcos suæ linguæ ratio cogit vocabulo ambigui sexus alte-
indicem apponere articulum, non continuò colligendum est, di-
io suæ notionis id vocabulum mulctandum: sed citra exclusionem
ninini sexus, masculini expressio accipienda est. quod sic usus & ra-
præscribat, ut ubi necessitas prescribit utrumque sexum una mentio-
onjungere, rationem, sono tenus haberi potioris, salvo jure ac pos-
one sequioris, ut cùm dicimus pater meus & mater mea mortui
: etsi vox,mortui,masculina sit, non tamen ab ejus significatu ma-
excludimus. Ergo ut imbecillam adversus stabilita unius Græcæ
uæ propriam, & in ea ipsa commodè explicabilem,ductam ex virili
culo exceptionem reijcimus. Summa igitur dictorum sit: Appella-
em Filij hominis à Christo assumptam, ita præseferre humilitatem
, ut simul ex ipsius mente arcanò innuat Nativitatem ejus ex Matre
ine sine viri complexu gravidata, quæ ipsius est singularissima pro-
as, & character, per quem ab omni alio discernitur homine: ut me-
propterea in isto ejus vero nomine id fuerit, si minus disertè decla-
ni, certè indicatum subobscurè;

¶ XXXII. FILIA SION.

Matth.xxi. 5. *Dicite Filiæ Sion* &c. Locus est ex Zach.ix.9.Filia Sion,
bique urbem Ierusalem, aut etiam universam Nationem Iudaicam
ificat, omnium Interpretum consensu. Non solùm in Scriptura ur-
& gentes specie mulierum pinguntur, ut ex illis patet, quæ passim
rophetis occurrunt, *Filia Babylonis*, *Filia Aegypti*, *Filia Iuda* & si-
bus: sed apud exteros quoque Latinos ac Græcos. Sic Claudianus
anegyrico Probini & Olybrij Romam Virginis specie repræsentat,
cio quid videtur esse mulieri commune cum ædificio, ut propterea
icandi verbum in prima ejus formatione describenda usurpetur, Ge-
s ii. 22.& Proverb.xix.13. litigiosa mulier tectum vocetur jugiter
tillans. Græci commune nomen habent κρήδεμνον ad explicandum
atum mulierum & mœnia urbium. Homer. Οδυσσ.α. vers.334. de
elope:

Ἄντα παρειάων χομένη λιπτὰ κρήδεμνα.

n Οδυσσ. ν. v.388. de urbe Troia:

Οἷον ὅτε τράης λύομεν λιπτὰ κρήδεμνα.

onverso, cùm turres urbium sint, transfertur id tamen nomen ad
iebrem mundum. nam Synesio Epist.iii. πυργοφόρος *turrigera* vo-
r compta mulier, & suggestu crinium ornata, Nazianzen. εἰς γυναῖ-
καλλωπιζομένας. Carmine in superfluum mulierum ornatum:

Μὴ κεφαλὰς πυργοῦσθε νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες
Ne capita extruite in modum turris, aggestu
Supposititiorum crinium, mulieres.

Digitized by Google

Quò fortè trahi poſſit illud Cant. viii. 9. de Sorore parva: *Si murus eſt, edificemus ſuper eum propugnacula argentea.* & illud aliud vii. 4. *Collum tuum ſicut turris eburnea.* & iv. 4. *Collum tuum ſicut turris David, quæ edificata eſt cum propugnaculis.* Euripides quoque in Hecuba v. 897. urbem Trojam raſam fuiſſe ait à corona turrium. hoc eſt everſas fuiſſe illius turres, quæ illius velut crines erant.

Ἀπὸ δὲ στεφάνων κάκαρσε.
Πύργων
Corona verò abraſa es
Turrium.

Denique ad probandum Provincias & Gentes in perſonam muliebrem figurari locus eſt inſignis Ezechielis xvi. 41. *Facient in te judicia in oculis mulierum plurimarum.* ubi pro *mulierum* Chaldæus Paraphraſtes vertit, מדנין *Medinim*, hoc eſt, *Provinciarum.*

¶ XXXIV. GABBATHA.

Ioan. xix. 13. *Adduxit* (Pilatus) *foras Ieſum in locum qui dicitur Lithoſtrotos, hebraicè autem Gabbatha.* Anſelmus Laudunenſis Autor Gloſſæ Interlinearis, Gabbatha interpretatur collem vel ſublimitatem. Collis hebraicè eſt גבעה *Gibba.* nec ſonus exactè, nec ſignificatio convenit. non enim λιθόστρωτος altitudinem ſonat, aut collem. Angelus Caninius apud Druſium ait גב de geminantibus ſecundam idem eſſe, quod סל, unde eſt מסלה *meſilla, via ſtrata.* ſignificare enim viam ſternere lapide. Hæc ille ſine teſte. In Lexicis Syriacis habemus גב *Gab* ſignificare crepidinem dorſum, aut ſuperficiem eminentiorem. quę notio nec abludit à re noſtra, nec ab origine degenerat. inde ergo formato nomine, *Gabbatha* dictus fuerit locus, in quo ſedebat pro tribunali Proconſul Prętor aut Procurator jus dicens, locus prominens ac populo conſpicuus, marmore ſtratus, unde λιθόστρωτος. Addit Tertullianus, locum iſtũ ſeptum & clauſum fuiſſe cancellis marmoreis aut æreis. quale eſt quod Gallicè dicimus *Parquet, Baluſtre.* Fuiſſe autẽ λιθόστρωτον, *Lithoſtrotum* in Tribunali docet Appianus de Bell. Civil. lib. iii. pag. 173 edit. Græcæ Pariſienſ. Regiæ anni 1551. ubi agens de Capite Trebonij ad Dolabellam tunc Aſiæ Præſidem delato, ait: Δολαβέλλας μὲν αὐτοῦ (κεφαλοῦ Τρεβωνίου) προσέταξε δὴ τῷ στρατηγικῷ βήματος, ἔνθα ὁ Τρεβώνιος ἐχρημάτιζε, προτεθῆναι. *Dolabella quidem ipſum* (Trebonij caput) *juſſit ſuper Proconſulari Tribunali, ubi Trebonius jus dixerat, proponi.* Et paulò poſt de militibus ſubdit Trebonio iratis ob necem Cæſaris: τοῦ κεφαλοῦ (Τρεβωνίου) οἷα σφαῖραν ἐν λιθοστρώτῳ διαβάλλοντες. *Caput Trebonij velut globum per lithoſtrotum jactaſſe.*

¶ XXXV.

Digitized by Google

¶ XXXV. GEHENNA.

Gehennę vocabulum paſſim in Evangelijs uſurpatur ea notione quã
primit Iuſtinus Martyr Apologia ſecunda pro Chriſtianis, ante me-
m, his verbis: Η γεέννα ὅτι τόπος ἔνθα κολάζεσθαι μέλλουσιν οἱ ἀδίκως βιώ-
σαντες; *Gehenna locus eſt ubi puniendi ſunt qui iniuſtè vixerunt*. Sed hujus
nificatus origo inveſtiganda eſt. In libris veteris Teſtamenti rara eſt
is ęterni noxijs animabus reſervati mentio. Traditio ferè tantùm ar-
a de hoc ferebatur; & quędam in propheticis libris non multum ex-
ſſa teſtimonia. Itaque cùm ſciamus ex Matth. 25. 41. ignem ęter-
m fuiſſe paratum Diabolo & Angelis ejus, tunc ſcilicet cùm illi pec-
unt, ante hominem conditum, cujus felicitati non invidiſſent, niſi
antea cecidiſſent: tamen in libro Geneſis ubi ex profeſſo Mundi
gines traduntur, nulla diſerta reperitur Inferni aut ignis ſempiterni
ati vel conditi mentio. Quæ res fortè Rabinos movit ad iſtum ignem
ebus annumerandum, quas ante Mundum conditas, more ſuo nu-
tes, aſſerunt. Sed longè prudentiùs & veriùs Rabbi Ioſe, & Rabbi
aah, recitati à Petro Martinio in Pugione Fidei part. iii, diſtinct. 1.
vii. dixerunt creatũ fuiſſe ignem ęternũ die ſecunda Mundi. ver-
orum referam; אר יוסי אור שברא חקבה כשני כשבת
אין לא נכיה עולם, *Dixit Rabbi Ioſe: Ignis quem creavit Deus*
ſecunda Sabbati, non extinguetur in æternum. ותניא אר בנאה
מפני מה לא אמר בו וירא אלהים בי טב כשני כש
את כואור של גיהנם: *Traditio eſt etiam, dixit Rabbi Benaah: cur*
fuit dictum Gen. 1. in ſecunda Sabbati: & vidit Deus quod eſſet bo-
m? *Propterea quod in ea creatus eſt ignis Gehennæ*. Hęc illi ex lege ora-
cabala retuliſſe putandi ſunt. cæterùm quod in literæ cortice, ad
em ferè ſolùm craſſus & carnalis Hebræorum populus attendebat,
la eſſet clara ignis æterni mentio, perexigua & obſcura ejus erat apud
gus notitia in Iudaica gente. quare cum tempus fuit, diſertiùs tra-
di res ſæculi futuri, fuit excogitandum ignotę antea rei novum no-
n. Id commodè ſumptum è valle ſuburbana Civitati Ieroſolymæ
s olim ſacrificijs infami. Ibi enim nefarij homines filios & filias ſuas
nolaverant dęmonijs, ut habetur Pſal. cv. 37. Immolaverant autem
ribili planè ritu. nam in gremium Idoli ęnei multo intus igne ſuc-
ſi, & candentis, infantes jactabant; vel, ut alij ajunt, intra ipſa ſimu-
i viſcera per oſtium quoddam immittebant, moxque ipſi circũ cho-
& thiaſos inſana lætitia ducebant, inter tympanorum ſtrepitus data
ra quam tumultuoſiſſimè perſonantium, ne ejulantium in ignis crú-
u puerorum gemitus ad bacchantium parentum aures perveniret.
ic locum à tam nefaria ſuperſtitione purgaſſe Sanctus Rex Ioſias di-
r iv. Reg. xxiii. 10. his verbis: *Contaminavit quoque Tophet, quod eſt*

Digitized by Google

in convalle filij Ennom, ut nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem Moloch. Erat Moloch nomen crudelis idolii & sanguinarij Saturni. גי *ge* hebraicè vallis est. הנם, *hinnom* autem *gemitum* sonat. porrò Tophet תופת thopheth à תוף quòd est tympanũ, insanos clamores, fragoresq; iupremis innocẽtũ ardentium ejulatibus furiosissimè obstrepentes significat. Hinc ex *ge*, & *hinnom* formatum gehennæ vocabulum, rogo æternarum flammarum impios post mortẽ manentium designando institutum, frequentissimè Christus usurpavit.

¶ XXXVI. HABITO.

Ioan. 1. *Et Verbum caro factum est & habitavit in nobis*. Præter ea, quæ dixi verbo Emmanuel, de notione verbi *habito*, hoc loco non omiserim, videri non inverisimiliter posse illo significatam Christi moram in utero materno, toto spatio quod conceptum inter, partumque intercessit. Id enim Ecclesia profiteri videtur in quadam collecta: *Deus qui virginalem aulam Beatæ Mariæ semper Virginis, in qua habitares eligere dignatus es*. & in alia: *Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus & animam, ut dignum Filij tui habitaculum effici mereretur* &c. quæ illustrari possunt ex ijs quę diximus verbo *Filia Sion* de convenientia mulieris cum domo, ob quam cum est formata, ædificata dicitur. ut esset videlicet prima domus, in qua omnis homo in mundum veniens primùm excipitur, & multis mensibus diversatur.

¶ XXXVII. HERODIANI

Memorantur hi Matth. xxii. 16. Marci iii. 6. quidam è Scribis Pharisæisque, ac pręcipuis doctoribus, cùm hinc quidem ex intima notitia Prophetiarum intelligerent advenisse tempus prędictum advẽtui Messię: inde autem admiratione opum fortunęque Herodis, privatisq; spebus, in ejus adulationem raperentur, sectã fecerunt cujus hoc erat Princeps dogma: non alium aut Scripturis prędictum, aut Iudęis expectandum Messiam, quam Herodem Magnum. Hos fuisse multos & Primores Civitatis Ierosolymæ, apparet ex ijs quæ Matthęus scribit cap. ii. v. 3. de Adventu, & interrogatione Magorum, ubi esset qui natus erat Rex Iudæorum, Herodem & omnem cum eo Ierosolymam esse turbatam, dogmate videlicet ac factione Herodianorum ibi prævalentibus. Hi porrò alterius expectandi aut nati Messiæ mentionem non ferebant. Quin credibile est quosdam è potentioribus, aut zelantioribus ipsorum, Herodi per aliquod spatium superstites, in causa fuisse, cur seriùs ex Ægypto Christus redierit; expectante Angelo ad præcipiendum Iosepho reditum, dum verè dicere posset: *Mortui sunt enim qui quærebant animam Pueri*. Ad quem locum rectè notat Sanctus Hieronymus: inde apparere Scribas & Pharisæos, videlicet qui ex ijs Herodianis erãt, instinctu

Digitized by Google

ctu hæreſis quam profitebantur, inſidiatos fuiſſe vitæ Pueri in Bethleem nati, cujus ortum rationibus ipſorum contrarium videbant.

¶ XXXVIII. HYDRIÆ SEX.

Ioan. ii. 6. *Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas vel ternas.* In his verbis duo notantur quæ capacitatem iſtarum hydriarum indicant, ex cujus obſervatione creſcit admiratio ſigni à Chriſto patrati, propter copiam extraordinariam producti ab eo ex aqua vini. Prima circumſtantia hic notata emphaſim capacitatis habens eſt, quòd illæ hydriæ ibi poſitæ eſſent *ſecundum purificationem Iudæorum*, hoc eſt ad varios uſus baptiſmatum & lotionum quotidianarum civili & religioſa ratione Iudæis per id tempus uſitatarum, quo tempore & Romana conſuetudo lavandi totũ corpus antequam ad cœnam accumberent, jam in eas regiones penetraverat, ut ex multis indicijs intelligitur, quæ Petrus Ciaconius erudita de Triclinio Diatriba collegit: & ad ſacros præterea legalium lotionum vel præſcriptarum ritualibus veris, vel ſuperſtitioſa ἐθελοθρησκείᾳ per traditiones ſupervacaneas, quas Chriſtus interdum improbavit, inductarũ. Ad quod opus erat magnã ſemper in ſingulis domibus præſtò eſſe aquæ copiam, quanta nempe ad balneas ſingulis domeſticorum quotidie parandas, & plus ſemel in die frequentandas, tum ad luſtrationes lotioneſque, ſive, ut Evangelium loquitur, baptiſmata, calicum, urceorum, nonnunquam & veſtium in occurſu immunditiarum fortuitarum, ſufficerent. Sed & præter ducendam ex iſto uſu conjecturam, quantitas aquæ ſecundò certius exprimitur per numerum metretarum quas hydriæ iſtæ tunc, ut Evangeliſta obſervat, uſque ad ſummum impletæ continebant. *Capientes*, inquit, *ſingulæ metretas binas vel ternas*. quo ſignificat nullam earum minus duabus metretis cepiſſe; aliquas etiam trium metretarum fuiſſe capaces. quis ſit modus metretarum, magna lis eſt inter curioſos antiquarum menſurarum. nos ijs accedimus, qui metretam eamdem menſuram cum bato & cado eſſe putant: continet autem cadus duodecim congios: congius verò ſex ſextarios. porrò ſextarius hebraicus par attico continet uncias duodeviginti. metreta igitur quælibet habet uncias mille ſexcentas ſexdecim. quia verò in ſex hydrijs partim duarum, partim trium metretarum, ſunt metretæ ſaltem ſedecim, aut etiam octodecim: ſi numerus unciarum per 18. numerum metretarum ducatur, fient unciæ trigintaduo millia trecentæ viginti; quæ faciunt libras duodecim unciarum bis mille centum & ſexaginta duas cum aliquot excedentibus minutijs. Hæ ad noſtrates redacta menſuras efficiunt dolia, Toloſæ (qua in urbe hæc commentabamur) uſitata, & vulgò *barriques* dicta, ferè quinque. ut merito magnitudinem hydriarum, & vini ex aqua aqua producti copiam expreſſerit Sedulius Poëta Chriſtianus antiquus & elegans, his verſibus:

Implevit ſex ergo lacus hoc nectare Chriſtus,

Quippe

Digitized by Google

Quippe ferax quæ vitis erat; mensasque per omnes
Dulcia non nato rubuerunt pocula musto.

¶ XXXIX. IEREMIAS

Ad locum Matth. xxvii. 9. tribuentis Ieremiæ Prophetæ verba, quæ nunc tantùm apud Zachariam leguntur; præter ea, quæ superius attulimus verbo, *Barachias*, dici potest: non omnes Prophetias à Ieremia prolatas in ejus hodie superstite volumine reperiri; sed aliquas sola traditione transmissas ad posteros: inter quas hæc fuerit. Certè Autor Libri Arabici, qui manu scriptus extat apud V. C. Abraamum Ecchellensem Professorem Orientalium Linguarum in Sapientia Romana, & inscribitur: *Margaritæ pretiosæ*, agitque de operibus Christi, capite vii. verba hæc Ieremiæ recitat, quæ à Iudæis è Codicibus vulgatis fuisse queritur erasa: *Tunc dixit Ieremias ad Phasur; Iamdiù vos & patres vestri estis contrarij veritati: Filij autem vestri qui venient post vos perpetrabunt peccatum magis enorme, quàm vos: quoniam appretiabunt illum qui non habet pretium; & pati facient qui sanat morbos, & dimittit peccata: & accipient triginta argenteos pretium illius quem emerunt filij Israel* &c.

¶ XL. IGNE SALIRI.

Marci ix. 49. *Omnis enim igne salietur; & omnis victima sale salietur.* De ijs loquitur, de quibus immediatè ante dictum est. *Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur*: cui affirmationi quia poterat opponi: quomodo non extinguitur ignis damnatorum, cùm omnis utique ignis materiam consumat suam, quâ deinde absumpta, & ipse deficit. occurrit Evangelista submonens, ignem hunc vim atque usum habere salis, qui quod tangit servat, & à corruptione protegit, hæc subest sententia verbis istis: *omnis enim igne salietur*. ubi ὃ *enim* connectit hæc superioribus; & causam assignat cur rectè dicatur, ignem illum numquam extinguendum. Addam his elegantia verba Scriptoris perantiqui Minutij Felicis sub finem Dialogi, cui *Octavius* nomen est. *Nec tormentis* (inquit, agens de pœnis damnatorum) *aut modus ullus aut terminus. Illic sapiens ignis membra urit & reficit, carpit & nutrit; sicut ignes fulminum corpora tangunt, nec absumunt. sicut ignes Aetnæ montis & Vesuvij montis, & ardentium ubique terrarum, flagrant, nec erogantur: Ita pœnale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur.* Similia & apud alios Christianos Autores veteres occurrent. Nec quemquam moveat, quòd parum videtur ad hunc sensum quadrare quod additur; *& omnis victima sale salietur*, coheret enim optimè, si rectè intelligatur in hunc modum. Particula & hoc loco, ut sæpè alibi, vim causalem habet. quasi enim hic adstruitur quod dictum est de igne functuro vice salis in ustione damnatorum, quoniam damnati victimæ sunt iræ Divinæ. Generaliter autem de victimis omnibus

præscri-

Digitized by Google

reſcriptum erat, Levitici ii. 13. *Quidquid obtuleris ſacrificij ſale condies: nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione tua offeres ſal.* Id jam Chriſtus in damnatis quoque ſervandum ait: cæterùm eorum ſalem ignem futurum. nam & in ſale ignis elementum ineſt, ut ait S. Hilarius com. ad Matth. cap. 4. & viciſſim in igne vis agnoſcitur perpetuandi, & à corruptione ſervandi. Lignum ecce minus durabile lapide eſt, & tamen carbones, hoc eſt lignum, igne quodammodo conditū, & veluti ſalitum, æternitatem æquat, aut ſuperat marmorum. unde Architecti Templi Dianæ Epheſiæ ad ſoliditatem operis majorem, carbones fundamentis ſubſtraverunt. Vide Philonem Byzantium editum ab illuſtriſſimo Leone Allatio; & in eum eruditiſſimas ejuſdem notas. Similī perpetuitatis & certæ in tempus omne durationis ratione Agrimenſores & Geodetæ terminis latifundiorum carbones ſubſternebant. ut videre eſt in Collectione iſtorum Autorum. His conſentaneum memini ne legere perelegantem S. Auguſtini locum in libris de Civitate Dei. Sed hæc ad rem propoſitam pro inſtituto ſufficiunt.

¶ XLI. INDVCERE IN TENTATIONEM.

Matth. vi. 13. Luc. xi. 4. in orationis à Chriſto traditæ formula inter cætera hoc à Deo petere docemur: ne nos inducat in tentationem. quod quid ſit explicandum ſemel eſt. In tentationem quodammodo intrat, qui tentatione pervertitur & cadit: abſit autem ut Deus, qui *neminem tentat, & intentator malorum eſt*, juxta dictum Apoſtoli Iacobi, nos quos ſalvos cupit, in eam ultro foveam impellat aut præcipitet. nec hoc petimus ab eo ne faciat, quod ſua illum pietas & ſanctitas facere non ſinit. Quid ergo? quia nos liberos fecit, & liberè mereri gloriam juſſit, occaſiones offert certaminum, vires ad vincendum ſuggerens, auxiliaq; ſubminiſtrans, noſtro tamen arbitrio ſubjuncta, quæ niſi nos cooperari velimus, effectum habitura nequàquam ſunt. Porrò ipſe novit figmentum noſtrum, ut Pſalmographus loquitur. Scit, inquam, & exactè callet quid quàque in occaſione libertatis exercendæ decreturi ſimus liberè; quid ad cujuſque oblationem auxilij facturi. Habet autem ad manum talium auxiliorum innumerabilem paratam copiam; & priuſquam eorū quodq; ſuggerat, jam tum intelligit an eo ſimus uſuri: ac ſi nobis ob noſtram inertiam id fore inutile provideat, videt in theſauris ſuis alia, quæ ſi darentur, effectu non carerent. ad ea tamen danda non obligatur. Sufficit enim ei ad fidem ſuam liberandam, & officium præſtandum, talia offerre quæ ſatis ſint: &, ſi modo velimus, operatura ſint, aut cooperatura noſtræ voluntati, liberè bonum acturæ, aut malum declinaturæ. Inducere igitur nos in tentationem Deus dicitur, cùm ea dumtaxat dat auxilia, quibus nos pro noſtra ignavia non cooperaturos novit, alia continens pro ſuo jure, quæ habitura effectum præſcierat. Hoc ergo petimus, cùm ne nos in tentationem inducat rogamus, ne nobiſcum in articulo bonum aut malum eligendi poſitis, jure agat illo ſummo, quo tantùm quæ

Pſ. 102. 14.

que debet quęque promisit tribuens, auxilium suggerat, ex sese quidem indigentiæ nostrę par, sed nostro ipsi prævisо vitio cassum effectu permansurum; sed benignè condescendat, eligens ex copia repositarum in ejus omnipotentię thesauro gratiarum, eas potissimum, quas ita congruere nobis scit, vt ex ijs successurus sit eventus bonus liberè perseverantis in bono voluntatis nostræ, usque ad acquisitionem optatę salutis.

¶ XLII. IN SVBLIME TOLLI.

Indiget aliqua explicatione quod legitur Luc. xii. 29. *Nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli.* Quomodo enim quærens quid comedat aut bibat, in sublime tollitur, cùm potiùs infra deprimatur humili hac captatione rei vilis? Expressit vulgatus noster ut latinè potuit, græcum verbum μετεωρίζεσθε, quo Lucas hic in originibus est usus, his latinis vocibus, *in sublime tolli* rectè ac congruè. Sed opus est, ut peritus lector metaphoram intelligat, quam Græci faciliùs in μετεωρίζεσθε sentiant propter usum vulgò tritum verbi ejus in sensu tropico usurpandi, qui Latinis in æquivalenti versione minus sono ipso sese prodit: ut nisi præmoneantur animadversuri plerique non sint. Sonat igitur Græcis μετεωρίζεσθε translatè quidem, cęterum crebra, & passim usurpata notione, animo evagari, parumque præsentibus attentum nubes & astra suspicere, ut Thaletem ferunt, qui Cœlum intuens hiantis ante pedes foveæ secutus, rudi aniculę risum debuit. Eo incommodo laborare solent qui acri quadam tenentur cura, quæ mentem ipsis ac cogitationę abducit à rebus quas tractant. Atque hęc causa est cur Christus anxiam solicitudinem parandi victus à suis Discipulis removeat: ne scilicet ei affixi, parum attentionis ad ministeria functionis Apostolicæ, & ad officia religiosa reliquum haberent.

¶ XLIII. INCEDERE IN OMNIBVS MANDATIS.

Luc. i. de Zacharia & Elizabetha Sanctis Conjugibus: *Erant autem justi ambo incedentes in omnibus mandatis & justificationibus* &c. Hæc demum absoluta laus est justitię, quę ex omnium mandatorum concordi testimonio in legis universæ factorem convenit. In Dei judicio audiuntur singillatim de nobis tamquam decem testes, decem præcepta Legis. Horum si vel unum commendandis nobis suffragium velut suum negaverit, condemnabimur: *qui enim peccat in uno*, ait Iacobus Apostolus, *factus est omnium reus*. Vetus erat mos Romæ, ut qui probare judicio innocentiam vellet, decem laudatores produceret; hoc numero qui vel unum minus daret intento excideret. Cicero lib. vii. Accus. in Verrem sect. 46. Edit. Steph. *In iudicijs qui decem laudatores dare non potest, hoc scius est ei nullum dare quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere.* Cęterùm *incedere* hoc loco, uti sępè apud Paulũ, *ambulare*, significat vivere, aut varia vitæ munia obire, & habet utrumq; id verbum

m hùc translatum emphaſim quamdam ſtudiorum atque morum, ut
a quiſque ſententia quaque inductione animi verſetur in quotidianis
tis, explicet, boni aut mali expreſſivo adverbio adjuncto.

¶ XLIV. IVSTITIA ET IVDICIVM.

Perobſcurus extat locus Ioan.xvi. 8. cui ſi lucis afferre aliquid poſſu-
us, differendi cauſa non eſt. Is ſic habet: *Cum venerit ille*(Paraclitus)
guet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. de peccato quidem,
ia non crediderunt in me, de iuſtitia verò, quia ad Patrem vado, & iam
n videbitis me. de iudicio autem, quia Princeps huius mundi iam iudica-
eſt. Ante omnia prę̃mittenda eſt vera notio vocis hic uſurpatę̃, &
ttendo die Pentecoſtes Spiritui Sancto vice nominis, aut officij pro-
j attributę̃, Παράκλητος. Eſt Paracletus Græcis propriè deprecator
o ijs quos peccaſſe conſtat: non autem defenſor innocentium. nam
i pro inſontibus calumniosè accuſatis agit, δικαιολογία dicitur, non
ράκλησις. Appianus recitans orationem, quam Anno & Aſdrubal
ſſi ad Scipionem victorem Legati pro Charthagine pœnitẽte ac ſup-
ce habuerunt, hanc ejus ſententiam refert in Libycis pag. 29. Edit.
æc. Regiæ Pariſ. anni 1551. εἰ δὲ ἐς ἀδικίαν ὑμῖν δοκοῦμεν, οὐκ ἀπο-
, ὁμολογοῦμεν. ἐ δι' ἃπερ ἐ παρακαλοῦμεν. ἔστι γὰρ τῶν μὲ μηδὲν ἁμαρτόντων
μολογία· τῶν δ' ἁμαρτόντων παράκλησις. *Si autem iniuſtæ actionis rei po-*
videmur vobis, quam infelicitate laborantes, agnoſcimus & fatemur ul-
; proptereaque deprecamur (παρακαλοῦμεν) *convenit autem ijs qui nihil*
carunt, criminis falsò impacti iuſta depulſio, reis verò peccatum fatenti-
deprecatio (παράκλησις). Ità ille, ut autoritates alias omittam. Igitur
iritus Sanctus functurus in mũdo vice ac officio *Paracleti*, hoc eſt de-
ecatoris culpæ agnitę̃, ante omnia dare debebat operam ut clientes
o quibus deprecaturus erat, peccatum agnoſcerent ac faterentur. &
ia magna ſui ſtatus laborabant ignorantia, juſtos ſe ac innocentes fal-
rati, convincendi prius erant de culpis ac criminibus quibus deinde
nciliare veniam deprecatione ſua, & παρακλητοί debebat. Hoc expri-
t verbum *arguet*, cui reſpondet in originibus ἐλέγξει, quod ſonat con-
ncere & ad agnitionem peccati ſui reum adigere, ob oculos ponenda
dentia facti, & cunctis excuſationibus removendis. Erant porrò tria
nera peccatorum tribus, Foris & Tribunalibus ſuperiùs verbo *Concin-*
m fusè à me declaratis, reſpondentia, ad quę̃ omnia prorſus crimina
ferebantur. quare id acturus erat Spiritus S. ut ſe Mundus in triplici
o genere peccaſſe, & pœnas per triplex illud Tribunal infligi ſolitas
urriſſe ac mereri, agnoſceret fatereturque, quod in converſis ad Chri-
fidem ex omni genere hominum evenit: quorum ſaltem in perſona,
undus in eum modum verè convictus dici potuit. Primum genus cõ-
et injurias proximis illatas. Hę̃ minori confeſſui trium & viginti Iu-
um in portis urbium ſingularum juri dicundo prę̃ſidentium cogno-
ndę̃ deferebantur. Summum hujus crimen erat homicidium: & ſum-

Digitized by Google

ma quam hi Iudices decernere poterant pœna erat capitis abſciſſio aut ſtrangulatio. Ad ſecundum pertinebant peccata contra Religionem ac Deum, ſacrilegia, blaſphemię, & ſimilia. De ijs ſententias dicebant Patres Concilij, ſive Synedrij magni, numero duo & ſeptuaginta, unici ac ſupremi in tota gente, Ieroſolymæ reſidentis. Summum hujus Fori crimen impietas, blaſphemiæ vel atheiſmus erat, ſumma pœna lapidatio. Tertium denique Divinum erat forum, Dei Iudicis poſt cujuſque hominis mortem, de ijs quę in vita malè geſſit, nec vivens expiavit, ſententiam ultimam dicentis, & convictos reos flammis æternis addicentis. Omnia quidem ſcelera ad hujus Tribunalis cognitionem pertinebant; ſed tunc tantùm, ſi non expiarentur ante mortem. quare dici poteſt proprium & ſummum crimen huic Tribunali reſervatum eſſe impœnitentiam finalem, rarione cujus unius cętera omnia ad hoc forum perveniũt. Non enim Deus ſic judicat, & flammis ęternis damnat, niſi peccatum, in quo quis moritur. Hujus peccati jam nunc in hac vita rei & convicti, dici quodam bono ſenſu poſſunt, ij quorum obſtinatio talis cernitur, ut certum moraliter videatur eos in peccato ſuo morituros: quales Iudęi Chriſti hoſtes erant, quibus ideo denunciat Ioannis viii. 21. & 24. *In peccato veſtro moriemini*. Hoc idem videtur eſſe *peccatum ad mortem*, de quo S. Ioannes Epiſt. 1. cap. v. 16. *Eſt peccatum ad mortem. non pro illo dico ut roget quis*. Peccatum, de cujus remiſſione nulla reſtat ſpes propter obſirmatiſſimam in eo pertinaciam peccatoris. Tale erat peccatum ejus qui ultimo erat anathemate, dicto *maranatha*, percuſſus, de quo ſupra diximus. Talis enim hominis deſperabatur humanitùs correctio. Etiam apud exteros Scriptores invenio mentionem peccati ad mortem. Petronius in Epiſtola Polyęni ad Circen. *Fateor me, domina, ſæpè peccaſſe. nam & homo ſum, & adhuc iuvenis. numquam tamen ante hanc diem uſque ad mortem deliqui. Habes, inquam, confitentem reum. quidquid iuſſeris merui. Proditionem feci, hominem occidi, templum violavi* &c. hæc ille. Videtur ſignificare peccatum, cui nulla per leges reſtet ſpes veniæ, quod neceſſe ſit morte mulctare. Talia in primæva Eccleſię ſęverioris diſciplina erant, in quę lapſis, pax numquam dabatur, ne in morte quidem: ſed ea Eccleſia inexpiata, quantum erat in ſe, Divino Tribunali tranſmittebat: ea erant, homicidium, adulterium, & apoſtaſia, aut in idololatriam lapſus baptizati. in quæ primis Eccleſię ſęculis irrevocabilis excommunicatio & anathema ęternum pronunciabatur. quod poſtea relaxatum eſt. vide Iacobum Sirmondum noſtrum in Hiſtoria Pœnitentię publicę. Ex his aliqua, ni fallor, conjectura trahi poteſt ad ſuſpicandum, peccatum ſimpliciter & ſine addito ſic dictum, hoc quem tractamus loco; eſſe peccatum graviſſimum cum obſtinatione pertinaciſſima conjunctum: quod ideo perduraturum uſque ad mortem videatùr. Talis erat pręcipuè incredulitas Iudęorum, etiam evidentiæ ſignorum à Chriſto editorum obluctans; eaque Dęmonijs attribuens, ſicque contra Spiritum Sanctum peccans: contra quem quod eſt peccatum, non remittitur neque in hoc ſęculo, neque in futuro, ut habetur Mat. xii. 32.

Dicet

Digitized by Google

Dicet aliquis: quid attinet convinci Mundum à Paracleto, ſive deprecatore, de hoc tertio peccato, cujus, ſi, ut dicitur, remiſſioni non ſit locus, nec erit deprecationi. Reſpondeo, Peccatum ad mortem, inexpiabile, cum inflexibili contumacia conjunctum, etſi verè à rem eſtimantibus prudenter, omninò conſummandum impœnitentia finali dici poſſit: fieri tamen poſſe, & ſæpè contigiſſe, operante Spiritu Sancto, & ſtatus illius miſerrimi ſalutarem horrorem in eo poſitis incutiente, ut ij cõertantur: quare & hic locum habet quod Chriſtus adjunxit poſtquam dixerat impoſſibile eſſe divitem intrare in Regnum Cœlorum: nempè quod impoſſibile eſſet hominibus, facile Deo eſſe. Iam retexamus à capite, & breviter concludamus loci ſententiam. Ait Paracletum arguturum Mundum *de peccato*, & ſubdit cauſam, *quia non crediderunt in me*: hoc eſt Spiritum Sanctum oſtenſurum hominibus, eos eſſe in ſtatu impœnitentiæ finalis, & certæ damnationis, propter inflexibilem obſtinationem in fide neganda verbis & doctrinę Chriſti tàm evidentibus ſignis confirmatæ. Hoc diſertè expreſſum legitur Ioan. viii. 24. *Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis veſtris. Si enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro*. Hoc eſt ergo peccatum, quod ſimpliciter & abſque addito *peccatum* hic dicitur, pervicax & indomita rejectio doctrinæ ac religionis Chriſti, quantumlibet cum ſignorum & miraculorum evidentium certiſſimis teſtimonijs propoſitæ.

Procedamus ad ſecundum: *Arguet mundum* Paracletus *de juſtitia*, hoc eſt, peraget illum reum ejus criminis, cujus cognitio propriè pertinebat ad Synedrij magni cognitionem ac cenſuram. erat autem id crimen impietas, ſive religionis violatio. Iuſtitia inter alia multa quæ ſignificat in ſacris literis, adhibetur plerumque ad indicandam virtutem; quæ impellit homines ad reddenda Deo quę Dei ſunt, ut Chriſtus loquitur Matth. xxii. 22. hoc eſt, quę Deo debentur ut Conditori & Domino univerſorum. Ea ſunt, fides, amor, honor, obedientia, cultus exterior, laus, honorificentia verborum, oblationes & ſacrificia, aliaq; ejusmodi generis, quę maxima ex parte Religionis vocabulo continentur. Sexcentę ſunt Scripturarum loca cuivis attento Lectori paſſim occurſura, quę hanc vocabuli *Iuſtitia* notionem adſtruant. Quia verò Synedrium magnum de his propriè rebus cognoſcebat, à cauſarum quas tractabat genere *Iuſtitia* dicitur hoc loco. ubi quod dicitur, *arguet mundum de juſtitia*, ferè idem ſonat, ac illud à nobis antea tractatum, *reus erit concilij*. Ubique autem eſt Synecdoche. mentione Tribunalis indicans crimen & pœnam, in eo damnari aut decerni ſolita. Illic nimirum ὁ *reus erit concilij*, idem valet, ac: obnoxius erit pœnæ lapidationis, quæ ſumma eſt inter decerni ſolitas à magno Concilio *Synedrio* dicto. hic autem ὁ *arguet mundum de juſtitia*, ſonat: convincet Mundum impietatis, blaſphemiæ, & læſæ Divinæ Majeſtatis, quæ ſunt crimina, propriè reſervata magno ſeptuaginta duo Seniorum Senatui; qui propter cauſam modò dictam, *juſtitiæ* nomine deſignatur. Quamquam & dici poteſt uſurpatum hic euphemiſmum hebręis familiarem, qualis obſervatur in illis verbis

uxoris Iobi cap.ii.9. *Benedic Deo & morere*. & paulò ſuperius v.5. in verbis diaboli: *videbis quod in faciem benedicat tibi*; denique in verbis ipſius Iobi cap. i. 5. *ne forte peccaverint filij mei & benedixerint Deo* &c. quibus in locis omnibus, uti & in alijs Scripturę Sacrę *benedicere Deo*, ponitur pro *maledicere*, ad vitandam malè ominatam & ſono ipſo deteſtabilem mentionem. Pari enim modo videri poſſit, ſacrilegiũ immane in Chriſti reprobatione ac cede à Mundo commiſſum, Religionis, ei oppoſitæ virtutis, quę juſtitia hic nominatur, vocabulo velari, dum dicitur de Sãcto Spiritu; *arguet mundum de iuſtitia*, nam his ſignificari convincendũ eſſe Mundum extremę impietatis in Chriſti damnatione & interfectione commiſſæ, indicant quę ſequuntur: oſtendentia quomodo convictus ſit blaſphemię immanis ac phanatici ſacrilegij. *De iuſtitia vero*, inquit Chriſtus, *quia ad Patrem vado & iam non videbitis me*: hoc eſt; quia Reſurrectione, Aſcenſione in Cœlum mea, & conſeſſu ad Patris dexteram, inde miſſi juxta promiſſum ſenſibili ſpecie Spiritus Sancti apparitione illuſtriſſima probato, palàm fiet omnibus non falsò gloriatum me de filiatione Dei, ſed verè, ſicut affirmaveram, Deum fuiſſe. ac conſequenter Iudęos, qui me atrocibus maledictis proſciderint, criminibus falſis accuſaverint, reum mortis, & lapidatione dignum, quòd Deum, & Dei filium me dicerem, pronunciaverint, Pilatum prętera qui me flagellaverit, & crucifixeriti, phanaticę impietatis & horrendi Deicidij planè reos eſſe. Idque univerſus Orbis intelliget opera Spiritus Sancti per Apoſtolos ubique gentium loquentis, & prędicationis Evangelicę fidem ſignis evidentibus comprobantis.

Supereſt ultimum membrum obſcuriſſimæ ſententiæ: *arguet mundum de iudicio*, cujus hęc quidem prima verba ſatis ex dictis intelliguntur, ad primum aliàs explicatum judicialem conſeſſum trium & viginti capitalium Iudicum pertinere, qui in portis urbium ſingularum Iudaicæ ditionis de vi cognoſcebant; & talionis pœna mulctabant violętos graſſatores, occidendo gladio eos, qui alios injuſtè occidiſſent. Iudicij nomine conſeſſus ille hic quidem quem dixi deſignatur: ſed per Synecdochen paulò ante memoratam, vocabulo Tribunalis, crimen in eo condemnari ſolitum indicatur: eſt autem id homicidium. Dicere igitur, *arguet mundum de iudicio*, idem eſt ac dicere: *convincet mundum homicidij*: & ad hoc aptè accommodatur quod ſubjungitur: *quia Princeps huius mundi iam iudicatus eſt*. Princeps hujus mundi Diabolus eſt, ſic dictus à Chriſto Io. xii. 31. xiv. 30. à Paulo ad Epheſ. ii. 2. Is *homicida* fuit *à principio*, ut dicitur Io. viii. 44. quia ut habetur Gen. iii. perſuaſit primo homini peccatũ. per peccatum autem *Mors intravit in hunc mundum, & ita in omnes homines pertranſijt*, ut Paulus docet ad Rom. v. 12. cęterùm uſq; ad Chriſti adventũ Diabolus illius homicidij crimen quaſi impune tulerat, nullo humani generis oppreſſi tyrannide ſanguinarij victoris, exurgęte vindice, atque illo ipſo ejus ſcelere paſſim ignorato; hominibus vulgò ignorantibus hiſtoriã originũ mundi, & cauſam cur & imperio Diaboli, & tot ex eo malis ſubjacerent: imo pleriſque ipſum illum ſuarum miſe-

riarum

iarum autorem pro Deo venerantibus & colentibus. *At ubi venit pl-
nitudo temporis misit Deus Filium suum, ut eos qui sub lege erant, redimeret.*
Ad Gal.iv. 4. Christo in terris apparente, prædicante, & salutem huma-
nam asserente advenit tandem tempus, quod describitur Ioann.xii. 31.
Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. Ipsa
Christi conversatione in carne, & prædicatione, cum operationibus si-
gnorum, cepit Diabolus judicari. cepit inquam cognosci tyrannidis ejus
injustitia in Protoplastorum homicidio fundata, & quasi cepit in contro-
versiam vocari jus quod sibi arrogabat imperandi mundo: à quo penitus
excidit in morte Christi, consummata redemptione hominum, & ho-
micida Dęmone foras ejecto, ut non possit nocere nisi volentibus, &
ultrò aspernantibus oblatam cunctis libertatem & salutem. Hęc dam-
natio & exautoratio Diaboli, utcumque, ut dictum est, in Christi morte
acta fuerat, nondum tamen erat promulgata, donec Spiritus Sanctus è
Cœlo descenderet, & per Apostolos ubique terrarum prędicandum
evangelium curaret. Tunc convictus est Mundus homicidij à suo Prin-
cipe Diabolo olim patrati perversione primi Adami, & iterati crucifi-
cione secundi Adami Christi Dei Filij: cujus secundi sceleris particeps
Diabolo Mundus fuit. Iudęa enim cum Gentium potentia, hoc est
Romanis in Iudęa Magistratibus, conspirans, instigante Diabolo, Chri-
stum occidit. nesciens tunc quidem quid faceret, ut Christus in Cruce
exit. Sed veniens in Mundum Sanctus Spiritus Paracletus, & ubique
per Apostolos prædicans, convicit Mundum homicidij tum à Diabolo
suo Principe in primo Adam initio patrati, tum in secundo Adam co-
muni Diaboli cum Mundo conspiratione iterati. Addo his pulchrè
Ideri Psal.lxxxviii, 15. paucis verbis trium hic memoratorum Tribu-
nalium seriem colligi. Sic ibi Psalmista Deum alloquitur: *Iustitia & iu-
dicium præparatio sedis tuæ.* quasi diceret: Tuo ultimo judicio post ho-
minum mortem exercendo pręludunt humana tribunalia, minus &
majus Concilium sive Synedrium, quorum illud *iudicium*, hoc, *iusti-
tia* vocatur.

¶ XLV. KORBAN ET KORBONA.

Marci vii. 11. *Vos autem dicitis: si dixerit homo Patri aut Matri Cor-
ban (quod est donum) quodcumque ex me tibi profuerit: & ultra non dimit-
tis eum quidquam facere Patri suo aut matri, rescindentes verbum Dei per
traditionem vestram quam tradidistis.* In his verbis *Corban* קרבן signi-
ficat Donum religiosum aris admotũ, quod jam amplius nefas sit pro-
manis usibus addicere. Radix est קרב *Karab appropinquare*, & in si-
gnificatu sextæ conjugationis Hiphil, *sistere admovere*. idem quod Grę-
cis προσάγειν & προσφέρειν. unde est προσφορὰ *oblatio*, res Deo consecra-
& voto addicta. Ex hoc intelligitur calumnia traditionis à Christo
prehensę. cùm Parentes egeni jure per Divinum mandatum hono-
randi

randi Patrem & Matrem sibi dato, ab opulentis filijs optarent ea, quorũ penuria laborabant, ingrati filij ab astutis edocti Leguleis, præcepto primæ tabulæ adversus præceptum secundæ pro scuto usi, justas parentum petitiones eludebant, religionem impietati prętexentes. Dicebant enim, quoties aliquid è filiorum bonis sibi necessarium parentes pauperes optassent, id verò sese jam Deo sacrasse. Hoc ipsum S. Matthæus referens cap. xv. 5. sic scribit: *Vos autem dicitis: quicumque dixerit Patri vel Matri: Munus quodcumque est ex me tibi proderit*. Elliptica oratio, qualis adhibetur referendis adagijs & sententijs vulgo notissimis, quas quivis lector aut auditor memoriter tenens, statim per se supplet, additis quæ sequuntur. Sed est hic præterea trajectio verborum, quorum rectus & planus hic ordo esset: *Munus est quodcumque ex me tibi proderit*. Munus idem valet, quod apud Marcum *corban* aut, *donum*. *ex me* dictum pro *ex rebus meis*. Talia porrò dona cùm deferebantur in Templum, locus erat ijs excipiendis, Corbona vulgò dicitur, in quem etiam pecuniæ, aut res aliæ quomodocumque sacris usibus addictæ, conijci solebant, ut intelligitur ex Matthæi xxvii. 6. ubi de triginta argenteis à Iuda proditore projectis in Templo, deliberantes quid agerent Principes Sacerdotum, sic inducit: *Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est*. קרבונא *Korbona* ergo thesaurus erat, sive ærarium sacrarum largitionum. Suidas & Phavorinus ex Iosepho lib. ii. de Bello cap. viii. Κορβονᾶς παρὰ Ιουδαίοις ὁ θησαυρός.

LITHOSTROTOS, vide supra in GABBATA.

¶ XLVI. MAMMONA.

Luc. xvi. 9. *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis*. Mammon Hebræis, Chaldæis, ac Syris idem quod Græcis πλοῦτος, divitiæ: sed cùm additur, *iniquitatis*, alluditur ad etymon vocis Mammon, quod commemorat Hieroymus; ut sit quasi מן און *minavon*, hoc est, *ab iniquitate*, inde enim plerumque ortum habent divitiæ.

¶ XLVII. MYRRHATVM.

Marci xv. 23. *Et dabant ei bibere myrrhatum vinum; & non accepit*. Multa de hoc vino Baronius An. Chr. xxxiv, num cxv. & seq. præsertim in tertia editione, ubi scriptis ad se litteris ea de re à Nicolao Fabro, prolixè respondet; potestatem tamen Lectori faciens utram mallet Fabri, an suam sententiam sequendi. Quamquam non tam suam sententiam proposuerat, quàm alienam descripserat, Michaelis Mercati. unde postmodum re tota diligentiùs perspecta, in Appendice Tomi x, deleri jubet cuncta quæ ibi scripserat. Videndus ad hæc, importunus quidem & malevolus Baronij Censor Casaubonus; tamen interdum relinquenda tollendis admiscens. Fusè is de Myrrhato vino disputat in Exercitationibus

Digitized by Google

s à pag.622. ad 626. Mihi ſepoſito perſonarum reſpectu de re ipſa li-
rè cenſenti, probabilius videtur myrrhatum vinum uni Marco me-
oratum,& in Græcis Εσμυρνισμένον οἶνον dictum,non fuiſſe myrrhinam
auto & Plinio laudatam deliciarũ & dulcedinis cauſa potionem; quę
myrrhea vaſa fictilia,*Parthis*,ut Propertius ait, *cocta focis*, adhuc à for-
ce calentia conjecta, inde odorem traheret; ſed potiùs fuiſſe vinum
ſtu amarum ob admixtionem myrrhæ, & inde vim obſtupefaciendi
bens; propinari Cruciarijs, aut quibuſvis ad mortem damnatis anti-
o Hebræorum more ſolitum; cujus moris plurima Rabbinorum ve-
um teſtimonia fidem faciunt. Vide prętер alios Menochium noſtrum
Rep.Hebr.lib.viii.cap.ii.pag.ſive col.738.

¶ XLVIII. NAZARÆVS.

Matth.ii.24. *Et veniens habitavit in civitate, quæ dicitur Nazareth;*
adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas: quoniam Nazaræus vocabi-
. Nec locus hic citatus Prophetarum facilè reperitur: & Nazareth
itas ſcribitur hebraicè per נ thſade: Nazaræus autem Deo ſacrum ſi-
ficans per ז zaijn diverſam literam. Sed quod ad hoc attinet, valde
babiliter dici poteſt, נ thſade Syriaca conſuetudine mutatum in ז
in: nam & alia paris mutationis exempla ſuppetunt, etiam in ipſis
raicis ſcripturis. Loca autem Prophetarum hic indicata videntur ea
, quæ multa vel Chriſtum Sanctum, & Deo ſacrum futurum prædi-
t, vel alios quoſdam ejus figuram gerentes, ut Samſonem, Samue-
, & ſimiles Sanctos, & Deo conſecratos ajunt, affirmatione ex typo
em ac perſonam figuratam tranſitura. nam Chriſtum omnes intelli-
ant Deo conſecratiſſimum futurum, & ut Angelus, loquitur Luc.i.
Sanctum Domino vocandum. Quare non ſine numine factum ſit,
ſtius Sanctitatis indicatio,Patriæ denominatione celata, ſenſim & ci-
invidiam in uſum vulgarem induceretur. nam ſi quid obſervetur nõ
ctę conformitatis inter gentile vocabulum ductũ ex urbe Nazareth,
omen proprium Deo ſacratorum Nazarẹorum, non obſtat quomi-
s ipſa ſola ſoni affinitate hæc permiſceantur. Gaudent enim Hebræi
pria quadam indole linguæ, ac conſuetudinis, ludere in paronoma-
& alliterationibus ejuſmodi,ſententia permiſcenda, permutandaque
cum affinis ſoni. Sic Ephrata Pſal.cxxxi. eſt Silo, locus terræ ac Tri-
s Ephraim.etiã ſi Ephraim ſatis diverſum videatur nomen ab Ephra-
quæ & Bethleemi proprium eſt vocabulum, aut certè appellativum
ęcitatem indicans à פָּרָה *parah*. unde eſt פְּרִי *peri* fructus. Potiſſi-
m verò terræ fructus frumentum eſt benignè ibi proveniens,ut Beth-
mi vox declarat Domum panis ſonans. Videmus etiam in Scriptu-
ipſis nomina ſatis alterata & decurtata pro ijſdem agnoſci, conſue-
ine moroſam & ſolicitam ἀκρίβειαν, *exactionem* reſpuente. Ita pro
himelec, Achis & Achias bis in lib.1.Reg.legitur; & in novo Teſta-
nto Epaphroditus in Epaphras, Lucius aut Lucilius in Lucas,Sylva-
nus

Digitized by Google

nus in Silas cõtracta obſervantur ab exactè conferentibus. Addo ex Euſtathio ad v. 72. Iliad. γ, λήθω, quæ vox Latonam ſonat, putari conſonũ τῇ λήθῃ *oblivioni*, etſi illa prior vox cum τ, hæc poſterior cum θ, ſatis diverſis, ſed affinis ſoni litteris ſcribatur.

¶ XLIX. NVPTIALIS VESTIS.

Matth. xxii. 2. *Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* Veſtis hæc nuptialis videtur fuiſſe Cœnatoria, quę ſoli convivio ſerviebat, non forenſibus, aut cujuſvis alterius generis congreſſibus. unde Martialis cœnatoria veſtimenta ſic facit loquentia lib. xiii. Epigr. 135.

Nec fora ſunt nobis, nec ſunt vadimonia nota
Hoc opus eſt; pictis accubuiſſe thoris.

¶ L. ODISSE.

Luc. xiv. 29. *Qui non odit Patrem ſuum, & Matrem ſuam non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Offendatur hæc qui audit ſpecie quadam oppoſitionis eorum cum Decalogo, niſi admoneatur, odiendi verbum non eſſe hoc loco in *poſitivo*, ut Grammatici loquuntur; ſed in comparationis gradu, more Hebræę linguæ, quæ ut non ſolùm nomina; ſed etiam verba per genera inflectit: ita ut למד *lamad*, exempli cauſa maſculinũ ſit verbum, ſignificans *didicit vir*; cui reſpondet למדה *lameda*, *didicit mulier*: ſic non ſolùm in adjectivis nominibus, ut ferè aliæ linguæ; ſed etiam in verbis comparationes ponit, nulla ſoni aut caſus flexione deſignatas, verùm ex uſu, ac linguæ genio, peritis, & attentè obſervantibus intelligibiles. Sicut ergo qui legit illud hebraicè ſcriptum latinis literis: *Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine*: non dubitat quin ὃ *bonum* ſit poſitum pro *melius*: ita ei ſtatuendum eſt qui hoc legit præceptum odio habendi Patrem, ὃ *odiſſe* poſitum eſſe pro *minus amare*. Satis hoc indicat alibi Chriſtus ipſe, cùm dicit: *Qui amat Patrem aut Matrẽ pluſquam me, non eſt me dignus*, Matth. x. 37. Præcipit ergo parentes minus amari, quàm Deum, & hoc vocat illos odiſſe, more, ut dixi, ac genio idiomatis Hebræi; cujus & illa ſunt Malach. i. 3. *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*, quæ tantùm ſignificant, Deum ex duobus illis fratribus plus amaſſe Iacob, quàm Eſau. Informatur ergo ejuſmodi Evangelicis mandatis odio habendi parentes, uxorem, filios, animam, hoc eſt, valetudinem ac vitam propriam; prælatio, & ut vocant, appretiatio quędam in Deo amando, ſic tenenda, ut impendio cunctarum rerum, cùm opus fuerit, ejus gratia, ematur; & nullo affectu, nullo reſpectu tenearis quo minus quantumvis cara, utilia, dulcia, contemnas, abdices, abijcias potiùs, quàm à Deo ſeparareris. Inculcatur pro ſui momento ſępius in Evangelio hæc maximè neceſſaria doctrina: & vulgaribus exemplis ac ſimilitudinibus, vulgi etiam rudis ſenſibus admovetur. Eo enim pertinent emptores agri, in quo theſaurus latet, vel pretioſæ margaritæ; ædifica-

Digitized by Google

dificator turris : Rex iturus adverſus alium Regem ; quę breviter de-
laranda ſunt . Ager infoſſo theſauro locuples, aut unio exquiſiti , & li-
tanti noti pretij , Regnum eſt Cœlorum ; hoc eſt ſtatus gratię & ami-
ię cum Deo, ex quo certa ſpes pendet ſummæ atque æternæ felicita-
s . Hoc tantum boni non viliori pretio, quàm omnium prorſus cò mi-
orum emendum eſt bonorum . Pro eo & utilitas divitiarum, & jucun-
itas voluptatum, & dignitas honorum abijcienda ſunt; & cum ſibi con-
arijs mutanda . hoc eſt hebraica phraſi, odio habenda, videlicet minus
manda cũ in illius cõparationem venerint . Sic enim eſt indoles linguę
ujus, ut poſtpoſitionem odium vocet, juxta illud Chriſti Mat. vi. 24. *Ne-
o poteſt duobus Dominis ſervire, aut enim unũ odio habebit, & alterum di-
et* &c. hoc eſt unum alteri amoris ordine poſtponet . Idem alia imagi-
figurat turris, cujus ædificator ſumptus computat , qui ei conſum-
andæ ſunt neceſſarij . Turris ædificanda, gratia Dei eſt & amicitia pa-
nda . ſumptus ei ad faſtigium extruendæ neceſſarij, eſt rerum omnium
ıpendium & abiectio, quæ quomodocumque in ejus comparationem
nire poterunt . Similiter victoria belli cum Rege viginti millibus in-
uĉto committendi, Dei amicitiam & jus cũ ea junctum æternę fruen-
felicitatis ſymbolicè deſignat . Habere autem ſub ſignis tantum de-
m millia, eſt non eſſe paratum ad quidvis paciſcendum prò tuenda, re-
ıendaque ad extremum Dei gratia . ſunt qui pro tali re facilè divitias
ofundant; profligare tali cauſa valetudinem, & corpus cruciatibus ex-
nere minimè parati : qualem Diabolus calumniabatur Iobum eſſe ;
n ſic apud Deum de eo loquitur cap. ii. 4. *Pellem pro pelle , & cuncta
e habet homo dabit pro anima ſua : alioquin mitte manum tuam & tange
eius, & carnem : & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi* . Oportet
go ſic omnia proviſa, & ita paratum ad omnes caſus habere animum;
quivis dicat cum Apoſtolo : *Certus ſum, quia neque mors , neque vita ,
que Angeli, neque Principatus , neque Virtutes , neque inſtantia , neque
ura, neque fortitudo , neque altitudo , neque profundum , neque creatura
poterit nos ſeparare à charitate Dei* &c. ad Rom. vii, 38.

¶ LI. OPERARI,

Matth. xxv. 16. *Operatus eſt in eis, & lucratus eſt* &c. Manifeſtum eſt
operari ſignificare *negotiari* . ſic Pſal. cvi. 23. *facientes operationem in
is multis*, ſunt Inſtitores maritimis commercijs augendæ rei ſtuden-
. ἐργασίαν eo loco Septuaginta habent pro *operationem* , ut & apud
tth. ἐργάζεσθαι legitur pro *operari* . ἐργασία autem Summis Atticis ne-
tiationem ſonat . Iſocrates Nicocli Cypriorum Regi ſuadens ut ne-
tiationes ſuis ſubditis quæſtuoſas faciat , lites verò damnoſas : quò
s ab his deterreat, ad illas invitet ; ſic ſcribit : τὰς μὲ ἐργασίας αὐτοῖς κα-
κερδαλέας, τὰς δ' πραγματείας ἀπαζημίους . Inde quia eleemoſyna nego-
io quædam eſt hominis cum Deo, centuplicatum lucrum referens ,
rdum ab Eccleſiaſticis Scriptoribus largitiones egentibus factæ ſim-

Digitized by Google

pliciter *opera* vocantur. Sic accipiendum quod Eucherius ad Valerianum de Paulino scribit: *Tres Orbis partes suis eum operibus implevisse*. non de Lucubrationibus hic agitur, quas ille Vir Sanctissimus edidit perpaucas. Enarrator ergo Eucherio detur Vranius Vitæ S. Paulini Scriptor: Is testatur, per Asiam eum, Africam, & Europam ingentes opes suas egenis largiendo dispersisse. Lucianus quoque in Asino ait, corrogationem stipis factitatam à Sacerdotibus Deæ Syriæ ἐπαίζειν ab ipsis vocari solitam, & corrogare ἐπαίζειν.

¶ LII. OSANNA, sive HOSANNA.

Matth. 21. 9. *Clamabant dicentes, hosanna filio David*. Marc. xi. 9. *Clamabant dicentes, hosanna*. Ioan. xii. 13. *Et clamabant hosanna*. quid sit *hosanna* videntur indicare tres ijdem Evangelistæ; dum Ioannes quidem paulò ante dicit: *Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei*. Marcus autem: *Frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via*. denique Matthæus: *Cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via*: ut non videatur dubitandum quin hosanna significet ramos arborum, quos in honorem Christi abscissos ex arboribus sternebant in via. Hoc indicat dativus, *Filio David*, à Matthæo expressus, in alijs intelligendus. Cum eo enim non cohæret vox hosanna, si usurpetur quatenus verbum est, & sonat *salva quæso*. quamenim commodam sententiam habere potest *salva quæso Filia David*? habet autem percommodam: date, afferte ramos felicium arborum cohonestando de more adventui solemni Filij David, qui venit benedictus in nomine Domini. Dicat aliquis: statim post conjungi cum osanna, apud Matthæum quidem *in altissimis*, apud Marcum autem, *in excelsis*. Ad hoc ajo: ne id quidem posse cohærere cum; *Salva quæso nos*: quare idem illis quoque, qui à nobis differerint, solvendum. Deinde dico: præter frondes quibus sternebant viam, servasse procurrentes obviam Christo ramos olivarum aut palmarum, quos præferrent manibus altè sublatos, quo in gestu significatio erat honoris præcipui, ei qui veniebat, habiti, ex usu populari dudum recepto. verba ergo illa sunt adhortantium se mutuò, ad quam altissimè tollendum sursum versùs quem quisque gestaret ramum, quo plus honoris haberetur Christo. Restat explicandum unde contigerit ut ramus decerptus ex arbore, hosanna vocaretur. Decerptio ramorum ex arboribus in Lege præcepta Levitici xxiii 40. ad usum erectionis Tabernaculorum in annuo festo Scenopegiæ, cum sacra esset cerimonia, ritè & ex certa formula fiebat. Inter cætera qui id agerent recitabant Psalm. cxvii. cujus initium, *Confitemini Domino quoniam bonus* &c. præsertim verò ex eo frequentabant versiculos 24. & 25. quorum ille lætitiæ festi conveniebat, sic se habens: *Hæc dies quam fecit Dominus exultemus & lætemur in ea*. Erat enim id festum Tabernaculorum præcipuæ gratulationis, institutum ad recolenda summa illa beneficia eductionis ex Ægypto, & protectionis in longa peregrinatione per desertum. Alter autem implo-

rabat

oat Divinum in posterum auxilium ad continuationem felicitatis, his
bis: *O Domine salvum me fac, ò Domine bene prosperare, Benedictus*
venit in nomine Domini. quod hic legitur, *Salvum me fac*; in Hebræo
הושיעה נא *Hosciana*, quod hebraizãtes vertunt: *Salvifica nunc*. Hoc
tem potissimum cùm pronunciarent verbum, tollebant in Cœlum
nus ramis virentibus onustas; nam hic supplicantium gestus est. Por-
etsi hæc cerimonia in festo, ut dixi, Tabernaculorum usurpabatur:
dem tamen iterabatur quoties inciderat gratulatio major. Itaque id
tum legimus purgato per Iudam Maccabæum, & restituto sacris va-
us Templo. i.Mace.xiii.51.11. Mac.x.7. Nec videtur dubium quin
cana edocti traditione intelligerunt Iudæi, festi Scenopegiæ lætos ritus
picè adumbrare adventum Messiæ; cujus pene diserta in versiculo
nc frequentato, quem retulimus, habetur mentio in illis verbis: *Be-*
dictus qui venit in nomine Domini. & mox: *Deus Dominus & illuxit*
bis. unde vel illius notitiæ admonitu, vel divinitùs afflato mentis in-
nctu, istam ramorum præcisionem, elevationem, & sparsionem stri-
rum inde frondium in hoc solemni Christi Ierosolymam ingressu Iu-
i usurparunt, eadem, qua in Scenopegia, cerimonia. Iam quod cum,
dixi, ramos manu prehensos in altum tollerent, simul ingeminabant.
ce sublata verbum הושיעה נא *hosanna*, factum est humanæ consue-
linis usu, ut ramis istis vox cum eorũ exaltatione conjungi solita vi-
proprij nominis adhæresceret, & *hosanna* vocarentur. quod minus mi-
itur qui alia casu simili nomen non minus insolitum nacta cogitabit.
di alicubi aquam lustralem, quæ christiano ritu in aditu Templorum
poni solet, *asperges* appellari: non alia de causa, quam quia dum irro-
ur, ex more pronunciatur versus ille Psal. 50. *Asperges me Domine* &c.
bemus & antiquius exemplum. *Ocimum* herba vulgo notissima, ve-
i superstitione cùm serebatur, convicia & contumeliosa verba serens
oferebat. Autor Plinius lib.xix.cap.vii.his verbis: *Nihil ocimo fœcun-*
us. cum maledictis & probris serendum præcipiunt, ut lætiùs proveniat.
nc contigit, ut probra & maledicta *ocimum* vocarentur. Id docet Per-
s Sat.iv. sic scribens:

Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis
Cum bene discincto cantaverit ocima vernæ.

i vides diras & contumeliosa verba, quæ irritatæ petulantia vernula-
m rabiosę aniculæ effutiunt, *ocima* vocari: pari omninò ratione ac nunc
sanna ramos cum ejus vocis ingeminatione cædi & tolli solitos, fuisse
pellatos dicimus.

¶ LIII. OS OPPRIMERE.

Quid sit quod Lucas ait cap.xi. 53. *Et ceperunt Pharisæi & Legispe-*
i graviter insistere, & os eius opprimere de multis: meritò quæritur. Ver-
m Græcum, quod Vulgatus vertit, *os opprimere*, est ἀποστοματίζειν. Id
opriè significat, ut ex Grammaticis Græcis intelligimus, exigere à

Digitized by Google

puero ut recitet, quæ memoriæ mandanda ipsi præscripta fuerunt. quod ferè cum minis & odiosè fit à Magistris diligentiam discipulorum explorantibus. Isti ergo Legisperiti se præstrictos à Christo non ferentes, Magistrorum, quo nomine tumebant, jure ac supercilio imperiosiùs urgere Christum ceperunt, lacessentes eum crebris & captiosis interrogationibus, ac tamquam discipulum examinantes infenso animo, quò elicerent, si possent, ex ejus ore quod plausibiliter traducere apud populum, aut etiam accusare apud Iudices possent.

¶ LIV. PARADISVS.

Luc.xxiii. 43. verba sunt Christi ad Latronem pœnitentem: *Hodie mecum eris in Paradiso*: Hebræum vocabulum פרדס *Pardes* Paradisum sonans, hoc est locum & statum plenæ felicitatis, in Græca Latinaque lingua ab Ecclesiasticis Scriptoribus cum originali sono, literisque servatum est. Illud etsi Lexicographi radicalem quatuor literarum ponunt: conjectura tamen est verisimilis propagari ex radice פרד *parad*, quod est separare, segregare. nimirum locus felicitati Piorum destinatus, segregatus ac sepositus ab omni aliorum commercio sit oportet: talisque prædicatur ab omnibus, qui aliquam beatitudinis animarum notionem informarunt. Hinc Elysios suos campos, μακάρων νήσους Græci Fabulatores extremo in Oceano, quò nulla vulgarium Institorum navigatio pertingit, toto divisos Orbe posuerunt. Ex quibus Latini, Horatius lib. Epodon Od.xvi.

Iuppiter illa Pio secrevit littora Genti,
Vt inquinavit ære tempus aureum.

Et Maro lib.vi.

Secretosque Pios: his dantem iura Catonem.

¶ LV. PHARISÆI.

Vocabuli tam crebrò in Evangelijs memorati debemus hic enarrationem aliquam. Sectæ id fuit nomen in Iudæa percelebris, velut in Græcia Philosophorum; aut potius inter Philosophos, eorum qui palmam approbationis & admirationis publicæ tulerunt: quales videntur Stoici fuisse, quorum etiam gemina quædam cum Pharisaicis dogmata feruntur. Nominis originem sic Epiphanius edisserit Hær.xvi. ἀλέγοντο Φαρισαῖοι διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀφωρισμένους ἀπὸ τῶν ἄλλων διὰ τὴν ἐθελοπερισκοθρησκείαν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην. Φαρὲς γὰρ κατὰ τὴν ἑβραΐδα ἑρμηνεύεται ἀφορισμός. hoc est: *Pharisæi dicebantur quod essent propter adscititiam, superstitiosamque quam profitebantur disciplinam, ab alijs separati; Phares enim hebraicè separationem sonat.* Consentiunt Hieronymus & Augustinus. Ille Præfatione in Amos. *Pharisæi qui se quasi iustos separaverant, divisi appellantur.* Hic serm.30.de Verbis Domini: *Pharisæi Iudæi erant quasi egregij Iudæorum* &c. unde obiter apparet quam aptè Christus in Parabola Lu-

cæ

ce c.xviii. 11. Phariſæo tribuerit illa verba: *Non ſum ſicut ceteri hominum*. Nec eſt incredibile eò alluſiſſe Paulum, dum, qui ſe Phariſæum profeſſus fuerat Act.xxiii. 6. ſe ſe ad Rom.1.dicit: *Segregatum in Evangelium Dei*: quaſi diceret diviſum bona diviſione. Tempus ortus hujus Sectę antiquius Maccabaicis,& reditui è Babylone finitimum rectè conjectantur Eruditi. Ritus, mores, dogmata, pleraque ex Evangelijs & Actis Apoſtolorum patent. Ea diſtinctiùs collegerunt Epiphanius jam laudatus, & Serarius noſter lib.11.Trihæreſiij.

¶ LVI. PHYLACTERIA.

Matth.xxiii. 3. Chriſtus inter oſtentationes Phariſæorum numerat πλατυσμὸν Φυλακτηρίων, Dilatationem Phylacteriorum. Iuſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone ait, Φυλακτήριον Iudaicum fuiſſe, ἐν ὑμέσι λεπτοπάχεσι γεγραμμένον χαρακτῆρσι in tenuiſſimis membranis, quæ characteribus inſcripta eſſent. Commendans Deus & præcipiens jugem memoriam beneficiorum & mandatorum ſuorum Exodi xiii. 19. & 16. Deuter.vi. 8. ſuadet dari operam, ut haberentur præ oculis ſemper tamquam ſignum. quod etſi nihil aliud quam aſſiduè recordandi ſtudiũ injungeret, inde tamen occaſionem arripuerunt qui exactiores Legis obſervatores videri volebant, membranaceas tænias quibuſdam characteribus Dei beneficia & præcepta indicantibus conſcribillatas conſpicuè circumferendi de veſtibus pendentes. תפלין *Thephilin*, eas membranas Syrus hoc loco vocat. Græci quod earum carerent proprio nomine, vocabulum eis accommodarunt è Greca ſuperſtitione ſumptũ. quod enim credula plebs membranas myſticis inſcriptas notis vim habere putarent averruncandorum & avertendorum malorum, eas ſtudioſè geſtabant; vocabantur autem illę Φυλακτήρια à verbo φυλάσσω, quod eſt cuſtodire ac præſervare. Amuleta Latini dicerent; ſed Greca vox eſt meritò retenta; quippe uſu Iudæorum etiam cum Græcis verſantium trita.

¶ LVII. PISTICVM.

Ad illa verba Ioan. xii. 3. *Maria ergo accepit libram unguenti Nardi piſtici pretioſi*. Quæ S.Auguſtinus adnotavit Tract.50.*Quod ait*, Piſtici, *locum aliquem credere debemus, unde hoc erat unguentum pretioſum*, vidi qui parùm exactè ſcriptum exiſtimarent à ſummo Viro, Speculationibus Theologicis attento; nec valde Grammatica curante: quibus minimè accedo. Paſſim à veteribus Nardus Aſſyria laudatur. quid ni ergo fuerit in ea regione aliqua Civitas affinis huic vocabuli, ubi exquiſitius elaboraretur iſtud unguentum, indeque mentione celebraretur? Meminit Stephanus ex Damophilo, Pſitaces urbis ad Tigrim ſitæ. quid prohibet, ut in regione ac gẽte odoramentorum ſtudioſiſſima, peculiare Nardi condimentum, ibi repertum, factitatumque: ac in Seplaſias cupidè

transla-

Digitized by Google

translatum, verbo ex patria ducto; ſed à Græcis ad vulgarem uſum emollito? Nam alioqui ſolita ea natio eſt vocabula linguarum aliarum, levi mutatione ad ſui origines idiomatis attrahere. Ita Byrſam Carthaginis Arcem Pœnis eripuerunt; excogitata etiam ad furtum tutiùs celandum fabella bubuli corij: quaſi foret veriſimile, Didonem Tyro profectam, dum Coloniam in Africæ litore poneret, Græca uſam lingua. Phœnicum ſermonem Hebraicum fuiſſe ſatis conſtat. Hinc Tyrij Coloni Arcem ad Carthaginis tutelam ſtructam *Boſra* vocaverint à radice בצר *Batſar*, quod ſonat *munire*. Ex ea voce Græci Fabulatores *Byrſam* videlicet fecerint, quod ipſis eſt pellis bubula. Ita unguentum Nardi *Pſitacicum* fortè in *piſticum* deformaverint.

¶ LVIII. PORTÆ INFERI.

Matth. xvi. 18. Chriſtus de Eccleſia: *Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* S. Ioannes Damaſcenus oratione non edita in Sanctam Barbaram Virginem & Martyrem, Portas Inferi tormenta Tyrannorum excogitata & exercita in SS. Martyras, vocat. Poſtquam enim dixit: Diabolum invidia motum, ubi audiſſet à Deo commendari Iobum, expetijſſe illum tentandum flagellis & malis; addit: ὅτως καὶ τότε (florente primæva Eccleſia) ἀκηκοὼς ὁ παμπόνηρος τῆ Κυρίᾳ περὶ τῆς ἐκκλησίας ἐγκωμιαστικῶς ἀποφαινομένῃ· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, πύλας ᾅδου τὰς παντοίας τῶν κολάσεων ἰδεῖας εἰς ᾅδου καὶ θανάτου ὠθοῦσας καὶ καταγούσας ὀνομάζοντος, ἐξαιτεῖται πάλιν ἀναιδῶς τοῦ πειρασμοῦ καὶ τὰ ἔξης. hoc eſt: *Sic & tunc cum audiſſet nequiſſimus Dominum de Eccleſia cum laude memorantem, non prævalituras contra ipſam portas Inferi, eo nomine intelligendo tormenta & cruciatus omnis generis in Inferos ac mortem trudentes ac deducentes, expoſcit rurſus impudenter experimentum* &c. Ita ille Sanctus Pater: Verùm non de ſolis tyrannis victoriam Eccleſiæ pollicentur hæc verba; ſed ex ſenſu cunctorum Patrum, atque Interpretum, etiam contra Hæreſes, quas non minus veriſimiliter plerique verbo Portarum Inferi deſignatas putant, quod per eas ad Inferos eatur. Mihi verò etiam corrupti mores & peccata propter eandem rationem Portæ Inferi videntur dici. Nam neque hæc ita umquam in mundo prævalebunt, ut non ſuperſint quidam Sancti, qui Eccleſiæ Sanctæ nomen, ac decus Sponſæ Chriſti pulcherrimæ ſine macula & ruga, tueantur. Quamquam video peculiarem eſſe cauſam cur Dei hic promiſſa protectio Eccleſiæ ne ſuccumbat umquam inſultibus Portarum Inferi, ad victoriam ejus de perſecutionibus tyrannorum, & oppugnationibus Hæreticorum referatur, potiùs quàm ad tutelam innocentiæ juſtorum, gratia corroborante, carnis ac mundi tentamenta ſuperantium. quoniam per hæreſes ſeparantur homines ab Eccleſia, non item per quævis etiam lethalia peccata. Exiſtimo tamen potiùs indicari nomine Portarum Inferi univerſalius principium omnium impugnationum, quas Eccleſia patitur, ſive per Tyrannos Idololatras, aut quomodocumque Infideles, ſive per Hæreticos, Schiſmaticoſque;

uti

Digitized by Google

uti & per corruptelas morum, & irritamenta vitiorum. Omnibus quip-pe his & singulis quasi Orci exercitibus & castris, velut Imperatores ac Duces præsident dæmones, qui quam aptè *Portæ Inferi* dici possint, breviter exponam, decerpens è scriptis à me alias in Exercitatione Theologica ad Scripturæ loca de Angelis agentia. Ibi considerans Iobi locum xxxviii. 17. ubi fit mentio *Portarum Mortis*, observabam *mortis* nomine significatum videri, quod Ioannes in Apoc. xx. 14. vocat *mortem secundam*, quam esse ait *stagnum ignis*, hoc est Infernum. ut Portæ mortis & Portæ Inferi synonyma sint. Iam quia & arcium & carcerum portæ obtineri ac servari solent excubijs armatorum, ipsum præsidium custodientium militum, Portarum nomine intelligi, Synecdoche continentis pro contento, vulgaris usus facilè paritur. Ex quo dicamus licet, Portas Inferi Dæmonas dici Inferorum custodiæ præfecto: qui quoniam permittuntur usque ad diem ultimi judicij erumpere inde ac vagari per aquas, terras, aërem, varieque vexare ac tentare homines, quò eos ad peccatū, indeque ad pœnarum suarum consortium pertrahant (quod licèt successurum sit ipsis in plurimis, numquam tamen assequantur ac universa Christo credentium multitudo pariter concidat, & eorum sive machinationibus astutis, sive acribus insultibus succumbat) rectè Portæ Inferi, hoc est dæmones, dicuntur oppugnare Ecclesiam, adversus quam prævaleturi ad extremum non sint.

¶ LIX. PRINCIPIVM.

Vexatissimus locus est Ioan. viii. 25. ubi Iudæis in jurgio Christum interrogantibus: *Tu quis es?* respondet Dominus: *Principium qui & loquor vobis*. Operæpretium est Græcas origines consulere. Eæ sic habent: σὺ τίς εἶ; καὶ εἶπεν αὐτοῖς Ἰησοῦς· τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Hinc apparet, *principium* non esse à Vulgato positum in nominandi casu; sed in eo qui responderet quarto Græcorum: Latini accusativum vocant. imò hic, uti & alibi Interpretem eumdem (aut potiùs Interpretes, non enim unius Vulgata tota est opus) adumbrare cum fide originariam scripturā voluisse; exhaurire significatum ejus, plenèque ac perfectè exprimere, necesse nunc quidem non putasse. Sic Psalm. xxxiii. 7. cùm quod est in Græco παρεμβαλεῖ vertit *immittet*, jure facit suo. nā verbo Græco παρεμβάλλω Latinum *immitto* respondet. necessitatem tamen Lectori imponit, si planè ac exactè loci sententiam velit percipere, aliam ex originibus petēdi notitiam, quam quæ suggeritur ex vulgari notione verbi *immitto*. Et hoc Divina providentia de industria consuluit in libris sacris, ut ibi occurrerent mysteria legentibus, & acueretur attentio. unde Christus non legendas solùm, sed scrutandas scripturas admonet, ne illo quod apparet in primo cortice contenti, latentem intra nucleum, atque in medulla prætereamus veritatem. Itaque videtur dici posse, sic interdum sacros Interpretes permutare verba, ut ijs quæ pro Græcis, Hebraicisve substituunt, peculiarem, nec cuivis latinè scienti passim notam, subijciant

ciant notionem, uti nuper memorato Psalmi loco, dum *immittet* pro Græco παρεμβαλεῖ, & Hebræo חנה *Choneh*, quod utrumque significat, *castrametabitur* ponit, voluit Lectorem dum verbum immittendi videt, castrorum positionem cogitare: quod planè flagitat loci sententia, prout cuivis vel mediocriter attendenti perspicuum est. Similiter & hoc Sancti Ioannis loco suspicor ita positum ab Interprete *principium* pro Græco τὴν ἀρχὴν, ut significatum illius Græcæ vocis quicumque tandem esset, vellet intelligi à se fuisse illigatum vocabulo *principium*, cujus proinde ut vis perciperetur, opus esset investigare ac scrutari quę potestas esset juxta Græcam proprietatem ejus vocis. Hoc igitur agamus. Animadverto vocem ἀρχὴν, etsi nomen in quarto casu videatur, adverbialiter tamen à Græcis plerumque sumi (quod non satis, ut opinor, ejus linguę qui plurimi extant Lexicographi ac Grammatici docuerunt) adverbialiter inquam usurpari. Et vicem adverbiorum *prorsus*, *omninò*, ac similium Græcis pręstare, ut ex his locis demonstratur, quę mihi Græcos Scriptores legenti fortè occurrerunt. Pausanias in Bœoticis, de Tauris Æthiopicis agens, eos Rhinocerotas vocari ait: ὅτι σφισιν ἐπ' ἄκρα τῇ ῥινὶ ἓν ἑκάστῳ κέρας. καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτῷ οὐ μέγα. περὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδὲ ἀρχὴν κέρατά ἐστιν. hoc est: *Quoniam ipsis in summo naso unum cuique cornu, & aliud super hoc non magnum: supra caput verò cornua planè habent nulla*. Sic vertendum: non, cum Politiano locum hunc recitante Miscellan. cent. 1. cap. lvi. *in capite ne initio quidem cornua*. quid enim *ne initio quidem* ad ὃ, ἀρχὴν? quasi verò tauri isti cùm aliquando habere consuevissent in capite cornua, postea usu ac tempore id omiserint. Herodotus lib. 1. post med. pag. 89. edit. 2. Henrici Stephani An. 1592. de Regione Babylonia sic habet: ἔστι δὲ χωρέων αὕτη ἁπασάων μακρῷ ἀρίστη, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, δήμητρος κάρπον ἐκφέρειν. τὰ γὰρ δὴ ἄλλα δένδρεα οὐδὲ πειρᾶται ἀρχὴν φέρειν. Hæc sic verterim. *Regionum hæc est omnium, quas quidem noverimus, longè optima frumento dumtaxat producendo. aliarum enim plantarum est funditus sterilis*. Notionis particulæ ἀρχὴν, ignoratio, & Laurentium Vallam, & ejus censorem Henricum Stephanum hic transversos egit. quorum ille sic vertit illa verba: τὰ γὰρ ἄλλα δένδρεα οὐδὲ πειρᾶται ἀρχὴν φέρειν, οὔτε συκέην, οὔτε ἄμπελον, οὔτε ἐλαίην. *Nam in arboribus ferendis ficù, vite, olea de principatu non contendit*. Henricus verò Stephanus sic corrigit: *Nam alioqui arbores ne ab initio quidem ferre potest*. Ita illi: coactè uterque, nec verè. Certus sum legisse me apud Lucianum, etsi locus nunc quidem non succurrit, de quodam præcisè ac vehementer negante se habere, atque adeo etiam nosse, pecuniam οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὄβολον οἶδα. hoc est: *Omninò ne novi quidem visu tenus qua forma sit obolus*. Denique ne evagemur longius, hic ipse, quem nunc edimus græcè primùm Victor Antiochenus ad vers. 28. cap. xv. Sancti Marci sic loquitur: καὶ μὴ γεύσασθαι τὴν ἀρχὴν. hoc est: *neque gustasse omninò*. His pręmunitus accedat jam mecum Lector ad propositũ Ioannis Evangelistæ locum. Dixerat Christus Iudæis illo capite viii. quædam de se magnifica, sed vera, etsi non credita. ut illud vers. 12. *Ego sum lux mundi*, quo cùm Pharisęi offensi respon-

pondiſſent: *Tu de te ipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non verum*. Ad ea Chriſtus, ſuum teſtimonium confirmat autoritate Paſui, ſic ſubjungens verſ. 18. *Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me , & teſtimonium perhibet de me qui miſit me Pater*. Tunc pervicaces æi per jurgium interrogarunt: *Vbi eſt Pater tuus?* & ut notat Evaniſta, ira eorum parum à vi abfuit. Perſeveravit tamen Chriſtus in rmatione eorum quæ de ſe dixerat, nihil retractans aut remittens, ıtra quam illi ſperaſſe videbantur, cùm poſt multa ei obiecta, quaſi olorantes, num etiamnum perſtaret in prius prolata ſententia, dixeıt verſ. 25. *Tu quis es?* ad quod reſpondit Ieſus: τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν; quæ verba ſic clariùs explicari poſſent: omninò is quem prius eſſe dixi, nempe Lux mundi, & Dei Filius: unde meritò ſubjungit ſ. 27. Evangeliſta: *Et non cognoverunt quia Patrem eius dicebat Deum*.

¶ LX. PONTIFEX ANNI ILLIVS.

Ioan. xi. 49. *Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet Pontifex anllius*. & v. 51. *Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cùm eſſet Pontifex i illius, prophetavit*. Lucas cap. iii. 2. teſtatur, Caipham ſimul cũ Anfuiſſe Pontificem (ſive Principem Sacerdotum, quod idem eſt, & in æco utrobique vox eadem ponitur ἀρχιερεῦς) ſic ſcribens: *Sub Prinbus Sacerdotum Anna & Caipha factum eſt verbum Domini ſuper Ioan* &c. Si ergo jam tribus ante annis Caiphas erat Pontifex, quare peiariter dicitur fuiſſe Pontifex anni illius, quo paſſus eſt Dominus? aut s erat hic Pontificatus annuus, cùm Pontifices Aaronicos in vitam ſe tales, & ſola morte dignitatem iſtam amiſiſſe, niſi caſus aliquis pinatus intercederet, aut tyrannica vis legis præſcripto prævaleret, nnumeris Scripturæ locis certiſſimum ſit? Et hęc quidem ratio à leducta, quæ non minus ſingularitatem ſummi Pontificis, quàm penem, & vitę ęqualem ejus in eo munere perſeverantiam jubebat, non nus contra Lucę teſtimonium duos ſimul Pontifices ſummos agnontis, quam adverſus paulò ante deſcriptam Ioannis ſententiam videpręſcribere. Tamen quod ad Lucam attinet, facilè defungimur, ervando invaluiſſe longo uſu, ut qui jure naſcendi ſucceſſurus ſumPontifici foret, ſi eſſet ea ętate ac prudẽtia ut rectè illi pontificia mucommendarentur, vice ac juſſu Pontificis ſacras functiones interdum ret: ac pro univerſali Vicario ejus, ac quaſi Collega agnoſceretur. quidam ratione, ut ſuo loco diximus, non inveriſimiliter utuntur conciliandam apparentem diſſonantiam, quę inter Chriſtum Domin Marci ii. 26. & Sacrum Scriptorem libri 1. Reg. cap. 21. reperitur, n hic Davidem veniſſe in Nobe ſub Achimelecho Pontifice, ille veſub Ahiathare, affirmat. Erat videlicet Abiathar jam matura ſacris te deſignatus ſucceſſor Achimelechi Patris, & cùm in pleriſque Viius, tum etiam veluti Collega ut rectè ſub eo factum dicatur, quod lò ante mortem deceſſoris ejus ac parentis contigit. Cæterùm ut

Digitized by Google

Ioannis quoque autoritati ſuus honor ſit, quærenda eſt alia cauſa, qua verè dictum ab eo demonſtretur, Caipham, qui ante triennium Vicarius & Collega Pontificis Annę in participationem ſummi Pontificatus venerat, eo deinde anno quo vivere vita mortali Chriſtus deſijt, ſolum ac ſingularem illius anni fuiſſe Pontificem. Commodam hujus nodi ſolutionem offert vir pereruditus Dominicus Magrius in libro, quem ſcripſit de conciliatione Antilogiarum apparentium Scripturę, ubi ex fide Ioannis Baptiſtę Ionæ è Iudęo Chriſtiani, & ex Archiſynagogo inter Rabinos celebri, Profeſſore Linguę Sanctę in Gymnaſio Sapientiæ Romano, refert ex Rituali Iudęorum Libro, ſolere quotannis aliquot diebus ante feſtum Kepur, ſive expiationis, quo ſummus Pontifex ſemel ingrediebatur in Sancta Sanctorum, deſignari communi ſuffragio Sacerdotem aliquem, qui in eo tam neceſſariò, & non plus quam ſemel in anno celebrari ſolito ſacro, Pontificis vices ſubiret, ſi ei humanitùs contigiſſet ob immunditiam contractam, eo non poſſe ſtato tempore defungi. Idque ſi eveniret, & iſte ſuccenturiatus myſtes revera in Sancta Sanctorum ingrediens legitimas feſti expiationis ceremonias obiret, jam ex hoc dignitatem trahebat peculiarem, ob quam Pontifex ejus anni vocabatur. Nec immeritò S. Ioannes Caipham non ex proprio ſenſu, ſed afflatu Divino locutum referens, id ei cauſæ aſſignat, quod eſſet *Pontifex anni illius*, hoc eſt quod unicum maximè proprium ſummi Pōtificis eo anno munus obijſſet, & in Sancta Sanctorum, locum peculiari Dei preſentia venerabilem, cùm ſacris veſtibus, & reliquo ſummę religionis apparatu penetraſſet, unde velut ex Deo coram adito quædam ei potuerit velut aſpergi, atque adhæreſcere aura prophetię. Ionas quidem modò laudatus indifferenter quemcumque qui ad iſtum ſupplendi uſum eligeretur, Pontificem ejus anni vocatum putat, etſi caſus non cōtingeret, ut ſacro miniſterio vice ſummi Pōtificis in immunditiam lapſi fungeretur. Tamen cum negari non poſſit quin multò potiori jure iſtam appellationem ferat qui revera ſupplevit Pontificis locum, puto me inveniſſe cauſam idoneam in modò conſideratis Ioannis verbis, exiſtimādi non inutiliter deſignatum Caipham ad eam ſacram ceremoniam vice Annę, ſi qua res eum prohiberet, obeundam: ſed revera in Sancta penetraſſe, & ſummi Pontificis egiſſe partes, vicaria licet & delegata, non autem ordinaria poteſtate. Cæterùm Annam etiam illo adhuc anno fuiſſe verè Sacerdotem ſummum intelligimus ex Actorum iv. 6. ubi poſt Chriſti reſurrectionem eodem adhuc currente civili anno, qui feſto Expiationis, hoc eſt die decimo menſis ſeptimi terminandus erat, congregati referuntur adverſus Apoſtolos *Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant è genere Sacerdotali*. Verba ſunt S. Lucæ: in quibus videmus ſoli Annæ tribui titulum Principis Sacerdotum, quod is verè talis eſſet; licèt Vicarium & deſignatum ſucceſſorem haberet in eo munere Caipham, qui ob id nonnumquam, modo loquendi laxiori, Princeps Sacerdotum & ipſe vocaretur.

¶ LXI.

Digitized by Google

¶ LXI. QVADRAGINTA SEX.

Ioan.ii. 20. Iudęi Chriſto dicunt: *Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt Templum hoc*. nempè Ieroſolymitanum, in quo erant qui ſic loquebantur. Tam implicata quibuſdam viſa eſt horum ſex & quadraginta annorum ratio, ut quaſi deſperatione victi rem in allegorias traherent. Euſebius tamen perfacilè defungitur, ſic ſcribens, prout refertur Catena Greca in hunc locum: ὅτοι τεσσαράκοντα ἓξ ἔτεσιν οἰκοδομήθη ὁ ναὸν ἔφασαν. ἀπὸ γὰρ τῆς πρώτης τοῦ Κύρου βασιλείας (ὃς πρῶτος ἀνῆκε τοῖς Βαβυλῶνος τοὺς βουλομένους τῶν Ἰουδαίων εἰς τὴν οἰκείαν γῆν) ἕως τοῦ ἕκτου τῆς Δαρείου βασιλείας (οὗτος), καθ' ὃν πᾶν ἔργον τῆς οἰκοδομῆς τέλος εἴληφεν. hoc eſt: *Hi* (videlicet Iudęi) *quadraginta & ſex annis ædificatum fuiſſe Templum dixerunt. Tot enim colliguntur à primo Cyri Regis* (*qui primus dimiſit è Babylone qui vellent Iudæorum in terram propriam*) *uſque ad ſextum Darij, quo totum illius ſtructuræ opus conſummatum eſt*. Hęc ille. Sequamur tanti Chronologi ductum. Legimus 1. Eſdræ vi. 3 Cyrum primo anno Regni ſui edicto ſanxiſſe, ut reædificaretur Templum Ieroſolymis. Ibidem v. 15. dicitur: *Et compleverunt domum Dei iſtam uſque ad diem tertium menſis Adar, qui eſt annus ſextus Regni Darij Regis*. En initium, & finem hujus ædificationis à Scriptura prefinitum. inter has duas epochas quot anni ſint medij numerandum eſt. Cyrus regnavit annos triginta. Cambyſes ejus filius annos novem. Magi duo, ſeptem menſes. His ſucceſſit Darius Hyſtapis, cujus anno ſexto perfecta ędificatio templi eſt. conjungantur hę ſummę. exurget numerus annorum ſex & quadraginta. Nec te conturbet, quod ſeptem Magorum menſes pro toto anno computamus: nam Cyrus, cui triginta dumtaxat annos denos, paulò plus regnavit. & tantùm ſaltem ex ejus regno ſupra annũ centeſimum redundat, quantulum deeſt ſeptimeſtri regno Magorum ad plenum explendum.

¶ LXII. RACA.

Matth. v. 22. *Si quis dixerit fratri ſuo raca*. ריק *rik* hebraicè vanum inane ſonat, unde Pſalmo 11. pro eo quod Vulgatus habet, *meditati ſunt inania*, in Hebręo legitur יהגו־ריק *Iehegu rik*, indè Syriaca verſio nomen *Raca* futilem & vanum ſonans. quod Gręcus Grammaticus Heſychius etiam etiam agnovit, vocem ῥακὰ interpretans κενὸς.

¶ LXIII. REGVLVS.

Ioan. iv. 46. *Et erat quidam Regulus*. Videtur quidem qui ſic vertit eſſe in greco βασιλίσκος, cùm plerique hodie codices βασιλικὸς legant. Verùm utrumvis in fonte ſit, rectè res ipſa latinè Reguli vocabulo admittitur. id enim ſignificat hominem autoritate ac dignitate, etſi

non in Republica ſuprema, ſupra ceteros eminentem, quales plerumque ſunt qui negotia Regum adminiſtrant, & inde βασιλικοὶ *Regij* vocantur. Scimus Romæ cives quoque lautiores à clientibus Reges appellatos. Martialis ad Maximum, qui clientes habens clientem & ipſe potentioris ſe ferebat lib. ii. epigr. 18.

Sum comes ipſe tuus tumidique anteambulo Regis
Tu comes alterius; iam ſumus ergo pares.
Eſſe ſat eſt ſervum, iam nolo vicarius eſſe:
Qui Rex eſt, Regem, Maxime, non habeat.

Obiter admonebo, curationem hic narratã filij Reguli prius videri eveniſſe quàm curationem pueri Cẽturionis, relatã Mat. viii. Chriſtus enim cùm audito Centurione dixit: *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſrael*, veriſimiliter alluſit ad Regulum, gente Iudæum, quem eo nomine increpuerat, quod exiſtimaſſe videretur, non poſſe Chriſtum curare ægrotum abſentem.

¶ LXIV. SABBATVM SECVNDOPRIMVM.

Luc. vi. 1. *Factum eſt autem in Sabbato ſecundoprimo.* Græcè δευτεροπρώτῳ. Hic, omnium Interpretum confeſſione, difficillimus locus eſt, cujus explicationem S. Hieronymus quæſiviſſe ſe teſtatur Epiſt. ad Nepotianum, inveniſſe nuſquam profeſſus eſt. narrans quoque S. Gregorium Nazianzenum à ſe de eo interrogatum, urbana eluſione reſponſionem declinaſſe. S. Ambroſius & in hunc Lucæ locum, & ad Pſalm. xlvii. myſticas interpretationes ſecutus, ſatis oſtendit ſe non ſtatuiſſe de litera quid ſentiendum vellet. Primus Patrum omnium de hac quæſtione pronunciavit Epiphanius Hær. 30. num. 31. & Hær. 51. num. item 31. ſed hoc ſecundo loco perobſcurè locutus eſt. Prior verò docet: illud Sabbatum, quod ab Azymorum prima die proximum occurrit, vocatum fuiſſe ſecundoprimum. Chryſoſtomus homil. in Matthæum 39. ut in Græcis Codicibus numeratur; nam in Latinis 40. eſt, Sabbatum ſecundo primum fuiſſe dicit, quando feſtum duplex eſſet, tàm Sabbati Domini, quàm ſolemnitatis alterius ſuccedentis. quæ item ſatis obſcura ſunt: adeo ut de eorum interpretatione Viri doctiſſimi, Maldonatus & Petavius planè contraria ſentiant; in qua contentione Maldonatus graviſſimum habet pro ſe ſuffragium Theophylacti, qui ad Lucæ cap. vi. Chryſoſtomi ſententiam (hunc enim ſuis ad Evangelia Commentarijs compilat) in hunc modum refert: *Iudæi omne feſtum Sabbatum vocabant. ceſſationem enim Sabbatum ſonat. Sæpè autem contingebat, ut feſtum in Paraſceven, ſive ſextam feriam, incurreret: in quo caſu ipſam Paraſceven Sabbatum vocabant, propter feſtum, quod in eam incurrerat. diem verò ſequentem, quæ propriè Sabbatum erat, Sabbatum ſecundo primum appellabant.* Hæc Theophylactus. Iſidorus Peluſiota Epiſt. cx. libri tertij, hanc controverſiam definit in hunc modum: *Secundo primum dictum eſt quia ſecundum quidem feſtum Paſchæ, Primum autem Azymorum.*

Veſpere

Digitized by Google

bore enim Paſcha immolantes, poſtridie Azymorum feſtum celebrabant,
l & Sabbatum ſecundo primum vocabant. Et paulò poſt addit: *Sabba-*
enim omne feſtum vocant. Hæc Iſidorus, quem ſequuntur Titus Boſ-
nſis, & Euthymius. Nec plura reperi apud Patres de hoc argumen-
Quæ verò de his varia invicemque contraria Recentiores diſputa-
r, percenſere infinitum fuerit, idemque inutile, cùm plerique in unam
die conveniant ſententiam, quam ſolam ferè probant, alias tamquam
ſitas & minus elegantes aſpernantur. Fuſiſſimè illam omnium, ac di-
entiſſimè propoſuit Iosephus Scaliger lib. 3. Iſagogicorum Canonum
g. 217. & lib. vi. de Emendatione temporum pag. 521. ſecundę editio-
s. utrobique docet: Sabbatum ſecundo primum fuiſſe Sabbatum heb-
madarium proximè poſt ſolemne Paſchatis ſequens; ſic dictum, quòd
ecunda Paſchatis, ſive Azymorum, ſeptem hebdomadæ numeraren-
r, ſic jubente Lege Levitici xxiii. 15. his verbis: *Numerabitis ergo ab*
cro die Sabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdo-
adas plenas uſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt
inquaginta dies: & ſic offeretis ſacrificium novum Domino, ex omnibus
bitaculis veſtris, panes primitiarum duos &c. Secunda ergo dies Azy-
orum, ſive feſti Paſchatis, quæ *Omer* vocabatur, hoc eſt *manipulus*,
uia ea die offerebatur Deo manipulus primitiarum ex ſpicis recenti-
us: hæc, inquam, dies ſecunda caput erat novi numeri, quem Hebræi
ocabant ספירת העמר *ſephirat ha'omer*, *numerum manipuli*: qui
umerus uſq; ad quinquageſimum Pentecoſtes diem protendebatur
er ſeptem hebdomadas, quæ omnes denominationem accipiebant à
ecunda illa die Azymorum, hoc modo: ut prima, verbi gratia hebdo-
nas appellaretur ſecundo prima; altera ſecundo ſecunda, ſequens, ſe-
cundo tertia; & ſic de cæteris. unde Sabbatum cujus Lucas meminit
hoc loco, fuerit Sabbatum primùm occurrens poſt ſecundam Azymo-
rum. Hęc ferè ibi Scaliger, qui ſuam hanc opinionem tanta veriſimili-
rudine fucavit, ut etiam acerrimo alioqui cenſori ſuo Petavio probave-
rit, qui Animadverſionibus ſuis ad Epiphanij Hæreſ. xxx. num. 31. ne-
gat ullam ea meliorem hujus loci expoſitionem inveniri poſſe. Licet
tamen contra tantam doctiſſimorum hominum autoritatem excipere:
non videri hanc opinionem ipſorum ſatis cum Hiſtoriæ Evangelicę ſi-
de congruere. quomodo enim, ſi Sabbatum ſecundo primum finitimum
ac quaſi contiguum Paſchæ fuit, ſpicæ tritici jam tum potuerunt eſſe ita
mature, ut friari inter manus poſſent, & ſic ex eis frumenti grana excuti,
quod niſi ex planè ſiccis & excoctis nequit. Neque nimium jactet Sca-
liger temperius Cœlum Paleſtinæ, ac pręmaturas ſegetes, cùm ex Evan-
gelijs habeamus ipſo Paſchæ tempore frigus fuiſſe, adeo ut ad focũ con-
curreretur; Verum quidem eſt ſecundo Paſchæ die manipulum ſpica-
rum offerri ſolitum; ſed hordeacearum & igne toſtarum, ut Ioſephus
docet. quod ne ipſum quidem hordeum, licèt ubique frumento tem-
poriùs matureſcens, flaventes eo adhuc tempore ſpicas haberet. quid
de tritico igitur ſtatuere poſſumus? aut qua veriſimilitudine affirmare,

feſto

festo ipso Paschatis maturas spicas à Discipulis fuisse decerptas, cùm totæ adhuc hebdomades septem ad messis tempus supereſſent. Ac notandum Evangelistam hanc quasi confirmationem afferre narrationis suæ, quam verisimilem reddere satagit expressa circumstantia temporis eventui memorando congruentis. Oportet igitur Sabbatum secundo primum incidisse in tempus, quo passim & vulgo decerpi spicæ frumenti, & inter manus friari possunt: alioqui non magis consentaneam rei narratæ istam Sabbati secundo primi mentionem sacer Scriptor adjungeret, quam si quis uvas legisse maturas aliquem referens, adderet velut ad affirmationem roborandam, adstruendamque fidem: *Erat enim mensis Iulius*. quo videlicet tempore ne livent quidem adhuc uvæ: quare vix est, ut vel probabilis videri opinio debeat, quæ à penitus introspicientibus deprehenditur narrationi evangelicæ detrahere probabilitatē. Præsertim cùm in ea, ut eruditè observat Grotius, quędam parum cohęrentia & sumpta ex vano apud severum exploratorem offendant: quale illud, quod ex ἀπὸ δευτέρας πρώτῳ, formatum nomen δευτεροπρώτῳ Scaliger ponit, contra omnem grammaticam analogiam. Prętera quod falsò assumitur, prescripto Legis superiùs ex Levitico relatę numerari jussas septem hebdomadas, aut Sabbata distincta. Lex enim ibi septem hebdomadarum meminit quatenus dumtaxat eæ cum sua clausula quinquagesimæ diei, dierum omninò quinquaginta numerum explent. unde post illa verba: *Numerabitis septem hebdomadas plenas usque ad alterum diem expletionis hebdomadæ septimæ*; additur declarandi gratia; *idest quinquaginta dies*. Itaque usus, optimus Legis Interpres, satis demonstrat ספירת העמר *sephirath ha omer* numerum manipuli, non hebdomadarū esse, sed dierum, cùm & olim, & adhuc hodie Iudęi dies omer continuo ductu numerent sine distinctione Sabbatorum à primo usque ad quinquagesimum: hoc modo: dies primus omer, dies secundus, tertius &c. tum octavus, nonus, decimus sextus, & sic de cæteris. quare ista Sabbatorum distinctio, fundamentum Scaligerianæ doctrinæ, ex vano hausta in vanum redit. Quærenda igitur alia nobis hujus nodi solutio est, quam commodam offert Balthasar Corderius diligentissimè hunc locum tractans suis Annotationibus ad Lucæ sextum. Ex quo & Maldonato, quem ferè sequitur, & Hugone Grotio, qui eandem sententiam egregiè illustrat, collectam, concinnatamque veram de Sabbato secundo primo doctrinam in hunc modum propono.

Erant Iudęis tria festa pręcipua, quorum cujusque solemnitas septem dies continuos amplectebatur; nempe Pascha, Pentecoste, & Scenopegia, id apparet partim ex disertis Legis testimonijs Exodi xxiii. Levitici pariter xxiii. & alijs, partim ex usu, Scriptis Historicorum, qui res Iudæorum attigerunt, & Rabinorum libris; observatione quoque hodierna gentis hujus, abundè demonstrato. In unaquaque trium istarum eximia religione celebrium hebdomadarum suum Sabbatum erat, incerta sede. nunc enim primus, nunc secundus, nunc tertius, & sic de cæteris, septenarij festivi dies in Sabbatum hebdomadarium cadebat. in

quam-

quamcumque porrò incidiſſet diem, quòd eam jam feriatam anniverſarię ſolemnitatis religione reperiret, haudquaquam eam parem cęteris anni Sabbatis; ſed cumulo quodam ſanctitatis longè auguſtiorem reddebat. Id diſertè de Sabbato Paſchatis tradit S. Ioannes, dum cap. xix. 31. ſic ſcribit: *Iudæi ergo (quoniam Paraſceve erat) ut non remanerent in Cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati* &c. Nec dubiũ quin pari ratione magnum, atque eximium eſſet Pentecoſtes, & Scenopegiæ Sabbatum. Porrò quod magnum eſt abſolutè conſideratum, idem ubi comparatur ijs, ſupra quæ præcellit, prius aut primum dicitur. quare iſta tria Sabbata cum alijs per annum ordinarijs collata, prima dicebantur, quòd primatum ſupra ea ſanctitatis obtinerent. Erant ergo in Iudaico Kalendario tria prima ſupremi ordinis Sabbata; quæ excellentia ſanctimoniæ fermè inter ſe paria; ſerie ac ſucceſſione temporis ordinabantur, ut quod eorum primo menſi anni ſacri Niſan conveniret, *Primoprimum* vocaretur, quod ab illo proximè ſequeretur *Secundo primum*, denique quod menſe Tiſri ſeptimo anni ſacri, etſi primo civilis antiqui, hebdomadis feſti Tabernaculorum Sabbatum occurrebat *Tertio primum* appellaretur. Fuit ergo Sabbatum ſecundo primum feria ſeptima, ſive, ut antiqui loquebantur, Saturni dies, hebdomadis Pentecoſtes.

¶ LXV. SADDVCÆI.

Sępè memorantur in Evangelijs, & ibi dicuntur Reſurrectionem, & Angelos negaſſe. multùm inde exoſi, & viciſſim infeſti Phariſęis, ut præſertim intelligitur ex Actorum xxiii. 6. & deinceps. Ita ut eſſent iſtę duæ Sectæ invicem commiſſæ pari ferè modo, nec diſſimili cauſa, atque apud Græcos Stoici & Epicurei. Nomen Sadducæi revera traxerunt ab Autore ſeceſſionis ipſorum Sadoco quodam, qui Secutus ſchiſma ab ejus Magiſtro Doſitheo inchoatum, illud corroboravit, & latiùs propagans, ſtabilivit in numeroſam & præpotentem Hæreſim, cuiùs origines i temporibus ferè Alexandri, & extructione Garizitani Templi repeuntur. Ipſi tamen ut auguſtiores ſeſe facerent ſe non à Sadoco iſto, ſed à vocabulo צדק *ſedek*, quod juſtitiam ſonat, denominari contendebant. Id innuit Hieronymus ad Matth. xxii. & clarè docet Epiphanius Hær. xiv. his verbis: ἐπονομάζουσιν ἑαυτοὺς Σαδδυκαίους, δῆθεν ἀπὸ δικαιοσύνης τῆς προσκλήσεως ὁρμωμένης. Σεδὲκ γὰρ ἑρμηνεύεται δικαιοσύνη. *Vocant hi ſeipſos Sadducæos, à iuſtitia ſcilicet appellatione derivata.* Sedec *enim iuſtitiam ſignificat*. Autores qui docent eos à Sadoco nomen habere, ſunt Philaſtrius, Rab. Elias, Rab. Iacob, Rab. Abraam Levi, Rab. Nathan, & alij à Serario citati lib. ii. Trihæreſii cap. 19.

¶ LXVI. SCIO.

Marci xiii. 32. *De die autem illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in Cælo, neque Filius, niſi Pater*. Certiſſimum eſt Chriſtum, in quo erant omnes

omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Patris, illam horam non ignoraſſe. Obſervandum ergo verba hebræa in ſexta conjugatione actionem geminatam ſignificare; ita ut quod in Kal., ſive prima conjugatione, ſignificat ſcire, in Hiphil, ſive ſexta, ſignificet efficere ut alius ſciat. Cùm autem Hebræa vertuntur in alias linguas, quæ iſtam conjugationum commoditatem non habent, verba interdum etſi videantur in prima conjugatione uſurpari, eſſe tamen intelligenda juxta notionem ſextæ. Ergo id quod legitur, *nemo ſcit, neque Angeli: neque Filius, niſi Pater*, ſic debet accipi ut ſonet: *Nemo revelare potèſt, neque Angeli, qui omnia in Deo vident, neque Filius, omnium Patris arcanorum conſcius: quoniam Pater huius rei revelationem ſibi ſoli reſervavit*. Vſurpari etiam à Scriptoribus aliarum ab Hebræa linguarum nonnumquam verba in iſta quaſi reflexa ſignificatione ſexta Hebræorum conjugationis, demonſtro ex loco, qui fortè occurrit, Horatij Epiſt. v. Libri 1.

Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non
Invitus; ne turpe toral, ne ſordida mappa
Corruget nares &c.

Ibi quis non videt *corruget nares* poſitum pro efficiat, fœda ſpecie, ut qui videt, naſum in rugas contrahat: qui geſtus eſt naturalis, fœditatem obiectam averſantium.

¶ LXVII. SIC.

Ioan. iv. 6. de Chriſto: *Sedebat ſic ſupra fontem*. Multis videtur ὅ *ſic* uſurpari hoc loco miro quodam modo. Ego mihi videor ſimilem illius uſum apud Scriptores apprimè Latinos reperiſſe. Plautus Moſtellaria ſcen. iv. de Philolachete jacente ad dormiendum: *Sic ſine eum quieſcere*, hoc eſt: quo habitu corporis ad ſomnum extenſus humi eſt, in eo perſeverare illum patere. ut ὅ *ſic* δεικτικῶς, *demonſtrativè* adjuvante vocem geſtu uſurpetur. Idem Plautus in Rudente Act. ii. Scen. iii. ſub finem locum habet etiam, ni fallor, aptiorem ad hanc notionem intelligendam adverbij *ſic*. Facit ibi loquentem puellam è naufragio exceptam ab Anû Sacerdote; atque hoſpitam & ſoſpitatricem ſuam ipſius merito commendantem his verbis.

Neque digniorem cenſeo vidiſſe Anum me quemquam,
Cui Deos atque homines cenſeam benefacere magis decere,
Vt lepidè, ut liberaliter, ut honeſtè, atque haud gravatè,
Timidas, egentes, humidas, eiectas, exanimatas
Accepit ad ſeſe, haud ſecus quam ſi ex ſe ſimus natæ.
Vt eapſe ſic ſuccincta aquam calefactat ut lavemus,

Ejuſdem S. Evangeliſtæ Ioan. cap. xxi. 22. *Dicit ei* (Petro) *Ieſus* (de Ioanne) *ſic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere*. Tota conſtructio ſententiæ videtur exigere conditionalem adverbio *ſic* præpoſitam, aut loco ejuſdem poſitam; quod poſteriùs græcæ origines ſuadent: ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, *ſi eum volo manere*. Fortè Vulgatus legit:

; ἐὰν οὕτω αὐτὸν θέλω μένειν, *ſi ſic eum volo manere* &c. Sed immediatè ſtea ad vitandam moleſtam repetitionem continuatæ ἀμέσως ejuſdem labæ *ſi*, relictum fuerit in ſcripto ſolum *ſic*, cum fiducia peritiæ Leoris, quod in litera deeſſet per ſe ſuppleturi. Nec exempla deſunt ficiæ ſimilis. Pſal.cxviii. 147. *Præveni in maturitate*. ſumptum ex Grętῶν LXX. ubi legitur προεφθασα ἐν ὡρίᾳ. quæ verba non eſt dubiũ, in Interpres Latinus verterit: *Præveni in immaturitate*, tamen tędio randi *in*, ſcribitur ſolùm, *Præveni in maturitate*; ſed cum tacito præto Lectori facto bis ὃ *in* intelligendi. Similiter ad Hebr.xii.2. quod ęcè in hunc modum extat ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς latinè ſic itur: *qui propoſito ſibi gaudio*. ubi nemo non videt omiſſam vocem, æ reſpondere debebat præpoſitioni ἀντὶ, quę latinè redditur *pro*. quia nen ſtatim ſequitur vox, *propoſito*, unde neceſſitas oriebatur pronundi bis continuè ſyllabam *pro*, ea ſemel quidem tantùm eſt poſita; ſed ut eruditus Lector tacitè ſibi mandatum intelligat, eam mente ſuppre; & ita locum intelligere quaſi legeretur: *qui pro propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem* &c.

¶ LXVIII. SICERA.

Luc.i. 15. Angelus de Ioanne: *Vinum & ſiceram non bibet*. Sicèra d ſit; in hunc modum exponit Heſychius: σικέρα οἶνος συμμιγεὶς μασιν· ἢ πᾶν πῶμα ἐμποιοῦν μέθην, μὴ ἐξ ἀμπέλου δὲ, σκληρὸν, ζυθηρὸν. *num ex dulcibus commixtum*; *aut quævis potio inducens ebrietatem*, *non vite orta*, *ſed præparata & compoſita*. Cornelius Ianſenius Gandaven- Epiſcopus negat excludi à ſignificatu hujus vocis vinum ex vite. Si origine vocis agitur, verum dicit: nam שכר *Scacar*, unde *ſicera*, ſo- *inebriari*, utique vino. Tamen conſenſu obtinuit, etiam apud Heros, ut שכר *ſecer*, *ſicera*, quemvis ab uvæ ſucco diverſum luxurio- potum, præſertim arte dulciaria conditum, denotet. unde paſſim criptura diſtinguitur à vino, ut hoc loco, & Levit.x. 9. ubi item junguntur יין ושכר *Iain ve ſcecar*, vinum & ſicera, ut genera pouum diverſa. Non diſſimulabo, quando in hunc Lucæ locum incivideri mihi latere in eo quamdam non inelegantem, quamvis non è paſſim animadverſam, antitheſim, non in verbis, ſed in rebus ipſis. mò enim ibi v. 14. de Ioanne promittitur gaudium: *Erit tibi gaun & exultatio*, *& multi in nativitate eius gaudebunt*. Mox autem .15. cum ejus gaudij ratio redditur, inter alias ejus cauſas affertur, à vino abſtinentia: quod tamen vinum, & argumentum & inſtruntum vulgare eſt carnalis & mundanæ lætitiæ, nimirum is liquor cõtur quidem & vegetat humanam vitam; ſed idem quia concupintiam inflammat, & rationis uſum minuit, innumerabilium cauſa malorum. unde ut hic Angelus, & Ioanni, & ejus cauſa ejus Patri, citatem prædicit in præmium ſobrietatis: ſic è contrariò Sapiens v.xxiii.29.& 30.ait: *Cui væ*, *cuius Patri væ* &c. *nonne his qui com-*

Digitized by Google

morantur in vino? Alibi quoque in ſacris libris væ canitur ebrioſis.quam in rem non præteribo quod legitur in *Midraſc Bereſith* pag. 22. col. 2. אר ינחן לעלם אל תהי להוט אחר היין שכל פרשת חיין כתיבבה ווי יד פעמים. hoc eſt: *Dixit Rabi Iochanan: ne vmquam ardenter concupiſcas vinum; quia in toto capite vini* (intelligit locum Gen.ix.à verſ.20.ad 25. ubi primùm fit mentio vini) *decies & quater ſcriptum eſt væ*. hoc verum eſt. Nam in illis quinque verſiculis quatuordecim voces ſunt, incipientes à וי *ve*. Iſta porrò particula eadem hebraicè & latinè infelicitatis ſignificationem habet. En catalogus iſtarum vocum. 1. ויחל 2. וישע. 3. וישת. 4. וישבר. 5. ויתנל. 6. וירא. 7. וינר. 8. ויקח. 9. ויפת. 10. וישימי. 11. וילכו. 12. ויכסו. 13. וייקץ. 14. וירע.

¶ LXIX. SILOE.

Ioan.ix.7. *Lava in natatoria Siloe (quod interpretatur miſſus)*. Fons Siloë largè manans è radice Montis Sion in occidentali latere vallis Ieroſolymæ ſuburbanæ, vulgò dictæ Ioſaphat, figuram Meſſiæ geſſit; & in eo munere quaſi videtur ſucceſſiſſe rivo per deſertum ex Petra fluenti ad uſum Iſraelitarum. quæ Petra Chriſtus erat, uti ait Apoſtolus 1.Cor.x. 4. ut eò fortè & illud trahi poſſit Iſai. xvi. 1. *Emitte agnum Domine Dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion*. Salvo tamen bono, veroq; ac vulgò celebrato ejus loci sẽſu de Rhutha Moabitide oriunda è Petra urbe, in cẽſum Progenitorũ Chriſti conjugio Boozi promota. Ipſa S. Evangeliſtæ obſervatio de ſignificatu nominis Siloé (quod, inquit, *interpretatur miſſus*) id videtur innuere. nam notum, & olim prædictum Gen.xlix. Meſſiæ nomen שילה *Sciloh* fuit; cujus verior notio ea eſt, quam Ioannes hìc exprimit à שלח *Scialach*, mittere, quæ etiam innuitur Exod.iv. 13. in Hebræis, quæ hiſce Vulgatæ reſpondent: *Obſecro Domine, mitte quẽ miſſurus es*. Alia eſt originatio hujus vocis ex radice שלה, quod ſonat, lenem & tranquillum eſſe: proprius etiam character Chriſti, qui *agnus*, *manſuetus*, & *pacificus*, paſſim figuratur à Prophetis. vide præſertim Iſaiam cap.xlii. v.2.3.& 4.& confer ejuſdem locum viii.6. de aquis Siloe, *quæ vadunt cum ſilentio*, non dubia emphaſi manſuetudinis Chriſti fonte iſto deſignati. Inter cæremonias ultimæ & celeberrimæ diei feſti Tabernaculorum, quæ multæ in Thalmude referuntur, titulo *Succah*; & illa erat, ad quam alluditur in Evangelio Ioannis cap.vi. v.37. Procedebat populus cum ramis Palmarum ad Fontem Siloe, & inde aquam hauriens, cantabat illud ex Iſaiæ xii. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*: unde apparet quam opportunè tali die Chriſtus, id quod ibi refert Ioannes, dixerit: *Si quis ſitit veniat ad me & bibat*; oſtendens ſe ipſum eſſe, qui ſignificaretur per fontem Siloe; &

cujus

Digitized by Google

jus beneficia in ſalutem hominum tali ritu illius ſolemnitatis adum-
brarentur. ut nihil huc pertinens omittam, eſt & aliud etymon vocis
שילה *Sciloh* à Septuaginta Senibus indicatum, dum illam vocem Ge-
ſis xlix. interpretantur ᾧ ἀπόκειται, *cui repoſitum eſt*. ad ſignificandum
eſſiam futurum humani generis Regem ac Principem ſummum, cui
tali optima quæque reſervari debeant; juxta illud 1.Reg. ix. 20. di-
um Sauli à Samuele: *Cuius erunt optima quæque. Nonne tibi* &c. Vide
ta ſuperius verbo *Filius hominis*.

Omiſeram Ioſephum lib.vi.de Bello cap. xi. teſtari Fõtem Siloe aliàs
mper uberrimum, paulò ante ultimam Ieroſolymæ obſidionem Iu-
eis ita defeciſſe, ut propè ipſum aqua venderetur; & eumdem tamen
movente Legiones Tito, conſueta copia, Gentibus aquam præbuiſſe:
rgumento non dubio Chriſti, quem ille Fons præfigurabat, profutu-
Gentibus, excluſis ab ejus participatione, ipſorum vitio, Iudæis. quæ
fert ex oculatis teſtibus Adrichomius de eodem Fonte Siloe Saracc-
rum innatum fœtorem minuente, & à Turcis adhiberi ſolito ad me-
lam oculorum, à Chriſti figura non abludunt illuminantis & pur-
ntis Baptiſmo Gentes.

¶ LXX. TEMPVS STELLÆ.

Matth.ii.7. *Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis*
mpus Stellæ, quæ apparuit eis. & infra v.16.de eodem Herode: *Mittens*
idit omnes pueros qui erant in Bethleem à bimatu & infra, ſecundum
mpus quod exquiſierat à Magis. Ex quo videtur evidens: Magos dixiſ-
Herodi de Stellæ ortu primum ab ipſis obſervato inquirenti, ſe il-
n videre cepiſſe ante biennium. Ergo biennio ante appulſos Ieroſo-
nam Magos, apparere ceperat Stella, quæ ipſos ad iſtud iter capeſſen-
m movit. Quod equidem admirans perſuaſum nondum eſſe Viris
am magnis hæc ad populum tractantibus, experiar ratiocinando evin-
e: non ſine fiducia id cuivis probandi, qui modò prejudicio liberum,
veri amantem ad hæc pauca, quæ mox dicam, advertere animum vo-
erit. Si S.Matthæus poſtquam ſcripſit: *Herodes diligenter didicit à Ma-*
tempus Stellæ &c. addidiſſet: ſic ab eo compertum; *Biennio ante quàm*
agi Ieroſolymam pervenirent, eam ipſis apparere Stellam cepiſſe. confecta
eſſet; nemoque dubitaret; quin, non ipſo puncto Natalis Chriſti, ſed
n à duobus priùs annis, Stella quæ Magos duxit, in Oriente orſa eſ-
conſpici. Quid autem, quæſo, intereſt, eo ne in loco, an eodem mox
bite, idipſum Evangeliſta dixerit? utique cum qui verſu capitis ſecun-
ſeptimo ſcripſerat: *Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis*
mpus Stellæ & verſu deinde capitis ejuſdem ſextodecimo affirmet: eun-
m Herodem juſſiſſe occidi Pueros à bimatu (hoc eſt à biennio natos)
undùm tempus quod exquiſierat à Magis: tantùm non diſertè ajens:
mpus illud *biennium* fuiſſe. Minimè verò, dicet aliquis. Nam quan-
Herodes iratus miſit qui Pueros occiderent, ſpatium jam aliquod

Digitized by Google

effluxerat, ex quo Magos idem Ieroſolymis viderat. Concedo: Sed ſpatium illud fuiſſe oportuit perbreve: tantulum videlicet, quantùm Regi ſuſpicaci, & attento fuit opus ad reſciendum: Magos Bethleemum, locum Ieroſolymis proximum, à ſe miſſos, inde abijſſe alia, quàm qua venerant, via. Ad quod quivis intelligit abundè ſuffeciſſe dies viginti ſeptem, quot fluxerunt à ſexto Ianuarij, quo Chriſtus adoratus à Magis eſt, ad ſecundum Februarij, quo idem in Templo eſt oblatus Deo. Hic porrò numerus dierum ad ſummam biennij, momentum notabile non adijcit humana & populari æſtimatione. Nec mihi quis alleget crudelitatem Herodis; quaſi ex ea pronum opinatu ſit: immaniſſimum Tyrannum longè ultra tempus, quod à Magis exquiſierat, recens natorum Infantium carnificinam extendiſſe. Fatebor enim in tam tetræ belluæ ſanguinariam rabiem meritò iſtam ſuſpicionem conferri: ſed meo ſimul jure monebo: etiam atque etiam videndum, ne dum Perſecutoris ſævitiam augemus, fidem Evangeliſtæ minuamus. Etenim ſi Herodes furori ſuo indulgens terminos in hoc exceſſit temporis à Magis indicati: jam falsò (quod vel cogitatu nefas eſt) Matthæus aſſeruerit: Herodem, Pueros à bimatu & infra occidendo, id feciſſe *ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis*. Maneat ergo quaſi demonſtratione Theologica concluſum, & pro indubitato teneatur: Stellam quæ Magos ab Oriente excivit, non ipſo primũ momento naſcentis apud Bethleem Domini Ieſu, aut adventus Ieroſolymam Magorum, qui adventus breviſſimo intervallo Chriſti Natalem eſt ſecutus, ſed multò ante; à duobus videlicet retrò annis, exortam in Cœli parte Orientalibus imminente partibus, & illic à Magis fuiſſe obſervatam.

¶ LXXI. TENEBRÆ EXTERIORES.

Videtur per tenebras exteriores ſæpè memoratas in Evangelijs, generaliter indicari carcer ſepoſitus & obſcurus, quales erant Syracuſanæ Latumiæ, de quibus Philoxenus Dionyſio dicebat: ἄπαγέμε εἰς τὰς λατομίας, *abduc me in latumias*. Tamen quia ferè ſemper Chriſtus iſtarum tenebrarum mentioni adjungit: *ibi erit fletus & ſtridor dentium*, apparet eum voluiſſe peculiariter indicare locum eumdem, quem alibi Gehennam vocat: ut ejus miſeriam, quam tanti hominum intererat paſſim perſpectiſſimam eſſe, luculentiùs demonſtret ex conjunctione ſummorum malorum, exilij, carceris, & cruciatus. quaſi diceret: qui vincti carcere detinentur, tamen adhuc ſunt in Patria: qui exulatum eijciuntur, patriæ quidem uruntur deſiderio, ſed Cœli hauſtu, ac conſpectu libero fruuntur: utrique porrò cruciatu corporis vacant. At qui Dei juſta ſententia detrudentur in Tartarum, hi ſimul exulabunt & longiſſimè, & irrevocabiliter, ſimul teterrimis tenebris tabeſcent, ideo exterioribus vocatis: denique ijdem doloribus acerbiſſimis torquebuntur, unde flere cogentur, & ſtridere dentibus.

¶ LXXII.

Digitized by Google

¶ LXXII. TRADVCERE.

Matth. 1. 19. *Ioseph autem vir eius* (B. Mariæ) *cùm esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.* τῷ *traducere*, in græco respondet παραδειγματίσαι, quod idem Vulgatus noster ad Hebr. vi. 6. eleganter vertit *ostentui habere*. non erat liberum Marito in uxoris adulterio comperto connivere; ne apud Ethnicos quidem. Argumento est quod refert Tacitus sub finem libri secundi Annalium: *Exactum* (Senatus Decretis) *à Titidio Labeone Vistiliæ marito, cur in uxore delicti manifesta, ultionem legis omisisset*. Duplex autem Viro via erat ejus expiandi flagitij; aut enim accusare adulteram debebat, & ad Iudices deducere; utique lapidatione puniendam, ut publicum exemplum esset; & hoc erat παραδειγματίσαι, *traducere*, publicę infamiæ objicere: aut certè consueta repudij formula dimittere abs se quàm minimo strepitu. Hoc secundum Iosepho, quippe Viro mansueto & misericordi, magis arrisit.

¶ LXXIII. VIRGO.

Matth. 1. 23. recitatur Prophetia Isaiæ cap. vii. 14. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium* &c. Rabbini quidam, quos citat & refellit Petrus Martinius in Pugione Fidei parte 3. dist. 3. cap. 7. num. 9. ut hoc religioni Christianæ luculentum testimonium eripiant, contendunt Virginis vocabulo intelligi hoc loco uxorem Isaiæ Prophetæ, quæ ex ipso cõceperit, & deinde pepererit filium, cui Emanuelis inditum sit nomen. Præter alia plurima quibus impudens nebulonum istorum pervicacia retunditur, ipsa sola cõsideratio vocabuli Hebraici hic à Propheta usurpati, ad Virginem designandam, sufficere videtur ei planè profligandæ. Ait ergo illic Isaias הנה הרה העלמה, *Hinne haalma hara*, *Ecce Virgo concipiet*. usus est Propheta voce עלמה *Alma* ad indicandam hoc loco Virginem, cùm potuisset uti voce בתולה *Bethula*, vel voce בערה *Neara*, utraq; puellã viro intactam significante, quia major quędã emphasis, & quasi certitudo purissimæ virginitatis elucet in voce עלמה *Alma*, quã in illis alijs. Hieronymus à Pagnino recitatus in verbo עלם *Alam* עלמה, inquit: *Non solùm puella, vel virgo, sed virgo abscondita dicitur, & secreta, quæ numquam virorum patuerit aspectibus; sed magna parentum diligentia custodita sit. Lingua quoque punica, quæ de Hebræorum fontibus ducitur, propriè virgo* עלמה *appellatur. & quantum cum mea pugno memoria, numquam me arbitror* עלמה *in muliere nupta legisse; sed in ea quæ virgo est, & non solùm virgo, sed & virgo iunioris ætatis, & in annis adolescentiæ* &c. Hactenus Hieronymus.

Nimi-

Digitized by Google

Nimirum ſtatus quidam virginitatis iſta voce ſignificatur, ut עלמה *Alma*, addat ad בתולה *Bethula*, quaſi habitum ad actum. ita ut cum eſſe poſſit בתולה *Bethula*, qua non ſit עלמה *Alma*, ea nempe, quæ deſponſata jam eſt, aut qui cum de conjugio jam ceptum agi: עלמה quidem cogitari nō poſſit quin eadem בתולה *Bethula* ſit. ex qua obſervatione pendet admirabilitas ſigni, quod illo Iſaiæ loco quaſi novum & valde inuſitatum dādum à Deo promittitur. *Dabit*, inquit, *Dominus ipſe vobis ſignum: ecce virgo* העלמה *haalma concipiet & pariet*. non eſſet ſignum, aut novum, ſi diceret הבתלה *habethula*. uſitata res enim, & quotidiana res, ut puellæ numquam virum expertæ primò concipiant, & inde pariant. ſed ut in עלמה *alma* id contingat, prodigium eſt rariſſimum. עלמה *alma* enim ea dicitur, quæ in ſtatu poſita virginitatis, non ſolùm in præſens, ſed etiam in futurū immaculatā profitetur puritatem, unde res ſunt humanitùs inſociabiles עלמה *alma*, & conceptus, quare illarum conjunctio divinitùs perpetranda denunciatur Achazo Regi ut miraculum maximū. Et vide quam ad hæc congruenter in eventu Prophetiæ hujus B. Maria promittenti partum & conceptum Angelo, exceperit: *Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco*? quibus verbis ſtatum fixum virginitatis, & immutabile propoſitum nuptialis congreſſus vitandi, ſignificat, nam ſi præſentem tantùm, & non futurum etiam uſum conjugij negaret, exceptio nihil contrarium haberet denunciationi, quæ utique non præſentem, ſed futurum conceptum affirmabat.

Mantiſſam hùc opportunam, pro ſua & eruditione, & humanitate ſuggerit Vir doctiſſimus, mihique amiciſſimus Franciſcus Griſendius; locum indicans ex Proverbijs Salomonis celebrem, in quo עלמה *Alma*, non ſolùm virginem ejus generis, ac ſtatus, qualem ſuperiùs informavi, ſed ipſam ſingulariter ſignet Deiparam Mariam. Libri Canonici Proverbiorum Autor cap. xxx 10. Poſt *tria ſibi difficilia, quartum quod penitus ignoret*, eſſe ait: דרך גבר בעלמה *derec ghebar be alma*, *viam viri in Virgine*. Deſignari Mariā illic vocabulo *Alma*, Cabaliſtica conficitur methodo, per eam talia inveſtigandi formam, quæ Rabbinis ejus Magiſtris *Gematria* ſolet dici. Hujus ita procedit induſtria in larva ænigmaticis ſententijs detrahenda, quando illæ verum perſonæ, qua de agitur, nomen occultant, ſubſtituto alio ſoni diverſi. ſuppoſititiæ vocis literas expendunt juxta vim ijs inſitam numeralem: & cum eam ἰσοψηφίαν, hoc eſt *parium calculorum*, cum ea, quam ex alijs conjecturis propriam autumant, deprehenderint, minimè dubitant, quin illa pro hac obiecta obtentui fuerit. Age igitur explorentur iſta ratione Nomina Alma & Maria.

Hæc

Digitized by Google

Hæc ſunt quatuor literæ nominis עלמה cum cujuſque numero.

ע	130
ל	74
מ	80
ה	6

colligit ergo id nomen ſummam 290

Hæ pariter ſunt quatuor literę nominis מרים *Maria* cum cujuſque numero.

מ	40
ר	200
י	10
ם	40

colligit ergo id quoque nomen ſummam 290

Cabaliſticam hanc ſubtilitatem minùs hoc loco aſpernendam, non immeritò forte quis dixerit; idcircò quòd rem quæ hic affirmatur ipſam, atque, ut ſic loquar, ſubſtantiam dogmatis, Catholici Expoſitores amplexantur; paſſim agnoſcentes indicari eo Proverbiorum Oraculo ſingulariter per vocabulum *Alma* Genitricem Dei Mariam. unum inſtar omnium proferre feſtinanti ſit ſatis Nicolaum de Lyra, cujus hunc locum tractantis hæc verba ſunt: Viam viri, *ſcilicet perfecti*: in Adoleſcentula: *hæc eſt vera litera; quia ſic eſt in Hebræo. Et dicitur hic* Adoleſcentula, *Beata Virgo Maria, quæ in iuventute Chriſtum concepit Spiritus Sancti virtute. quod fuit valde mirabile, propter quod dicit Ieremias* xxx. Novum creavit Dominus ſuper terram, mulier circumdabit virum. *quia Chriſtus in utero Virginis fuit vir perfectus ſcientijs & virtutibus ab inſtanti Conceptionis: & in Nativitate exijt clauſo utero Virginis. Et ideo de hac via viri in Adoleſcentula dicit Salomon: hoc eſſe quartum quod penitus ignorat* &c. Hactenus Lyranus. cujus illa verba: *Hæc eſt vera litera* &c. in eam commodè partem accipio, ut Vulgatam verſionem non damnet, ſed intelligendam ex Hebræo admoneat. ita videlicet ut Vulgatus ipſe Interpres. *adoleſcentiæ* vocabulo, quod adhibuit obſcuritatem fortè affectans in expreſſione myſterij abſtruſiſſimi, *adoleſcentulam* voluerit intelligi; non prorſus inſolito ſchemate, cũ non rarò abſtracta pro concretis uſurpentur; nec ſanè magis videatur inopinatum *adoleſcentiam* pro *Adoleſcentula*, quàm *Virginitatem* pro *Virgine* uſurpari. quod tamen fit paſſim in ea toties cani ſolita in Eccleſijs Antiphona: *Sancta & immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio: quia quem Cœli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.*

¶ LXXIV. VIVERE.

Ioan. iv. 50. Chriſtus Regulo pro filio roganti dicit: *Vade filius tuus vivit*. Ibi *vivit* poſitum pro *convaluit*. Hebræorum idiotiſmus hic eſt, apud quos חיה *Chaiah*, quod eſt *vivere* non rarò ſonat *ſanum eſſe, valetudinem recuperaſſe*. Sic Ioſue cap. viii, 8. ubi eſt narratum circumciſum fuiſſe apud Galgala Populum in deſerto natum, additur: *Poſtquam omnes circumciſi ſunt manſerunt in eodem loco Caſtrorum donec ſanarentur*. in Hebræo eſt עד חיותם *ad chaiotham donec viverent*. hoc eſt:

eſt : donec à vulnere per circumciſionem accepto convaleſcerent. Aptè ad hanc rem Martialis :

Non eſt vivere, ſed valere, vita,

¶ LXXV. VIDVÆ VIRGINES VXORES.

Matth. xiii. 9. in Parabola Seminis hæc habentur : *Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum.* Hæc verba S. Hieronymus exponens lib. 1. adverſus Iovinianum, ſic ſcribit : *Centeſimus, & ſexageſimus, & trigeſimus fructus, quamquam de una terra, & de una ſemente naſcatur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias, nam & ipſa digitorum coniunctio, quaſi molli ſe complexans oſculo & fœderans, maritum pingit & coniugem. Sexaginta verò ad viduas, eo quod in anguſtia & tribulatione ſunt poſitæ, unde & ſuperiori digito deprimuntur : quantoque maior eſt difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abſtinere ; tantò maius eſt præmium. Porrò centeſimus numerus (diligenter quæſo, Lector, attende) de ſiniſtra transfertur ad dexteram ; & eiſdem quidem digiiis, ſed non eadem manu, quibus in læva nuptæ ſignificantur & viduæ, circulum faciens, exprimit Virginitatis coronam.* Sic Sanctus Doctor : cujus ea expoſitio cùm in ſummam celebritatem abierit, & tamen perobſcura multis eadem ſit, propter vulgò ignoratam hodie artem, Veteribus familiariſſimam, per digitos numerandi, operæpretium me facturum puto ſi hic exhibeam Opuſculum non editum, quod ſciam, quo Nicolai Smyrnęi, & Venerabilis Bedæ Libelli de hoc argumento comparati, notis eruditis ignoti mihi Scriptoris, illuſtrantur. Deſcripſi hoc olim ex Bibliotheca Illuſtriſſimi D. Caroli de Montchal Archiepiſcopi Toloſani. Incipit à pag ſequente, poſtquam hujus locum vacuum quædam oblivione ſuperius omiſſa expleverint.

Addenda Ad pag. 424. poſt Diſtichon Martialis.

Nec expertes iſtius moris fuiſſe Iudæos oſtendit Ioſephus lib. ii. de Bello, capite juxta Græcam Editionem xii. juxta Latinam vii. referens, Eſſenos Religioſiſsimos Iudæorum, etiam in quotidiana cibi ſumptione veſtes adhibuiſſe functionis ejus proprias ; quas è menſa ſurgentes, ſtatim exuerent. ἔπειτα, inquit, ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας, πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης ἔρχονται. hoc eſt. *Deinde* (poſt prandium videlicet) *veſtibus* (quas menſæ accumbentes habuerunt) *velut ſacris, depoſitis, rurſus ad opera uſque ad veſperam vertuntur.*

NICO-

Ex Libello Venerab. Bedæ de Loquela per digitos.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ περὶ δακτυλικῆς μέτρου.

NICOLAI SMYRNÆI De Supputarijs digitorũ geſtibus.

Ἐν ταῖς χερσὶ καθέξεις τοὺς ἀριθμούς, ὕπως. Καὶ ἐν μὲν τῇ εὐωνύμῳ ἀεὶ ὀφείλεις τὰς μονάδας καὶ δεκάδας κρατεῖν· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ τὰς ἑκατοντάδας, καὶ χιλιοντάδας. τοὺς δ' ἐπέκεινα τούτων ἀριθμοὺς χαράξειν ἔν τινι· καὶ γὰρ ἔχεις ὅπως καθέξεις ἐν ταῖς χερσί.

In manibus ſic numeros habeto. Lęva quidẽ unitates & decades, dextera verò centurias & chiliadas tenere debes. His autem ulteriores numeros cùm nulla poſſis ratione manibus indicare, notabis in Schedula 1.

Quum dicis vnum minimũ in læva digitum inflectens in medium palmæ artũ infiges.

Συστελλομένου τοῦ πρώτου καὶ μικροῦ δακτύλου, τοῦ μύωπος καλουμένου, τοῦ ὃ τεσσάρων ἐκτεταμένων, καὶ ἰσαμένων ὀρθίως, κατέχεις ἐν μὲ τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ μονάδα μίαν, ἐν ὃ τῇ δεξιᾷ χιλιοντάδα μίαν.

Primo digito, qui parvus & [3]Muſculus appellatur, depreſſo, reliquis autem quatuor extenſis erectiſque; læva quidem unitatem, dextera verò mille ſupputas.

Quum dicis duo ſecundum à minimo, flexum ibidem impones. Duo millia verò in dextera quẽadmodum duo in læva facies.

Πάλιν συστελλομένου τούτου τοῦ μετ' αὐτὸν δευτέρου δακτύλου, τοῦ παραμέσου καλουμένου· τοῦ ὃ λοιπῶν τριῶν ὡς ἐφημῖν ἁπλωμένων, κρατεῖς ἐν μὲ τῇ ἀνωνύμῳ δύο, ἐν ὃ τῇ δεξιᾷ χιλιοντάδας δύο.

Rurſus hoc ipſo digito, & eo qui ab ipſo eſt (admedius is vocatur, Epibates & ſecundus) inflexo, tribus autem reliquis, ut diximus, expaſſis, tenes læva quidem duo, dextera verò duo millia.

Quum dicis tria, tertium ſimiliter affle-ctes. Tria millia verò in dextera quemadmodum tria in læva facies.

Τοῦ δ' αὖ τρίτου συστελλομένου, ἤτοι τοῦ σφακέλου καὶ μέσου, κλινέντων ὃ ἐς τοῦ ἑτέρων δύο, τῶν ὃ λοιπῶν δύο ἐκτεταμένων, τοῦ λιχανοῦ λέγω καὶ τοῦ ἀντίχειρος, εἰσὶν ἅπερ κρατεῖς ἐν μὲ λαιᾷ τρία· ἐν ὃ τῇ δεξιᾷ χιλιοντάδες τρεῖς.

Tertio dein correpto, qui eſt medius vel Sphacelus; itidemq; jacentibus duobus alijs: alijs verò duobus, nempe indice ac pollice porrectis; ſunt quæ læva colligis, tria; quæ verò dextera, tria millia.

Quũ quatuor, itidem minimum levabis. quatuor millia verò in dextera quemad-

Πάλιν συστελλομένων τῶν δύο, τοῦ μέσου καὶ παραμέσου, ἤγουν τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου, ἐς

Præterea compreſſis duobus, nempe medio & admedio, ſcilicet ſecundo

ac tertio, cæteris verò explicatis, hoc est pollice, indice & musculo. Sunt quæ tenes, læva quidem quatuor, dextra verò quatuor millia.

τῶν ἄλλων ὄντων ἐξηπλωμένων, τοῦ ἀντίχειρος λέγω καὶ τοῦ λιχανοῦ καὶ τοῦ μύωπος, εἰσὶν ἅπερ κρατεῖς ἐν μὲν τῇ λαιᾷ τέσσαρα, ἐν τῇ δεξιᾷ χιλιοντάδες τέσσαρες.

modum quatuor in læva facies.

Ad hæc tertio, seu medio dimisso, reliquis verò quatuor extensis; quæ tenes quinque denotant in sinistra, in dextera verò quinque millia.

Πάλιν τοῦ τρίτου τοῦ καὶ μέσου συστελλομένου καὶ τῶν λοιπῶν τεσσάρων ἐκτεταμένων, δηλοῦσιν ἅπερ κρατεῖς πέντε, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ χιλιοντάδας πέντε.

Quum dicis quinque secundum à minimo similiter eriges. quinque verò millia in dextra quemadmodum 5 in læva facies.

Epibate rursus, idest secundo cõtracto, alijs omnibus elatis, in sinistra quidem sex conficis, in altera verò sex millia.

Τοῦ ἐπιβάτου πάλιν, τοῦ καὶ δευτέρου, συστελλομένου. καὶ τῶν λοιπῶν ἠπλωμένων, κρατεῖς ἐν μὲν τῇ εὐωνύμῳ ἕξ, ἐν δὲ θατέρα ἕξ χιλιοντάδας.

Quum dicis sex, tertium nihilominus levabis, medio dumtaxat solo qui medicus appellatur, in medium palmæ fixo. 6000. verò in dext. ut 6. in læva facies.

Musculo autem, seu primo, prostrato, ita ut volam attingat, cæteris sursum porrectis: septem habes in sinistra, in dextera verò septem millia.

Τοῦ μύωπος πάλιν, τοῦ καὶ πρώτου, ἐκτεταμένου, καὶ τῇ παλάμῃ προσψαύοντος· τῶν δὲ λοιπῶν ἱσταμένων ὀρθίως, εἰσὶν ἅπερ κατέχεις ἑπτά, ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ ἑπτὰ χιλιοντάδες.

Quum dicis 7, minimum solum, cæteris interim servatis super palmæ radicem pones. 7000. verò in dextera, ut 7, in læva facies.

Secundo vel admedio similiter inclinato dejectoque, ita ut prorsus adhæreat palmæ, pariterque primo jacente, reliquis verò tribus, tertio nempe quarto & quinto, ut dictum est, adhuc erectis; octo refert gestus in leva si fiat; in dextera verò octo millia.

Τοῦ δευτέρου πάλιν, τοῦ καὶ παραμέσου, ὁμοίως ἐκτεταμένου καὶ κλίνοντος ἄχρις οὗ τῇ κυάθῳ τελείως προσεγγύσῃ, κειμένου δὲ τοῦ πρώτου, τῶν δὲ λοιπῶν τριῶν τοῦ τρίτου καὶ τοῦ τετάρτου καὶ τοῦ πέμπτου, ὡς προείρηται, ἱσταμένων ὀρθίως, ὃ γενόμενον σχῆμα ἐν μὲν τῇ λαιᾷ δηλοῖ ὀκτώ, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ ὀκτὼ χιλιοντάδας.

Iuxta quod cum dicis octo medicũ. octo millia vero in dextera quemadmodum octo in læva facies.

Similiter autem tertio decumbente, alijsque duobus primo & secũdo præfata ratione jacentibus, novem in sinistra, in al-

Οὕτως οὖν καὶ τοῦ τρίτου ὁμοίως γινομένου, κειμένων καὶ τῶν ἄλλων δύο τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου κατὰ ὃ αὐτὸ σχῆμα, ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ δηλοῦσιν ἐννέα, ἐν

Quum dicis 9 impudicum è regione cõpones novem millia vero in dextera quẽadmodum novem in læva facies.

Quum

	δὲ τῇ ἄλλῃ χιλιοντάδας θ.	tera verò novem millia notantur.
8 Quum dicis decem, unguē indicis in medio figes artu pollicis. centum vero in dextera quemadmodum decem in læva facies. 10.	Πάλιν τοῦ ἀντίχειρος ἡπλωμένου, οὐχὶ δὲ ὑπεραιρομένου, ἀλλὰ πλαγίως πως, καὶ τοῦ λιχανοῦ ὑποκλινομένου, μέχρις ἂν τῷ τοῦ ἀντίχειρος προτέρῳ ἄρθρῳ συμπέσῃ. ἕως ἂν γένηται σίγματος σχῆμα, τῶν δὲ λοιπῶν τριῶν φυσικῶς ἡπλωμένων καὶ μὴ χωριζομένων ἀπ' ἀλλήλων, ἀλλὰ συνημμένων, δ' τοιοῦτον ἐν μὲν τῇ εὐωνύμῳ δηλοῖ δέκα, ἐν δὲ τῇ εὐωνύμῳ ἑκατόν.	Rursum autem pollice nō prorsus elato, sed obliquè passo, ac indice deflexo, ita ut in primum pollicis articulum incidat, græcūque sigma conficiat, reliquis verò tribus suapte natura surgentibus, nec ab invicem separatis, sed unitis, decem in sinistra significantur, in dextera vero centum.
11 Quum dicis viginti, summitatem pollicis inter medios indicis & impudici artus immittes. ducenta vero in dextera quemadmodum viginti in læva facies.	Πάλιν τοῦ τετάρτου, τοῦ καὶ λιχανοῦ καλουμένου, ἐξηπλωμένου ἐπ' εὐθείας ὥσπερ ἴση γραμμή· τῶν δὲ λοιπῶν τριῶν συνημμένων, καὶ πρὸς τὴν παλάμην, ὡς ἐν σχήματι γωνίας ὑποκλινομένων μικρὸν· τοῦ δὲ ἀντίχειρος ὑπεράνω τούτων κειμένου καὶ συνεγγύζοντος τῷ λιχανῷ, εἴκοσι δ' τοιοῦτον δηλοῖ, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ διακόσια.	Quarto autem, qui est index, ad rectam veluti lineam extenso: reliquis verò tribus cohærentibus & ad palmam imitata anguli figura, paulum adflexis, pollice ipsis incumbēte, & indice approximante, viginti sinistra refert, dextera verò ducenta.
12 Quum dicis triginta, ungues indicis & pollicis blando conjunges amplexu. trecenta vero in dextera quemadmodum triginta in læva facies.	Τοῦ λιχανοῦ πάλιν, καὶ τοῦ ἀντίχειρος ἐκτεταμένως ὑποκλινομένων, καὶ κατὰ δ' ἄκρον αὐτοῖς ἐγγυζόντων, τῶν δὲ λοιπῶν τριῶν ἐκτεταμένων καὶ (συνημμένων ὄντων ὡς ἄγον) παρὰ τῆς φύσεως, τριάκοντα δ' τοιοῦτον δηλοῖ, καὶ ἐν τῇ ἑτέρᾳ τριακόσια.	Indice rursus & pollice sic protensis, flexisq; ut subsideant unaque summitatibus coeant, reliquis verò tribus elatis cohærentibusque, ut suapte natura feruntur, 30. indicantur in læva, in dextera verò 300.
12 Quum dicis quadraginta, interiora pollicis lateri, vel dorso indicis superduces, ambobus dumtaxat erectis. 400. vero in dextera quemadmodum 40. in læva facies.	Πάλιν τῶν τεσσάρων ἐπ' εὐθείας ἐκτεταμένων, καὶ τοῦ ἀντίχειρος ὑπερ τὸν λιχανὸν ὥσπερ γάμμα κειμένου, καὶ πρὸς δ' ἔξωθεν ἀποβλέποντος μέρος, ἐν τῇ λαιᾷ δηλοῖ	Quatuor deinde ad rectam extensis, & pollice ita super indice inclinato, & ad extimam partem vergente, ut Græcum Γ referatur, sinistra

quidem 40. dextera verò 400. notantur.

τεσσαράκοντα, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ τετρακόσια.

Similiter quatuor ad rectam expassis, adhærentibusque: pollice verò sic ad indicis pectus ex interiori parte jacēte, ut Græcum Γ imitatum videatur, in lęva 50. significantur, in dextera 500.

Πάλιν ὡσαύτως τῶν τεσσάρων ἡπλωμένων κατ' εὐθείαν κεκολλημένων, τοῦ δὲ ἀντίχειρος ὥσπερ γάμμα ἐπὶ τοῦ ἔσωθεν μέρους κειμένου ἐπὶ τῷ στήθει τοῦ λιχανοῦ, πεντήκοντα δηλοῖ· καὶ ἐν τῇ ἑτέρᾳ πεντακόσια.

Quum dicis 50. pollicem, exteriori artu instar Græcæ literę Γ curvatum ad palmā inclinabis.

14

quingēta vero in dextera quemadmodum 50. in læva facies,

Tribus autē præfato modo se habentibus, & indice pollici circulariter injecto, ita ut medium articulum inter primum & secundum intermedium contingat, ejusque summitas in pollicis pectus incidat: sexaginta sinistra supputat, dextera verò sexcenta.

Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων. καὶ τοῦ λιχανοῦ κυκλικῶς, τῷ ἀντίχειρι ἐπιφερομένου ἄχρις ἂν προσψάυσῃ τῷ μέσῳ κονδύλῳ τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου ἄρθρου, ὃ δ' ἄκρον τοῦ αὐτοῦ λιχανοῦ τῷ στήθει συμπέσῃ τοῦ ἀντίχειρος, ἑξήκοντα δηλοῖ καὶ ἑξακόσια.

15

Quum dicis sexaginta, pollicem, ut supra, curvatum indice circumflexo diligenter à fronte præcinges. sexcenta vero in dextera quemadmodum sexaginta in læva facies.

Rursum tribus eodē modo passis & invicē cohærentibus (ut sæpè dictum est) pollice decumbente ac indice ad illius unguis summitatem circulariter injecto, læva septuaginta, dextera septingenta constituit.

Πάλιν ὁμοίως τῶν τριῶν ἡπλωμένων, ὡς καὶ πολλάκις εἰρήκαμεν, συνημμένως κειμένου καὶ τοῦ ἀντίχειρος, καὶ ἑλικοστιδῶς ἐπιφερομένου τοῦ λιχανοῦ κατὰ ὃ ἀκρόνυχον τοῦ ἀντίχειρος, δηλοῖ ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτακόσια.

16

Quum dicis 70. indicem (ut supra) circūflexum, pollice immisso superimplebis, ungue dumtaxat illius erecto trans medium indicis artum. 700. verò in dextera, ut 70. in læva facies.

Item tribus facto angulo ad palmam vergentibus, & pollice ad nodum infimum tertij articuli impudici dejecto, ita ut palmę adhæreat, atque indice super primo pollicis articulo decumbente, ita ut summitate in pollicis pectus labatur, sic octoginta in læva ostenduntur,

Παλιν τῶν τριῶν ἱσταμένων ἐν σχήματι γωνίας, καὶ πρὸς τὴν παλάμην δῆθεν βλεπόντων τοῦ δὲ ἀντίχειρος ἐπάνω τοῦ μέσου καὶ τρίτου δακτύλου τῷ τρίτῳ κονδύλῳ τῷ πρὸς τῇ ῥίζῃ ὄντι τοῦ αὐτοῦ δακτύλου κειμένου καὶ πρὸς τὴν παλάμην ἡρμοσμένου, καὶ τοῦ λιχανοῦ ἐπάνω τοῦ ἀντίχειρος κειμένου ἐπὶ τῷ πρώτῳ ἀρ-

Quum dicis octoginta, indicem (ut supra) circumflexum, pollice in longum extenso implebis, ungue videlicet illius in medium indicis artum infixo. octingenta verò in dextera quēadmodum octoginta in læva facies.

Quum

θρῳ αὐτοῦ, ἄχρις οὗ δ' τούτου ἄκρῳ ἐπὶ τῷ στήθει συμπέσῃ τοῦ ἀντίχειρος, ὀγδοήκοντα δ' τοιοῦτον δηλοῖ καὶ ὀκτακόσια.

in dextera vero octingenta.

Quum dicis nonaginta indicis inflexi ungulam radici pollicis infiges. noningenta verò in dextera, quemadmodum nonaginta in læva facies.

Αὖθις τὴν χεῖρα παλαιστοῦ δίχην συστείλας, ὀρθίου ὄντος τοῦ ἀντίχειρος, καὶ τοὺς πρεῖς ἐκτείνας δακτύλους, τὸν δὲ λιχανὸν ἀφεὶς ὡς ἀπὸ τῆς συστολῆς τοῦ γρόνθου ἐγένετο, δ' τοιοῦτον σχῆμα ἐν μὲν τῇ εὐωνύμῳ χειρὶ δηλοῖ ἐννενήκοντα, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ ἐννεακόσια.

Demum manu ad modũ torquentis cestum contracta, pollice tantùm erecto, tribus deinde digitis explicatis, indice eo loci manente, ubi ad pugni contractionem adhæserat: ita nonaginta in lęva signantur, in dextera nongenta.

Aliam Interpretationem hujus Opusculi Græci vide in Rhetorica Caussini Lib.ix.Cap.viii.

Sequitur Tabula σχηματισμῶν χειρολογιστικῶν, Figurarum numeralium Manus utriusque.

NOTÆ



Digitized by Google

NOTÆ

AD LIBELLVM DE INDIGITATIONE.

1 NOtabis in Schedula] Cod.Gr. ἐν τινι in aliquo. Mirum est Autorem in alijs pingendis digitorum gestibus tam exacto tudio usum, reliquorum latuisse numerorum typos, eorumque veluti lesperatam artem siluisse. quam non modò Beda hoc libello docuit, sed tiam Nicarchus Græcus & ipse Autor illis carminibus innuit:

Η φάος ἀθρήσασα ἐλάφου πλέω, ἡ χερὶ λαιῇ
Γῆρας ἀρριθμεῖσθαι δεύτερον ἀρξαμένη.

Secundo enim ad lævam redimus cùm decadas millenariorum numeamus.

2 In medium Palmæ artum infigis.] Cod.Giraldi Ruffi. in medium palmæ locum infiges. Græcus Autor solùm inflectit digitos, nec rius volam tangit, quàm ad septenarium deventum fuerit. Id eas pait commoditates, ut nec in aptandis digitis labor, nec in media vel ima alma tangenda sit error ob intervalli brevis angustias.

3 Musculus. De varia digitorum nomenclatura non una est Auorum opinio. Hic eas recensere non libet: sed tantummodo Bedæ & Græci Autoris δακτυλωνομίας colligere & conferre, ne moram legentius obijciant. Minimus Græcis μικρὸς; πρῶτος verò idem. quia indiitationem inchoat. ab eoque ad pollicem retroceditur. idemque μύωψ empe musculus appellatur, quod Græci res parvas omninoque viles atim muribus assimilent. Secundus à minimo ἐπιβάτης, & παραμέσος, lemque medicus est Bedæ, qui cum medic (licèt Pierius dubitet) conundendus non est. quod vel ille locus interim persuadet, in quo searij gestum Beda recenset. Medius μέσος impudicus idem cur voceur Aristophanes in Pace, vel alius quispiam Comicus dicat. vel etiam Diogenes Cynicus apud Laertium, qui non indice, sed medio Demohenem quæritantibus indicabat, ut ejus impudicitiam notaret: quod Græci tunc σκιμαλίζειν appellabant. hodie σφάκελα ab altero ejusdem igiti nomine σφάκελος, quo hic utitur Græcus Autor. Index Latinè, Greçè λιχανὸς, quo tamen nec soli Latini res indicant; nec soli Græci borum sapores pręgustant. Pollex & ἀντίχειρ à Latinis ille dicitur, uod pręcipuè polleat: ut hic à Gręcis, quod alterius manus vice funatur quasi ἰσόχειρ. Inde censet Aelianus de varia Historia, Aeginetaum Iuventuti manus ipsas fuisse pręcisas, cui solos pollices Atheniens ademerant.

4 Mille verò in dextera. Pierius Valerianus a Beda discedit. noisque persuadere conatur, ut eo gestu, quo unitatem signamus in dexra, non mille, sed centum notemus; quod ipse requirat ordo naturæ, in hisce gesticulationibus, quæ numerorum sunt velut imagines, miores numeri à minoribus, majores verò à majoribus simulacra muentur. Quod planè inquit fieret, si unitatum signa centenarijs decadum

Digitized by Google

dum verò millenarijs commodaremus. Imò verò ſi Pierius radices ortus numerorum, & eorumdem interitus, nempe unitates & millenaria ijſdem, ut Beda geſtibus effingeret, jam neſcio quid arcani & hieroglyphici panderet, & priſcorum uſum integrum ſervaret, quem ſolùm nos modò quærimus. & Beda eò puriùs tradidiſſe videtur, quò non ſolùm Græci hujuſce Autoris teſtimonium habet; ſed omnium illorum, quos ad ſuam ſententiam Pierius pertrahere ſtudet. at de his infra.

5 Cùm dicis quatuor] Quatuor ſignificantur non ipſa mera minimi elatione. quare quod minimum eſt, hic & in ſequenti geſtu Beda dixit brevitati conſulens. Tu quæ utrobique deſiderantur, ex Græco ſupple.

6 Medio dumtaxat ſolo] Idem medicus eſt & idem tertius, proinde non poteſt ſimul erigi, & volæ infigi. ego caſtigabam: admedio dumtaxat ſolo &c. qui Græcè μεσαῖος dicitur. Sed Giraldi codex ſic habet. Cùm dicis ſex tertium, nihilo minus levabis, eo ſolo qui medicus appellatur, in medium palmæ fixo.

7 Iuxta quod] Hæ voces in editione Colonienſi malè diſtrahuntur. junge ſequentibus, ut ſententia cohæreat. nam ſecundum modum inflectendorum digitorum, nempe ad radices palmæ Beda poſuerat: Eoque primo quidem ſeptem dixerat indicari. deinde juxta eundem modum octo exprimi docet. Giraldi & Mariani codex. Iuxta quem cum dicis octo &c.

8 Cùm dicis decem] Apulejus oratione ſecunda Apologiæ: *Si triginta annos pro decem dixiſſes, poſſes videri computationis geſtu, quos circumcirculare debueras digitos aperuiſſe.* Circulantur enim digiti, dum in medium pollicis articulum unguis indicis liberius labi permittitur ac fuſius, quam in trigeſimi geſtu fit, ut ſtatim notabimus.

9 Quum dicis centum] Eundem geſtum ſic Hieronymus deſcribit libro 1 contra Iovinianum: *Centeſimus numerus à ſiniſtra transfertur ad dexteram: & ijſdem quidem digitis, ſed non eadem manu (quibus in læva nuptæ ſignificantur & viduæ) circulum faciens, exprimit virginitatis coronam.* Quem locum in ſequentibus contra Pierium fusè tractabimus.

10 Centum verò] Supra etiam innuebamus, Pierium rationem hanc dandi centena per decadis geſtum non probare: ſed ea malle per unitatis notam exprimere. Suum vir ille lapſum tantò magis prodidit, quantò majori verborum apparatu ſuam niſus eſt opinionem aſtruere. *Appello*, inquit, *huius rei teſtem ſummæ multipliciſque doctrinæ virum Irenæum Theologum ex antiquioribus, qui aliquot ætatibus ante Bedam claruit: apertè enim hic ſcribit, unius numerum quo geſtu ſignificabatur in ſiniſtra, translatum in dexteram, centena conficere.* Et ſubdit: *Sed ponam eius verba ſuper geſtu, in Valent. lib. 1. cap. 13. A numero nonageſimonono, qui fuit in læva per unius ſignificationem transferri in dexteram, & ibi centena conſtitui.* Hæc Pierius, qui an Irenæi locum viderit, neſcio. Id planè ſcio, quòd ibi neque ſententia, neque verba illa ſunt, quæ ipſe excogitavit, &

ad

Digitized by Google

d suum institutum, & rationes optimè perpolivit. Sed alia longè diversa, non ex Irenæi opinione ducta, sed ex Valentinianorum ineptijs; uæ an ad rem faciant videamus; sic enim se habent: Διὸ φεύγειν αὐτοὺς διὰ τῆς γνώσεως τὸν τῶν ἐννενήκοντα ἐννέα χώραν· τουτέστι οὐστέρημα, τύπον ἀριστερᾶς χειρὸς, μεταδιώκειν δὲ τὸ ἕν, ὁ προστεθὲν τοῖς ἐννενήκοντα ἐννέα, εἰς τὴν δεξιὰν αὐτοὺς χεῖρα μετέστησε. Id est: *Quapropter ipsi fugiunt per cognitionem nonagenarij noni locum, hoc est defectum, figuram sinistræ manus: consectantur autem unum quod additum numero nonagesimonono ad dexteram eos manum transfert.* Nempe Valentiniani, cùm nonaginta novem ovium Parabolam mysticè per arcanas quasdam alphabeti supputationes exponunt, ad avertendum malum omen, quod suspicabantur inesse defectui nonagenarij noni, ac sinistræ qua ejusdem numeri gestus efformatur; illud commenti sunt, ut per additionem unius ad nonaginta novem, centum efficiantur, atque ita non amplius illis in lęva persistendum sit, sed ad bonum dexterę omen transeundum, in qua centenarij gestus effingitur. Ex quo loco nihil aliud colligitur; nisi nonagenarium bonum in sinistra, centenarium verò in dextera suos habere typos. Porrò an ex hac Irenęi non adulterata sententia possit colligi: similem esse centenarij & unitatis gestum, Pierio judicandum relinquimus; qui verbis Irenæi concinnatis ad libitum alios quidem fallere potuit; sed perperam intellecta clarissima Hieronymi sententia, non nisi se voluit ipse decipere, cum alios qui latinè sciant ipsa verborum perspicuitas falli non sinat. *Porrò centesimus numerus* (ait Hieronymus) *à sinistra transfertur ad dexteram, & ijsdem quidem digitis, sed non eadem manu (quibus in læva manu, nuptæ significantur & viduæ) circulum faciens exprimit Virginitatis coronam.* Si quęrimus quinam illi digiti sint, quibus in læva nuptæ significantur & viduę, eos pollicem esse comperimus & indicem, quorum variatis gestibus triginta, hoc est, nuptę; & sexaginta, hoc est, viduę, indicantur. Hiscemet ergo digitis, ait Hieronymus, typum centesimi confici, qui suo gestu plectit Virginitatis coronam quamdam, eaque nectitur, si unguem index in medio figat artu pollicis; non autem si minimus inflectatur, vt contendit Pierius. quia minimus coronę circulum vel plexum suæ naturę ductu, vel etiam vi nequit imitari. Deinde is unus digitus, non autem illi sunt digiti, quibus triginta & sexaginta exprimebantur. Et ut semel dicam, Hieronymus in supputatione illorum trium numerorum, scilicet, triginta, sexaginta, & centũ, adhiberi ait diversas manus, diversas digitorum notas, sed digitos eosdẽ planè: at Pierius, qui se Hieronymum omninò sequi profitetur, cum notis & manibus digitos etiam variare non dubitat. Verùm quia nos ad Patrum testimonia provocavit, aperiat, si libet, Pierius illum Epiphanij locum: ὡς ἀπὸ προσώπου ὀνόματος κυρίου διὰ τῶν δεκαοκτὼ, καὶ τῆς ἐνδεξίου εὐλογίας αὐτοῦ διὰ τῶν ἑκατὸν. Sed caveat ne si ad suas rationes eum quoque detorquere velit, prophanum aliquem ritum admisceat sacris illis, quos Orientalium Antistitum prisca & arcana consuetudo in Eulogijs, quas Benedictiones vocant, usurpare solebat. Deniq; tam Eccle-

siastici, quàm Ethnici Scriptores sic in notandis centurijs pollicem indicemque varijs inter se modis adaptant; quemadmodum in millenarijs dandis reliquos digitos adhibent. Ad quod sanè respexit Orontes Artaxerxis gener: qui, ut refert Plutarchus, suæ apud Regem auctoritatis jacturam significans, sicut, inquit, Supputatorum digiti nunc myriadas, nunc unitatem referunt, sic Regum amici modò pollent omnia, modò nihil; Cæterum minimus, qui unitatem ponit in læva, idem in dextera mille supputet necesse est. Sed ne Notarum modum excessisse videamur, hæc satis sint.

